


This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at http://books.google.com/

JOANNIS DANIELIS MYLII
Philosophiæ & Medicinæ Doctoris

ANATOMIA AVRI,

Siue

TYROCINIVM MEDICO-CHYMICVM,

Continens in se partes quinque:

QVARVM

I. *Tradit concordantiam & harmoniam Solis cœlestis cum Auro terrestri: item Auri definitionem & confusam multorum Physicorum de Auro opinionem;*

II. *Agit de Medicinis aureis & Receptis antiquorum ac recentium Medicorum, Aurum ingredientibus, tàm in simplici, quàm præparata forma;*

III. *Tractat de Auri potabilis præparatione tàm vulgari, quàm Philosophica;*

IV. *Exhibet vsum Medicinalem Auri potabilis tàm communis, quàm veri & Philosophici;*

V. *Demonstrat ideam Lapidis Philosophici in duodecim figuris.*





FRANCOFVRTI,
Sumptibus LVCÆ IENNISI Bibliop.
ANNO M. DC. XXVIII.



SANCTISSIMO JEHOVA, ZEBAOTH, ELOHIM, DOMINO DOMINANTIUM, CREATORI, PATRI OMNIPOTENTISSIMO;

GLORIOSISSIMO EMANUELI, MESSIAH, PRINCIPI AC TRIUMPHATORI, IESU CHRISTO, REGI REGUM, Filio Dei Iustissimo, Sapientissimo, Regeneratori;

DIVINISSIMO CONSOLATORI, AC DUCTORI SPIRITUI SANCTO, CASTISSIMO, PURISSIMO, PIISSIMOQUE:

Sancto, Sancto, Sancto.



Mnipotens Creator, Incomprehensibilis Domine Deus Zebaoth, Clementissime Jehoua, Pater alme, Domine Deus misericors, Prin-

 cipium.

cipium & finis, alpha & omega, summe & gloriosissime Domine Dominantium, sanctissime Rex Regum, & fortissime Heros omnium exercituum ac animarum, Deus solus, Deus Vnus, Deus Triunus, Deus in perpetua secula; Cano te Creatorem omnium, terrarum distributorem, cœlũ æquilibrantem, iubentem ex Oceano aquam vndiq; fluere dulcem ad hominum alimentum, iubentem ignem fulgere supernè ad actionem hominum atque creaturarum. Canamus illi vna voce gratias omnes, Deo tranantì cœlos, naturamque creanti. Qui mentis oculus, & potentiarum, virtutum, animarum ac populorum preces & benedictiones libenter accipit. O vires animarum nostrarum laudate ipsum Vnum & Omnem: omnes vires animi, omnes potentiæ nobiscum vna concinite. Gratias reddamus omnipotenti Patri, qui actus omnium potestatum, & potestas omnium actuum. O vita, totum quod in nobis est salua: ô lux, totum illumina Spiritus Deus. O immensa Maiestatis summæ prouidentia, ô magnæ altitudinis Deus misericors, ô immense Deus, bonitas nunquam deficiens, ô Rex sanctorum Regum, Angelorum & omnium creaturarum Omnipotens Iehoua, ô Domine Dominantium & protector fidelium, Restaurator seculi, Victoria potens, Beatitudo electorum, Æquitas iustitiæ, Depulsor nequitiæ, Charitas vera, Deus Dominus misericors Zebaoth: ô Christe, Messia Omnipotens cœli & terræ, Emanuel noster, Legislator Æterne, Fulcimentum seculi, Puritas

ritas excelsi Dei, Ligatio omnis creaturæ, Sapientia Dei Patris, conditor vniuersorum, Inspector Iustitiæ, hominis Deus misericors. ô Domine Iesu Christe, Domine scientiarum, Gloria in excelsis, diues potentia, Fons inexhaustæ bonitatis, Ordinator omnium, Conditor omnium, dator aquarum, Domine exercituum, infinita largitas, inæstimabilis scientia, firmitas innumerabilis, munditia incorruptibilis, Deus in omnibus manens super omnia, Deus misericors. ô Christe, gratia Creatoris, doctrina spiritualis, misericordia Altissimi, fortitudo Dei, magna dulcedo Dei, & fauor optimus Dei, ineffabilis, incompræhensibilis, Deus misericors. ô mens incorporalis, Princeps & origo rerum, Virtus inexplebilis, pietas incompræhensibilis, sapor ac decor Angelorum, protector & adiutor iustorum, pauor & horror reproborum, nullius indigens sibi ipsi sufficiēs, Rector & Auctor mundi, Maiestas innascibilis, Trinitas spiritualis, essentia incompræhensibilis, visu indeterminabilis, sensu inæstimabilis, sponsus Thalami æuiterni, Paterfamilias Ecclesiæ, animorum nostrorum confirmator, humilitatis eleuator, superbiæ contemptor, Iudex summe, Deus misericors. ô Spiritus sancte, vox Apostolorum, silentium Prophetarum, electio gentium, Actio Euangelii, Lux mundi, officium præconis, nostri mœroris iucunditas, doloris suauitas, amaritudinis dulcedo, molestiæ nostræ delectatio, vniuersæ creaturæ studium, Regenerator sanctissime, Consolator diuinissime,

me, animarum suspiratio & inhiatio, nostri desiderium, noster sermo, nostra exauditio, nostræ lachrymæ, vitæ magisterium, forma sanctitatis, norma Iustitiæ, speculum pietatis, templum castitatis, Spiritus puritatis, Spiritus sanctitatis, Spiritus pudicitiæ, Spiritus obedientiæ, via pœnitentiæ, ductor diuine, peccatorum venia, Fidei instrumentnm, disciplina legis, præco Iudicii, totiusque Trinitatis omega.

Κύριε, *Fons bonitatis, essentia potentiæ omnipotentissimæ ac sapientissimæ, Pater ingenite, à quo cuncta procedunt:* ἐλέησον.

Κύριε, *Æterne, misericors, qui pati Natum, mundi pro crimine, ipsum vt saluaret, misisti:* ἐλέησον.

Κύριε, *qui septiformis das dona* πνεύματος, *à quo cœlum ac terra replentur:* ἐλέησον.

Χριστὲ ἅγιε, *Æterna, casta, verax, pura, intelligens essentia, cœli compos, Regiæ melos gloriæ, cui semper astans pro numine Angelorum decantat apex:* ἐλέησον.

Χριστὲ, *vnice Dei patris genite, quem de virgine nasciturum mundo mirificè sancti prædixerunt prophetæ:* ἐλέησον.

Χριστὲ, *cœlitus nostris adsis precibus pronis mentibus, quem in terris deuotè colimus adoramusque, ad te pie Iesu clamamus:* ἐλέησον.


Κύριε, *Spiritus alme, cohærens Patri Natoque vnius* οὐσίας *consistendo, flans ab vtroque,* ἐλέησον.

Κύριε,


Κύριε, Qui baptizato in Iordanis vnda Christo, refulgens specie columbina apparuisti, ἐλέησον.

Κύριε, Ignis diuine, pectora nostra succende, vt digni pariter te laudare possimus semper, ἐλέησον.

Tuum nunc est diuine parens, & ô natura naturans infinita & gloriosa, animam ignorantia tabefactam, splendore virtutis tuæ almæ, restaurare. Tuum est Spiritus Disciplinæ sancti claritate admirabili, rationis ac sapientiæ scintillulas, post Adami lapsum superstites, & in tenebrarum corporalium abysso miserrimè diu immersas, resuscitare, viuificare, & ad verum cognitionis culmen, fontem & apicem sublimare. Fiat itaq; voluntas tua in parte mei, hominis, cælesti & immortali, sicut in terrestri & mortali, vt quicquid ab iis & in iis producatur, illud omne, debita consideratione, sit inexhaustæ bonitatis particeps. Sic erit oblatio, consecratio, & quasi immolatio hæc mea cordialis, tuo Numini sacrosancto placida: sic bonitatis tuæ, in me fructus, incrementi sui radios à fronte tuo lucido totius & vnicæ bonitatis influxus, recipiens, Spiritu tuo diuino præeunte, euolabit vera resurrectione cũ suo toto transfigurato in altum, gaudebitq; suam patriam supercælestem visitare, in qua tu, summe Princeps & Imperator maxime viuis & regnas perpetuò: Maleuolorum corda in meliora conuerte, obsecro, distinguant oculis apertis lumen tuum verum à tenebris Diaboli. Sis ô bone Deus, mihi faustus ac propitius, qui viuis in æternum.



Hochlöblichr Kaÿserlichr Majestat Rhat, So der Wohledle Herr Schulteis mit recht
Jn Franckfurt zeigt dis Wapn vnd Löw geart; Führt, Johann Martin Baur v̊ Eÿseneck.



Prænobili, Strenuo, Consultissimo, Grauissimo, Excellentissimoque Viro, Domino

JOHANNI MARTINO BAVER AB EYSENECK;

INVICTISSIMI AC SERENISSIMI CÆsaris Ferdinandi II. Domini, Domini nostri Clementissimi &c. Consiliario fidelissimo, Ciuitatis Imperialis Francofurtensis ad Mœnum Prætori dignissimo: Mæcenati, Patrono ac fautori meo, omni animi obseruantia colendo.



VETERIBVS rerum Consultissimis ac Sapientissimis, insatiabili admiratione & prudentia constat dictum, *vniuersalem Medicinam*, esse *Balsamum, sulphur & oleum vitale*, quod instar nectaris viuifice totam prouinciam corporis irrigat, immortalemque animam, cum mortali corpore mirabili nexu ita iungit & vnit, vt non nisi rupto hoc vinculo ab eodem

Vniuersalis Medicina, Balsamus, Sulphur & oleum vitale.

Vita naturalium. Cœleſtium Idæa. Perfectiſſimũ interregna. Ignis non vrens. Quintum eſſe inter 4. Elementa. Influentia cœli. Lumen naturæ. Speculum myſticum. Habitaculũ formarum. Spiritus vniuerſalis. Spiritus vitalis. Centrum vniuerſitatis. Virgo Philoſophica.

recedere, & euolare poſt prædeſtinatas temporum periodos poſſit. Eſt autem hæc *Vniuerſalis Medicina*, *vita rerum naturalium: Lucis cœleſtis Idæa: Primum perfectiſſimum: Quintaeſſentia & Tinctura Microcoſmi: Catholicon Phyſicorum: Balſamum perpetuum: Deuenſiuum ſenectutis: Ignis in curatione morborum inuiſibilis non vrens: Anima creaturarum omnium: Conſeruatio quatuor qualitatum corporis humani: Cathena & Cingulum vniuerſi: Infundibulum & impreſſio Elementorum, firmamenti ac Planetarum: Influxus totius cœli: Theatrum ſecretorum luminis naturæ totius: Speculum myſteriorum Dei: Theſaurus & miraculum vniuerſæ naturæ: Subiectum & Inſtrumentum omnium virtutum naturalium & tranſnaturalium: Filius Solis ac Lunæ: Habitaculum omnium formarum metallicarum, mineralium & vegetabilium à Deo ſub Lunæ globo creaturarum: Spiritus vitæ, penetrans omnes alios ſpiritus, cum ſpiritu autem corporis noſtri plane vnus ac idem: Vitæ noſtræ nectar ac radicalis humor: Vinculum corporis & animæ: Centrum totius vniuerſi: & opus, ſub Virginis Philoſophicæ veſtimento reconditum.*

Donum ſapientiæ. Quinta eſſentia cœli. Planetarum perfectio. Metallorum ac corporum purificatio. Ars ſancta & magica.

Auctuarius dicit; non legitur à *diuina munificentia* maius emanaſſe *donum Sapientiæ*; Nec anima rationali excepta, qua poſt Deum in cœlo & terra nil admirabilius penſiculari poteſt, ſublimius, nobilius ac præſtantius ſub cœlo datum hominibus, quam hoc *Secretiſſimum Secretorum Arcanorum Arcanum*, in quo cum ad Planetas inferioris Aſtronomiæ, quorum imperfectiones & ſordes fortiſſima ſua impreſſione penetrando euaneſcere facit; omnem enim ſulphureitatem, extraneam & immundam terreſtreitatem à metallicis & humanis corporibus ſegregat, tum etiam ad ſanitatem laborantem & deperditam humani corporis, igneo ſuo vigore reſtituendam ac conſeruandam, mira imo omnia fiant: vt nunc præter infinita alia vſum ta-

ceam

ceam magicum, & ſupercœleſtem, poſtquam finita radiorum Solis & Lunæ influentia gonetica, & quarta ſupra ſuam natiuam terram reuolutione, omni creata poteſtate influentiali tam in Elementali mundo, quam cœleſti aut ſupercœleſti abſolutiſſime dotatum ſit: *Mirabilium omnium mirabiliſſimum, ſiquidem Deus in ſuis operibus mirabilis, etiam ſua dona mirabilia, in mirabilibus hominibus conſueuit occultare.* Omnis antiquitas, omnis etiam omnium gentium & linguarum in doctrinæ huius traditione veritas, conſenſus doctiſſimorum omnium illorum, qui in omni ſeculo cum admiratione multorum & laude vixerunt, hoc ita ſe habere teſtatur: Hoc inſuper præter ocularem multorum ſeculi noſtri inſpectionem ac certificationem ex illorum ſcriptis tot Hieroglyphicis, Magicis & Mathematicis velamentis, tanta & tam certa Philoſophicæ veritatis ſerie cõtextis ſtatuere haud difficile eſt.

Radiorum Solis ac Lunæ figura.

Creatur admirabilis. Creatura mirabilis.

Quis igitur non admiretur & amplectatur tantum *Dei ſummi donum*, pretium ſtudii, operæ & virtutis immortale quod depulſo ſenio reiuueneſcentiam, perpetuam ſanitatem, ac ſine proximi detrimento victum & amictum honeſtum non per vſuram & fraudem, nec falſis mercemoniis, nec per oppreſſionem pauperum, vt iam diuites mundi ditantur, ſed per induſtriam operis & manuum laborem, piis à natura & inſtitutione dignificatis pollicetur Philoſophis? abſit itaque vt priſcorum exemplo neglecto, talia Dei magnifacienda magnalia, & ſtupendas naturæ vires offuſcare, aut negare velim, qui enim ſpernit ſcientiam, ſpernit illum iuxta hanc artem veriſſimam *Deus glorioſus & ſublimis*, aut quod peius, ſicuti plurimi faciunt, tanquam otioſorum hominum ſpeculationes, aut inania inſanæ, delirantiſq; mentis ſomnia ac commenta calumniari,

Summum Dei donum immortalis virtus.

Senii reiuueneſcentia.

Sanitas perpetua.

Diuitiæ mũdanæ.

Magnalia ac ſtupenda miracula.

Scientiarum contemptores, diuinæ maieſtatis adulatores.

qui tamen apud sapientes saltem iudicii sui imbecillitatem produnt, & inscitiæ suæ testes publicos aduocant: calumniantes ergo & ignorantes, quos & fatuos Philosophi vocant, ab hisce diuinis epulis arcendi, vt & delirantes suis phantasticis somniis penitus relinquendi.

Comparatio sapientiæ diuinæ cũ primo ente, & primitiuo Balsamo radicali. *Vitale embryonatum.* *Internus archeus.* *Manna perlata.* *Mechanicus naturæ.* *Monarcha naturæ.* *Confortatiuum septem membrorum principaliorum.* *Ignis & aqua sufficiunt.*

Comparatur autem hæc diuina nostra artificiosissima sapientia non ineptè sed verissimè & essentialiter cũ principio & Ente primitiuę Mumiæ Balsamicę, seu humido radicali; Hermetici enim, veluti & nos mystico sensu eã vocamus *Balsamum, Mumiam, vitale embryonatum & incombustibile sulphur, radicale semen, Spiritum innatum, quintam essentiã, Arcanum, florem Cheironium, Lilium, internum archeum, Solem & cælum, mannam, materiam perlatam, fontem actionum vitaliũ, auctorem fœcunditatis*, & quid non? Imo *Principium, Radix, fundamentum, totius Rector, Manarcha & Oeconomus, Mechanicus naturæ*, quæ pro infinita artium, scientiarũ, rationum seminalium, donorum, prædestinationum, Tincturarum & cõfluentiarum varietate ac robore septem membra principaliora in corpore Microcosmi cõfortat ac restaurat, hominemque edoctum reddit: à naturæ liturgia definitis & congruentibus, Elementa repugnantia concordi mixtionis lege (*ex igne enim & aqua facit Azothum, Mercuriale illud sapientum Ens primum*) ligat, digestisq; tandem temporibus, corruptis ac consumptis prædictis Elementis, ipsa integra & superstes remanet.

Matrimoniũ Microcosmi cum Macrocosmo. *Semineũ rerum omniũ.* *Manna spiritualis Solis ac Lunæ.*

Verissimè dico quod *nullus Balsamus siue corporalis siue essentialis, nullum matrimonium Microcosmi cum Macrocosmo, nulla rei cõseruatio, nutritio, generatio, constitutio & formatio, nullum semen, virtus, sapiẽtia, anima, vita, natura, tinctura, radix, elemẽtum, stella, animale, vegetabile, minerale, ne Sol quidem aut Luna, Balsamica ac spirituali hac manna carere potest, imò omnia corruptibi-*

ptibilia eius essentia conseruantur ad suum prædestinatum ac destinatum terminum.

Habet autem hæc *Tinctura seu Medicina vniuersalis* virtutem efficacem super omnes alias Medicorũ medicinas omnem sanandi infirmitatem, tam in calidis, quam in frigidis ægritudinibus, eo quod est occultę & subtilis naturę: conseruat sanitatẽ, roborat firmitatem & virtutem, & de sene facit iuuenem, & omnẽ expellit ægritudinem, venenum declinat à corde, arterias humectat, cõtenta in pulmone dissoluit & vlceratum consolidat; sanguinem mundificat, contenta in spiritualibus purgat & ea munda conseruat, & si ægritudo fuerit vnius mensis, sanat vna die, si vnius anni, in duodecim diebus: si verò fuerit aliqua ex lõgo tempore, sanat in vno mense, & non immediatè: Imo Medicina super alias omnes Medicinas, & mundi diuitias, & incomparabilis Thesaurus. Laicis est inimica teste Gebro, quia *impossibile est indigentem Philosophari*: Ideoq; etiam quicunque ad hanc scientiam vult peruenire, & non est Philosophus, fatuus est: Et scientia hæc non est, nisi de occultis Philosophorum.

Virtutes Medicinæ vniuersales. Occulta natura in occulto secreto. Medicina Bezoartica. Medicina cõsolidans. Thesaurus incomparabilis. Scientia de occultis Philosophorum.

Dicitur etiam hoc nostrum *Magisterium de lapide secreto, officium honoratum & secretum secretorũ Dei*, quod Dominus celauit suo populo, nec voluit vllis reuelare, nisi illis, qui fideliter tanquam filii meruerunt, & qui eius bonitatẽ & magnitudinem cognouerunt: Qui enim secretum Dei postulat, necesse est ei hoc secretum Magisterii plus q̃ aliud. Sapiens quidam dicit: Non est tibi datum à Deo hoc magisterium solum pro tua audacia, fortitudine & calliditate, sine omni labore.* Nam laborant homines, & Deus tribuit fortunam hominibus: Adora ergo Deum creatorem qui tibi tantam gratiã suis operibus benedictis voluit exhibe-

** Chrysost. in 7. Matt. homil. 20. sicut non est possibile, vt ex sola pluuia fructificetur terra, nisi flauerit super eam ventus: sic non est possibile vt sola doctrina corrigat hominem, nisi cooperatus fuerit Spiritus sanctus in corde ipsius.*

hibe-

hibere. Dicitur etiam & est *Philosophiæ occultæ Minerua, & margarita vnica pretiosissima omnem existimationem excedens:* Nec datur alicui aditus, nisi per reuelationem diuinã aut per vocẽ viuentis seu ostẽsibilem doctrinam: Nulla etiam eius perfectio, absq; *diuinitatis auxilio* & demonstratione: Neq; etiam *supremus Iehoua*, omnibus hanc scientiam vult manifestare, propter euitationem scandalorum: Ideoque nec volentis aut currentis, sed Dei miserentis est accessus ad hanc diuinam artem: Rom. 9. Neq; à se accipiet, nisi ei fuerit datum de cœlo: Ioh. 3. *Sufficit tibi gratia mea:* inquit Paulus 2. Cor. 12. *Vnicuique nostrum data est gratia secundum mensuram donationis Christi.* Ephes. 4. * *Gratia Dei sum id quod sum, & gratia eius in me vacua non fuit, sed abundantius illis omnibus laboraui. Non ego autem, sed gratia Dei mecum.* 1. Cor. 15. *Gratiæ in nobis non sunt negligendæ.* 1. Tim. 4. *Gratiam & gloriam dabit Dominus.* Psal. 83. *Oculi tui vias Domini custodiant, vt addatur gratia capiti tuo.* Prou. 12.

* *Augustinus lib. 15. de Trinit. c. 19. sicut corpus carnis nil aliud est quam caro sic donum Spiritus sancti nihil aliud est quam Spiritus sanctus.*

o *Beda Hom. 9. in Lucã. Nulla in discendo mora est, vbi Spiritus sanctus Doctor adest.*

o Fulgentius ait ad Theodorum senatorem: *Cum oculus factus est, vt videre lumen possit, sed videre non potest nisi se illi lumen infuderit: Ita bonum quod facis, gratiæ adscribendum. Nam quod videt oculus, beneficium est luminis: quo si careret, cæcus remanebit in tenebris.* Gregorius lib. 8. moral. ait: *Dum nos gratia diuini respectus illuminat, cuncta mentis nostræ nobis absconditamanifestat.*

|| *Augustin. in Epist. sanctum semper onus in me spira, vt cogitem: compelle vt faciam: suade vt te diligã: confirma me vt te teneã: custodi me ne te perdam.*

Bernhardus super Cantic. serm. 54. || *Gratia Balsamum purissimum est; & ideò purum, solidum & profundum vas requirit.* Idem Epistola vltima: *Vt Helisei farinula potum dulcorat: sic gratia spiritus labores alleuat.* Sic Augustinus libro de Baptismo paruulorum: *Dei gratia cur ad istum veniat, ad illum non veniat: Occulta causa esse potest, iniusta non potest &c.* Hinc *ex gratia procedit Spiritus, qui quos vult inspirat.* Ait enim *Salvator*

uator Christus. Iohan. 3. *Spiritus vbi vult spirat, & vocem eius audis, sed nescis vnde veniat & quo vadat: sic & omnis qui natus est ex spiritu.* Paulus 1. Cor. 2. *Quis hominum nouit ea, quæ sunt hominis nisi spiritus hominis qui est in eo? Sic & ea quæ sunt Dei, nemo nouit, nisi spiritus Dei.*

Donum Spiritus sancti Lapis Philosophorum.


Hinc Philosophus Naturalista dicit: *Inueni eam non ex mea scientia, sed Spiritus sancti gratia.* Item, *Spiritualis est sapientia, & habet sempiternum thesaurum, quo si pasceret quotidie mille millia hominum, non indigeret.* Alius Philosophus ait: Qui hanc scientiam apprehendunt, *his lignum est vitæ, cibus legitimus ac sempiternus, & lumen indeficiens: & beati, qui tenuerint eam, quia scientia Domini nunquam peribit.* Item, *Ars hæc succurrit electis, demonstrans Dei prouidentiam, & agnoscens illud, quod toti mundo impossibile videtur.* Item, Hæc *scientia est gratia, à Deo data, cuius fundamentum non sunt Academici libri, sed inuisibilis misericordia Dei & donũ: Fundata non super figmenta humana, sed supra Naturam, quam Deus sancto suo digito sublunaribus præcipue verò metallis perfectis impressit, ideo verum fundamentum eius Deus est, & merum Dei altissimi donum: Non ab Ethnicis, sed à supremæ vniuersitatis vnico Rectore, solo videlicet Deo, dierum antiquissimo, & errare nescio, Luminum Patre, petenda & discenda.* Hinc non ex creaturis, sed *ex Deo discenda est sapientia, qui omnium arcanorum conditor solus scit, quas proprietates cuique creato indidit:* Nunquam enim à mortali præceptore aut litera mortua, tam rectè & commodè discitur, quam ab eo qui *omnium rerum est perfectus artifex*, sicuti est *Creator ipse sublimis, & gloriosus Deus*, à quo ad nos profluit, non aliter atque radiis solaribus calor, qui flores & omnis generis germina producit. Quid enim habet homo, quod non supernè acceperit? omnes per retrogressionem, discunt à primo & hic à Deo, qui ei scientiã creauit.

Scientia Lapidis, Iehouæ scientia est.

Electorum, ars hæc, est subsidium.

Digitus Dei & natura, nihil faciunt frustra.

Solus Deus omniscius, creaturarum proprietates intelligens est.



Sic

Lumen gratiæ, & naturæ, instructores artis sunto.

Sic Medicus nasci debet è lumine gratiæ & naturæ ab interno & inuisibili homine, interno Angelo, luce naturæ, quæ instar veri Doctoris homines instruit, prout Spiritus sanctus Apostolos linguis igneis instruxit: Exercendo confirmatur Medicinæ Chymicæ scientia, & in lucem producitur, non stabilitur humana, sed Dei & naturæ institutione: Et nihil aliud est quam creata & incarnata misericordia à Patre cœlesti, egentibus & ærumnosis mortalibus erogata, vt patiens ægrotus sensibiliter videat & experiatur benignum erga se in afflictionibus suis creatoris sui amorem, misericordiam & auxilium, sicque Deus in suis mirabilibus glorificatur, &c. Sunt etiam qui hanc scientiam, sapientiam & Philosophiam mysteriorum, in arcanis & mysticis latitantium scutatricem & detectricem dixerunt. Multi & plerique omnes illi hoc inficias abeuntes, qui vel errore populari dementati, pulcherrimarumque rerum ignorantia occupati, vel suorum placitorum, quæ seu confinxerunt ipsi sua sibi decreta fabricantes, seu à præceptoribus non melioribus, aut saltem prauè intellectis, acceperunt, amore suauiter, tanquam haustu poculi Circæi, ebrii, & alias inter vastissimas, crassissimasque obscuritatum profundissimarum nebulas adhuc in Platonico specu sedentes errare cum multis malunt, quam cum paucis sobriis bene sentire: aut saltem, vt ut sentiunt cum paucis, hoc est, cum animo suo; quasi cæteris nullus sit sensus, tamen cum multis loquendum putant. Sed longe aliter qui sapientiæ, & re & existimatione, abstrusæque scientiæ copia ac facultate præcellunt, nec iudicio ac candore destituuntur, longe inquam augustius de Chymia statuunt, existimantque iuxta sententiam dictorum antiquorum, hanc artem esse diuinum quod-

Creata & incarnata misericordia Patris cœlestis.

Sapientia & Philosophia mystica.

Specus Platonicum, plenum errorũ.

quoddam Dei Omnipotentis munus, miseriæ humanæ subleuandæ, clementissime & ex gratia altissimi concessum, quod qui vituperio ducit ac ludibrio, proculdubio ille conferentis iræ facit se obnoxium. Regum & sapientum curæ fuisse Alchymiam olim scimus, apud quos in tanto honore & admiratione fuit, vt inter mysticas habita sit ab ipsis scientias, nec vlli etiam fuit reuelata, nisi pietate præditis, & sacrosanctæ Doctrinæ initiatis hominum filiis.

Diuinum Omnipotentis munus.

Alchymiæ excellentia apud Reges & magnates olim fl ruit.

Hermes *artem perfecti Magisterii* dixit. Arnoldus de Villanoua dicit esse *scientiam de occultis Philosophorum.* Morienus ait: *Est scientia abstrahens hominem à mundi calamitate, & reducens mentem ad cognitionem bonorum, quæ post hanc vitam sunt speranda.* Senior refert, *esse artem in Dei potentia reseruatam.* Alius: *Hoc est diuinum & admirabile opus, inuentum per continuum studium, preces, cognitionem dictorum Philosophorum, & fidelem scientem informationem.* Item, *Hæc scientia non participatur nisi Deo mentem purifices: Et via ad hanc secreta est, viuere secundum Saluatoris præceptum:* Sic ars Astronomiæ & Physices legentibus patens est: *Ars verò nostra non nisi à sapientibus sciri potest.* Imò, *Ars nostra est scientia vasis Hermetis, de sapientia Domini gentibus occultata.*

Ars perfecti magisterii.

Ars in Dei potentia reseruata.

Ars sapientũ & non fatuorum.

Ars Hermetis, scientia vasis.

Res in arte nostra à Philosophis nũcupatur *Aurum Dei, plumbum sapientum, Aureum istud Iasonis vellus, Amaltheæ cornu, Pandoræ pyxis, potens Erestum ex abysso Moysis, Noctes Orphei, Orco Hippocratis, Puteus Democriti, Iliastrum Paracelsi protractum, ac luci hominum expositum.* Ante diluuium Hermes testatur, hanc artem fuisse gentibus notam, & nisi hoc artificium per naturæ & artificis auxilium existeret verum miraculum, vix aliquis ad veritatis trutinam reuocaret, & Sophorum hanc scientiam, non imperitorum, pro nihilo

Aurum Dei. Plumbum sapientum. Aureum Velius.

¶¶¶ 2 hilo

Donum Dei. hilo haberet. Hoc *donum Dei sola illuminans gratia diuina* *Gratia diuina.* nostræque mentis, quærit patientem & religiosam humilitatem in nobis, ocularem nostræ naturæ nobis impertitur demonstrationem, alienos à Deo fugit, amorem erga proximum, egenum in timore Dei ad memoriã reuocat, in tacito & piè gaudenti sinu requiem postulat. Thrasones gloriosos & literatos irrisores contra suam ipsorum conscientiã irritat, sceleribus, calumniis & vitiorum plenis hominibus tenebras inducit.

Arx Regia. Domicilium natura. Hæc Regia arx ac domicilium, in sanctissimæ Philosophiæ mysteriis solam Dei naturam cognoscit, perspicit, & ad hospitii leges sacras inuitat, filios scientiæ cogitatione sacra, animo diuinitatis pleno ad maiora, (hoc sancto magisterio in mediocri statu consistente) rerum vix perceptibilium, attamẽ naturalium ac diuinarum, deducit & trahit. *Diana Triuna.* Sed quid de Diana Triuna sine veste, & artium arte sine medio ædificio cœlesti absque foribus, & genitura absque semine loquar? En lucem illam, cuius beneficio *Lux Artis, mediator ipsissimus.* vestem Deæ, *Mediatorem medii, ostium ostii, viam veritatis* & linguam Philosophorum callere, videre ac persentiscere disces: Verum ne illotis manibus attingas, oculos mentis internæ ac spiritualis eo dirigito, ne forsan tenebrosa caligine suffocatus, nihil quicquam verborum, quæ aut ego aut Philosophi dicunt, cognoscas aut intelligas, si enim *Lucem visurus, luce vtatur.* ante ostium pulsaueris, & lucem visurus, luce vtaris, si ambulare recta via quæris, tramite sancto innitaris, & in omnibus Christus tibi summus itineris sit comes, sic nihil quicquam secretorum inuenies, cuius ille non sit diuinus *Inuestigatio antiquorum posita in sola possibilitate* Inuentor & creator. Quid ergo sit quod antecessores nostri tantopere quæsierint, hoc intellige, nihil quicquam aliud è rei veritate esse, quam ipsius naturæ, Dei ministræ, possibi-

possibilitatem: Illamque simplicem, vnam, veram, in suo Esse integram, (quam Deus ante secula fecit, & spiritum ei inclusit) nostris ingeniis & geniis vbiuis obuiam. In hac simplici natura omnes synceri Philosophi ac sapientes, vnicè, tottamque varia speculantia, versarunt, & quamuis ingeniis, vt ex nobis vix imaginari potuerunt, attamẽ simplici naturæ via manserunt legitimo modo quæsita, eaq; diuina annuente gratia, inuenerunt. Annon ipsa? Natura & rerum generatio in orbe vilis, simplex, ac si nullius momenti, existere videtur: Hæc ratio est, quod ingenia Philosophorum non ad res cognitas, sed res admirabiles, Omnipotentiæ diuinę participes, vixque perceptibiles, fuerint intensa & aptata: Et si hac via nobis imaginari possemus, forsan & facilius succederet, & ante oculos nostros vera Philosophia ac naturæ cognitio aperta iaceret, hacque ratione verum cursum Dei ministræ, & Philosophorum sensum prosequi possemus: Annon natura hominum sic comparata apud omnes ferè est, vt negligat quæ sciat, & alia consequenter quærat: qui si hoc Philosophi veri Naturalistæ? quidni multo magis singula ingenia, cuilibet enim homini natura subdita est, quærũt: Exemplum esto in artifice, annon ille, cum ad summũ sui artificii apicem ac perfectionem deuenit, ad alia contendit, sin minus eo abusiuè vtitur, aut plane in desinentiam desinit: Tali modo & diua generosa natura agit, vsque dum ad vltimum suæ actionis terminum, (quod Philosophi Iliadum vocãt, veluti Paracelsus hoc Auro asscribit tractat. de mineral. Iliadi verò semen esse aquam, lib. 4. tractat. 1.) peruenerit, postea ab opere cessat: Nam sciendum est, ab initio Naturæ quædam indita & recapitulata est promissio, proinde vt in statu meliorari, & per cursum integrum ad altiora &

natura, quæ simplex, vna, vera & in Essentia integra.

Natura & rerũ generatio simplex.

Naturæ vltimus actus. Iliadum Philosophorum. Iliadi semen est aqua.

præſtantiora euehi, ac peruenire poſſit, in quo requiem pleniſſimam habeat, ad quam etiam ſummis laboribus atque conatibus contendit, ſuoque nobiliſſimo fine tendit, veluti formica ſenio confecta in ſenectute, natura creatur alis. Tali ratione & noſtra ingenia peruēta ſunt, vt iam ferè ipſum Iliadum (qui naturæ vnus eſt, ipſe ſolus Deus, qui & naturæ principium eſt, ſiquidem nullum finitur initium, niſi in eo, in quo incipit) tetigerimus, videlicet in perſcrutanda Philoſophica arte, & praxi lapidis ſeu vniuerſalis Medicinæ.

Formica ſenio confecta alis creatur.

Deus naturæ principium.

An non Chymia tot & tam varias ſubtilitates inuenit, vt vix maiores ac ſubtiliores erui & reperiri poſſint? Scias autem differentiam eſſe inter Chymiam & artem Philoſophorum (conſtat ex tertia & quarta parte noſtræ huius Anatomiæ Solaris) tanquam faber ferrarius, ſimpli à fabro Horologiorum, ambo tractant ferrum, & neuter ſcit alterius laborem, an hic claues alter verò clauos, an bo tamē ſunt in ſua arte magiſtri: Differētia eſt in propatulo, quod vnus craſſius, alter verò ſubtilius, & hoc nō ſolum, verum hic ad manualia ſua, alter ad ſigna & cœli ſydera, ac Planetas, qui horis, diebus, ac minutis, &c. præſunt, ſuas operationes refert: neque enim tali ratione ſufficienter naturam inquirit, quia hoc ita eſſe & accidere oportere ſibi præſumit, longe enim ab interna conſtellatione abeſt.

Differentia inter Chymiam & artem Philoſophorum.

Opus aliud manuale, aliud ſydereū & aſtrale.

Rex Philoſophorum & pater Hermes, ſi hodie rediuiuus exiſteret, ſubtiliſque perſpicuitatis & ingenii Geber, ſimulq; Raymundus Lullius Hiſpanus Philoſophus profundiſſimus, à noſtris Chymicis pro diſcipulis potius, quā Magiſtris ſcientiæ clariſſimis, haberi forent. Vnde enim tot deſtillationum varietates, (vide tertiam partem huius Anatomiæ) tot circulationes, ſublimationes, calcinationes,

nes, reuerberationes, solutiones, præcipitationes, extractiones, & tot alia Artistarũ operationũ genera, quæ huius nostri seculi homines ex illorum scriptis excogitauere atq; falso sumpsere atq. inuenere. Summum tamen atque vnicum laude dignissimũ nobis restat, scire, ipsum Philosophum hanc artem præter alios tenuisse; Alteram vero etiam nobis non laude sed vituperio dignum, nobis hanc artem deesse, vt verò sciamus, quod ipsi fecerũt Lapidem videlicet Philosophorum, seu Tincturam Physicã, hic nodus hic cuneus. Nam dum stercora serimus, etiã ipsa metimus, qualis Medicina, talis Tinctura: quando illã quærimus, alia inuenimus, & nisi procreatio humana ita esset vsitata, & ius suum in eo natura teneret, iam à tramite vix non deuiaremus.

Sed sufficiat nunc dixisse de Lapidis siue Medicinæ vniuersalis præstantia, paucis nunc contemplare licet eius authores, inter quos antiqui Scriptores locum dant primũ Hermeti Trismegisto, deinde Mariæ Moysis sorori: suspectus etiam nõnullis venit Iosephus, item Abrahamus, qui Regem Ægypti obseruationes astrorum docuit, de quo Gen. 12. Hebræis congentiles sunt Calid filius Iazichi, Musa Calidis discipulus: Hamech Hebræus: Isaac Iudæus de Morios: Iacob Alhartane Iudæus: Iohãnes Euangelista ab Auicẽna primus inter Christianos Chymiæ peritus recensetur. Inter Chaldaicos fuêre Haly Chaldæus, Thebit, Chald. &c. finitimi Hebræis Syri existunt, certos quidem artifices nobis non monstrantes, eorũ tamen religio plena est allegoriis Chymicis, fabulisq; obscuris, vnde veritati consentaneum, & eos hac arte imbutos extitisse. Inter Græcos enumerantur Democritus, Orpheus, Linus, Musæus, Homerus, Vulcanus, Prometheus, Hercules, Iason,

Tres adhuc fœminæ: Vt Cleopatra Regina, & alia nuncupata Taphũtia, & alia Medera.

ſon, Chiron, Pythia, Pelopide, Pythagoras, Xamolxis, Anaxagoras, Heraclitus, Apollonius, Tyanæus, Michaël Pſellus, Olympiodorus, Heliodorus, Stephan⁹, Zoſimus, Iſaac Monachus, Blemidas, Pelagius, Africanus, Syneſius, Theophilus, Ptolomæus, Euclides, Dardan⁹, Demetrius, Abugazal præceptor Platonis, Plato iunior, Hamech, Seneca, &c. Sunt etiam nonnulli Romani, Arabes, Germani, Galli, Hiſpani, Angli, Vngari & alii permulti, &c. verũ horum omnium ſatis ampla fit mentio in præfatione Baſilicæ noſtræ Philoſophicæ, quare horum omnium abuſiua enumeratione laborem ſuperſedemus, & propius ad noſtrum intentum pergimus.

Cum itaq; & nos pauciſſimè fuerimus occupati in ſudanda & laboranda Medicina vniuerſali, in medio reliquimus num tetigerimus vel errauerimus; attamen placuit nobis etiam aliquid de hac proferre in noſtra Anatomia Auri; vbi tamen prius naturali Aſtronomia vſi ſumus, & vidimus concordantiam atque harmoniam ſuperioris cœleſtis Solis cũ inferiori Auro terreſtri, vbi ſimulac multorum confuſam opinionem de Auro inuenimus, & id in prima parte noſtræ Anatomiæ Solis comprehẽditur. Deinde apud Galenicos varias Medicinas, in quib. Aurũ crudum ſummũ eſt ingrediens inuenimus, has pro noſtra authoritate appoſuimus, qua ratione videre inpoſterũ poſſint, Aurum Chymicè præparatum melius, Philoſophicè verò ſolutum ac perfectum, ſuperare in virtute & efficacia captum omnium, & has aureas crudasq;, foliatas, & limaturis Auri repletas medicinas habem⁹ in ſecũda parte noſtræ Anatomiæ. Poſtmodum ad hodiernam Reformatam accedimus Chymiatriam, ibi Aurum examinauimus per cementationes, pulueriſationes, præcipitationes, amalgamatio-

gamationes, gradationes, fumigationes, alkoholisationes, stratificationes, extractiones, solutiones, destillationes, in oleum resolutiones, in panacæas redactiones, & in tria principia corporalia coarctationes, &c. & horum laborem ac demonstrationem in tertiam partem nostræ Anatomiæ inclusimus; & hæ quidem Auri præparationes adeo non sunt contemnendæ, ab his enim ad altiora peruenire quis potis est, sin minus cum his penè eadem præstabit, si ritè artificioseque aurum super alembicum ingeniose sciat essensificare, &c. Perfectior autem modus imò & perfectissimus artificiosissimusq; Aurum philosophicè dissoluendi, qui radicalis & centralis est, exinde donum Dei & gloria mundi, de hac separatione etiam in nostra Tertia parte Anatomiæ Solis, tam theoricè quàm practicè & historicè scripsimus. Deniq; in Quarta parte nostræ Anatomiæ vsum nō vulgarem auri, Galenico aut Chymico modo tractamus, sed verum Physicum, Philosophicum ac miraculosum. Vt autē Idæam etiam lapidis habeamus, damus illam in Quinta parte per aliquot figuras, non simplices aut sophisticas, sed rei veritate naturales, Physicas & Philosophicas. Et sic complementū Anatomiæ nostræ obiter demonstrauimus, si deuenerimus ad partes ipsissimas essentiales Anatomiæ, cum verbis rerum testimonia probabimus.

Præterea duodecim adhuc restarent anatomisanda in Auro; Exempli gratia dico primo, Aurum esse instar circuli absolutissimi à natura circumscripti. Secundo, In aureo circulo esse quadraturā quatuor qualitatum, hoc est, æquationem factam. Tertio, in aureo circulo, tanquam figura naturæ munitissima, esse dotes vberrimas reconditas, quę non cuilibet obuiæ, nisi circumspecto rerum æsti-

 mato-

matori, occurrunt. Quarto, Aurum quasi Solem terrenũ à nobis dictũ, esse Centrum omnium humanarum actionum, veluti cœlestis Planetarum. Quinto, Quod causæ præcipuæ, cur mensura mensurabilium & pretium pretia-
1. bilium sit aurum, internis proprietatibus existant; 1. in externis accidentibus, colore, puritate, splendore, exten-
2. sione, pondere & innoxa qualitate. Sexto, 2. Auri prærogatiuam dependere ab eius corruptione, immunitate, & quasi perpetuitate contra omnium elementorũ iniurias, vt ita æternitatis imago corporea habeatur. Septimo, Quod totus hic mundus apertus liber sit, docens rationales homines in genere, quod & qualis sit Deus, quod hæc vita transitura, aliaq; æternæ fœlicitatis expectanda sit, in quo aurum, qui paginam esse negat, Elleboro indigeat.
3. Octauo, 3. Auri præcellentiam peti ab internis & reconditis in eo virtutibus medicinalibus, quibus cordi humano confortando inprimis appropriatur. Nono, Qua ratione aurum, adeo ventriculo indigestibile, cordi spirituum vitalium officinæ succurrat, tactu & actu frigidum eidem calorem suppeditet, & virtutem medicinalem instillet, contra aduersantium opiniones. Decimo, de auro æquato, quomodo agat in non æquata viscera corporis humani & intemperiem illorum emendet. Vndecimo, Quod aurum detectum à suo cortice, nucleum medicinalem offerat, sine quo tota compages eius ferè inefficax habeatur. Duodecimo, Quod illi Anticyram mittendi, adeoque essentia Ellebori extracta (vt quidam perhibent) purgandi sint, qui auro medicinales virtutes, propria animi ignorãtia aut pecunia alterius non experti opinione seducti detrahunt, Deo in his magnalibus (quæ in mundo ex singulari prouidentia sua præualere voluit) laudem & gratiam

debitam

debitam non reddunt, aliisque aliter edoctis & docentibus pro prœmio inuidiam, pro didactro mendacium reportant, &c.

De his quidem obiter in Anatomiæ nostræ præfatione mentionem fecimus confusam, singulari tamen libello omnia ad amussim tota vniuersitas, cũ auxilio Diuino mox videbit. Vltimo quod restat, nulla ars est, quæ non habeat suum irrisorem, nos etiam non charta Emporetica, per quam filtramus destillata, menstrua & solutiua, excipiemus, sed prompto ac parato libro, illis, cum argumentis sufficientibus, fundamentis naturalibus, authoritatibus grauissimis, & ponderosissimis verbis erimus præsto, &c.

Quando verò olim, vt & nunc, Nobilissime ac Grauissime Vir, diurna consuetudine sit receptum, vt libri noui, viris generositate ac grauitate præcellentibus (hos enim mysteria inquirere decet) consecrentur, quo illorum patrocinio & fauore ceu Mineruæ ægide muniti, ab iniuria inuidorum calumniantium eo magis vindicentur: nõ dubitaui, hos labores meos, & hoc mearum vigiliarum munus, Vestræ Nobiliss. Excellentiæ meritis ascriptum, offerre, cum huic instar Mœcenatis & Patroni summè de me meriti deligere, vt si Sophistæ calumniandi insania illud arrodere velint, ipsum iam vestrum factum discretionis perspicacia ac iudicii candore feliciter protegatis atque defendatis. Offero autem & addico V. Nobiliss. Excellentiæ, nouam de Auro Anatomiam, in quinque partes diuisam, nondum tamẽ hactenus in methodicam formam redactam, id quod me conatum esse, quantum Deus suppeditauit auxilii, confido. Sed ne V. Nobiliss. Excellẽtiam detineam, res ipsa se commẽdabit ipsam. Plena sunt pulpita operũ præstantissimorũ apud viros clarissimos, si

iuxta illa & huic Anatomiæ Auri concesserint angulum, satis est: si quid virtutis, si quid veritatis, si quid naturalis Philosophiæ sanioris inest, splendebit etiam in tenebris. Deuotus verò ad V. Nobilissimam Excellentiam confugio, omni submissione & diligentia, petens ac contendẽs, me & studia mea, sibi quam commendatissima habeant, & quibus possunt modis (possunt autem quamplurimis) ea adiuuent & promoueant, adeoque aura fauoris sui ad optatum portum prouehant, meque in suam tutelam & seruitium suscipiant. Ego non solum indesinenter ardentibus precibus misericordem Patrem nostrum Deum ter Optimum Maximum pro V. Nobiliss. Excellentia simul ac totius familiæ sanitate ac prosperitate, imò etiam Status Imperii ferrei salute sollicitabo, verùm noctu dieque in id sedulo incumbam, vt vestris beneficiis me dignum reddam & præstem, motæ spei respondeam, omnique in vita me talem exhibeam, vt vestri vos patrocinii & beneficii nunquam pœnitere debeat.

Qui V. Nobilissimæ Excellentiæ se suaq;
consecrat & offert

JOAN-DANIEL MYLIVS, Philosophiæ ac Medicinæ Doctor.

IOAN-



IOANNIS-DANIELIS MYLII PHILOSOPHIÆ ET MEDICINÆ DOCTORIS,


ANATOMIÆ AVRI

Siue

TYROCINII MEDICO-CHYMICI,

PARS I.

De concordantia & Harmonia solis cum auro terrestri.



IEHOVA *Dominus Zebaoth*, in cœlestem regionem seu mundum sensualem collocauit primum mobile, seu ut aliis *secundam motionem post Angelos*, primam ceu creaturam corporalem, & fontem omnis vitæ ac motionis; in hancinquā regionem cœlestem posuit primo *solem quasi Regem & gubernatorem stellarum, fontem omnis luminis*: Hinc diuinus vates cap. 1. v. 14. ait: *Fecit Deus luminaria in expanso cœli, & inter ea duo magna, ad distinctionem inter diem & noctem, & ad afferendum lucem super terram: vt sint signa cum tempestatibus, tum diebus & annis.* Sic solem, qui diei præest primò & ante omnia præponemus, *in ipso enim mundi anima, & natura media habitat, vt quæ globum solis totum implens, radios suos vndique quasi spiritum effundit per omnia, vitam, sensum & motum ipsi vniuerso distribuens, & cuncta permeans entia*: Qua ratione *animæ omnes ad vnam animam mundi, & planetæ omnes ad solem vnicum, ceu Regem omnium referuntur. Sol boni filius, magna Plane-*

Primum mobile cæleste.

Lumina dua magna cœli Sol & Luna.

In sole anima Mundi sita.

Sol omnia entia permeat.

Luna Humorum Domina.

tæ potentiæ, Dux Lucis, & caloris vitalis fons, Lunaque ipsius æmula Humorum Domina cum reliquis luminibus minoribus erraticis & fixis, masculina vel fœminina, æstiua vel hyemali influentia præditis, suo per Zodiacum cursu, suo ortu & occasu, congressu & discessu necessaria sunt digestionum instrumenta: quæ inferiora hæc agitant, mouent, & latentes formas exsuscitāt, benigno roris, mannæ, Thereniabin, & pluuiarum nectare, blandissimoq; Zephyrorum genitalium, & teporis verni afflatu, ac grata temporum vicissitudine fœcundant, & ab extra opitulando & obstetricando formas ad actus secundos perducunt. Hinc φιλία καὶ νεῖκος, *mirabilis & imperscrutabilis rerum sympathia & antipathia*, consensus & dissidium, discors concordia, φιλέχθεια oboritur, quo fit, vt animalium humores superioribus lationibus obnoxii ad illorum motionem permutentur, certisque astris surgentibus certæ planetæ enascantur, iisdemque occidentibus decidant. Hinc verissimum Hermetis nostri Trismosini in tabula Smaragdina conceptum: *Superiora sunt sicut inferiora, & inferiora sicut superiora. Nihil enim*, vt cabala vult, *in veritate Deus creauit superius, quin eidem simulacrum aliquod creauerit inferius: nihil creauit inuisibiliter, quin in corpore aliquo idipsum adumbrauerit visibiliter, vt per corpus vmbra patētis perueniamus ad cognitionem spiritus latentis, & per effigiem apparentis inferius ad notitiā reapse existentis superius.* Et Scaliger alternatā cohæsionē mundi adstruit, cum inquit: *Formæ inferiores à superioribus fouentur, & superiores inferiorum benignitate non destituuntur*: pendent hæc nostratia à superioribus, non propter vniuocam effectuum communionem, sed propter æquiuocam connexionem. Sunt enim superiora quasi formæ conseruatrices inferiorū, quia hæc causa ipsa causarū tuetur ea, quæ fecit, per ea, quæ fecit. Hoc sensu nō adeo repudianda videtur veterū sapientū Theoria, qui *formas rerū & virtutes principio ab Ideis in mente Diuina eminentibus prodeuntes*, deinde intelligentiis administris stellis communicari, & ab his maximè à sole cœli corde, & lumine masculo, hinc à Luna veluti matre susceptas & collectas per Spiritus ætherei vehiculum in Elementa tanquam δοχεῖα, & ab his in vniuersum mundi corpus, ventremque & centrum terræ per ventum prolificum, & aquarum lapsus ceu genitale semen immitti, & minerali naturæ primum agglutinari, hinc in vegetabilem & animalem transire: rursus autem mediatoribus illis sublatis à corporibus resolutas & emeritas, per gradus ad pristi-

Influentia superiorum in hæc inferiora causa rerum sympatica & Antipatica.

Tabula smaragdina Hermetis Trismegisti.

Spiritus Vniuersalis latet in corporibus vmbra circumseptus.

Formæ rerūq; Ideæ in mente Diuina recondita sunt.

pristinos fontes regredi atque reuerti, confirmant. Hi omnes *inuisibilem solem, ignem cuncta generantem, incombustibile sulphur, Lineam viridem Benedictam vbique generantem, Mumiam & Balsamum fœlicioris Naturæ, salem liquoris à putredine corpora præseruantem,* τὸ θεῖον, τὸ ἔμβιον τῆς φύσεως, *fabrum occultum, cœlum inferius intrinsecum, astraque propria non minus in reliquorum Elementorum sinubus, & abyssis potestatibus occulta, quam inuisibili firmamento corporea forma Creatoris benignitate repræsentata magno consensu agnouerunt & tradiderunt,*

Cœlum in inferioribus est intrinsecum.

Hermes ille ter maximus Philosophorum Pater, quem inter Philosophos θεολογίζειν non iniuria dixeris, vt pleraque sacris literis non multum absimilia protulit, spiritũ fœcunditatis solarem mirificis encomiis extollit, dũ ait: *Spiritus agitur, & gubernatur omnis in orbe spiritus: Spiritus implet omnia: Mundus nutrit corpora, spiritus animat: Spiritu ministrantur omnia, & vegetantur in mundo. Hoc spiritu omnia indigent, omnia enim portat pro cuiusque dignitate, omnia viuificat & alit. A fonte sancto producitur vita, & spiritu fœcundissimus.* Naturæ genius Aristoteles cap. 3. de generat. animalium lib. 2. ait: *Omnis animæ potestas alterius corporis cuiusdam particeps esse apparet; eiusque diuinioris, quam quæ Elementa appellantur.* Continet enim in se semen cuiusque fœcunditatis suæ causam, nempe ipsum calorem, qui igneus minimè est, neq; id generis facultatem aliquam æmulatur: sed spiritus qui in semine spumanteq; corpore coercetur; & natura, quæ in eo inest spiritu, proportione respondet Elemento stellarum. Quamobrem ignis nullum generat animal, neque constitui quicquã densis, vel siccis, vel humidis videtur: At verò *solis calor*, & animalium, non modo qui in semine continetur, verum etiam si quid excrementi sit, quanquam diuersum à natura, tamen id quoque principium habet vitale. Itaque dura, mollia, lenta, rigida, aspera, leuia, caloris & frigoris vi effici possunt: At propria cuiusque ratio & essentia nequaquam ex Elementis emergit: & sanè constat, *In sole omnes naturæ vires quasi in receptaculo & fonte perenni reconditas esse: Humanæ enim Sapientiæ fermentum est, & super omnia lucet: & sicut in microcosmo cor est scaturigo vitalis Spiritus & sanguinis, omnibus reliquis membris motum, ac vigorem impertiens: Ita sol cor cœli vicissim tanquam omnium virtutum Elementarium Dominus per vniuersam naturam suos spargit & infundit radios: Et vt sol inter cœlestia, sic aurum inter metalla tenet primas, estque receptaculum & subiectum omnium virium Elementarium cœlestium ac*

Spiritus solaris fœcunditas meritò summa laude extollenda est.

Vita à sancto ac supremo vnico Rectore omnium.

Elementum stellarũ correspondet cũ spiritu vniuersali.

Ratio & essentia non ex Elementis.

supercœlestium, delabuntur autem à supercœlesti & cœlesti influentia deorsum in mundum hunc elementarem, concentrandoque confluunt in hoc vnicum metallum, sicque colligatæ in eo asseruatæ concluduntur.

Ab Heraclito *Sol* vocabatur *Fons luminis cœlestis*, ab Orpheo, *Lux vitæ, Oculus mundi, Oculus cœli viuificus, qui rebus omnibus calorem, lucem, vitamque inspirat:* A Paracelso *Sol* dicitur *Spiraculum vitæ elementorum:* à Platone & Zoroastro, *cœlestis & inuincibilis ignis, cuius natura est omnes ignes in occulto latentes viuificare, eosque occultos & quiescentes incendere, nimirum Sphæras Planetarum, qui nobis non apparent, per se enim mortui, si verò incensi, viuunt, edunt, ac operantur suas proprietates.*

Sapientes antiqui solem comparauerunt Deo, quoniam à Deo omnis splendor spiritualis & indiuisibilis deriuatur, omniaque eodem intrinsecus illuminantur, non aliter quam claritas & fulgor visibilis & externus omnis ab ipso sole procedit; namque vt in materialibus sol; sic in spiritualibus Deus est Imperator, igneum sceptrum tenens. Secundum Syracidem, tria percipiuntur in solis essentia, videlicet ipse sol, eius lux seu claritas, & calor viuificus: Solem ipsi Deo Patri, claritatem filio, & calorem Spiritui Sancto referunt. Splendor immediate oritur & deriuatur à solari corpore vnico, caloris effectus & beneuolentia virtus ab vtroque descendit.

Theophrastus libello de peste cap. dicit: *Vti homo generat naturalem sui imaginem, ita sol mediantibus astris huic indit naturæ lumen.* Iamblichus dicebat, *quicquid habemus domi à sole, vel ab ipso solo, vel ab ipso per alia, quamuis enim aliquid ab aliis habeamus, illud tamen à sole mutatum est: In sole tanquam corde cœli, vt in potenti scaturigine & fonte, reperiuntur cœlestes occultæ operationes corporum cœlestium.* Hinc *cœlestis Regina & vxor Solis Luna*, omnium cœlestium influxuum virtutumque vltimum est receptaculum, solis cæterorumque Planetarum ac stellarum radios & influxus quasi fœtum suscipiens, inferiori mundo sibi vicino quasi parturiens edit: æstimaturque *à Deo sapientissimo* sphæram Lunæ in infimo loco corporum cælestium, & supremo elementarium motuum creatam & collocatam, vt ab illa desuper possint accipi vires & influentiæ cœlestes astrorum, & ipsa suppleta Luna easdē à se refundere in omnia elementaria, vel in ipsa elementa vsque in terræ globum distribuere, & cuiusq; rei particulare ac proprium innatum astrum cum superioribus conspirans hoc pacto excitare. Sic absque Luna intermedia

Luna mediatrix, quæ

media vim superiorum attrahere omnino nequimus: Nihilque sane Lunæ beneficio vnquam perfeceris, quia *Luna virtute solis domina generationis augmenti, & detrimenti: Luna quasi luce lucens aliena*, quia ipsa non lucet de se, sed omnem splendorẽ suum à sole mutuatur: Sic Luna licet ab omnibus stellis vires suscipiat, potissimum tamen in sole, quoties illi coniungitur, viuifica virtute repletur, ac pro illius intuitu complexionem mutuatur.

mediante superiora agunt in hæc inferiora.

Hinc apparet quomodo anima mundi per supercœlestem inuisibilem & insensibilem ignem commoueat lumen & ignem solis, qui postea mouet vires Astrorum, & tandem per Lunam demittit in globum terræ, vsque in intima abyssi profunda distribuendo, quemadmodum semen virile in globum vel vas matricis emittitur atque ejaculatur. *Et veluti superiores cœlestes planetæ suum splendorem ac lumen accipiunt à sole cœlesti: eodem planè ac simili modo accipiunt terrestres planetæ vel corpora metallica suum splendorem, lumen, vim, ac radios ab auro, vtpote à Philosophico & terrestri sole.* Quando Sol in peripheriam suam voluit permeatq; vias seu plateas cœlestes, per quas ad planetarum aliarumve stellarum domos ac hospitia diuertit, siquidem eius ductu planetę omnes agitantur, pręsentia nondum conjuncti torquentur, & coniunctione corporali lætantur: sic confortando illarũ vim ac operationem, quam in aere habent, excitat, vnicuique infundit lumen, vitam, motum vsque ad infima & profundissima loca terræ, vti per Martem calorem, per Saturnum frigus &c. Hinc vere dicitur: *Sine cognitione luminis naturæ seu maioris mundi nullus medicus potest habere exactam vegetabilium, mineralium, animalium, metallorum, morborum, & microcosmi cognitionem:* Macrocosmi n. seu cœli & microcosmi seu hominis vnum idemque est astrum, & veluti *omnium rerum formatio*, (vti ferrum in imaginatione fabri ferrarii) *ex astris dependet*, ita ratio, simul ac Medicina regit astra, vna externa, altera interna. Qualem enim nobis demonstrant planetæ influentiam, quando fœtus in vtero earum vim ac proprietatem sentit, cuius mensem primum Saturnus, secundum Iupiter, tertium Mars, quartum Sol, quintum Venus, sextum Mercurius, septimum Luna sibi vindicant, ideo si septimo mense, qui est Lunæ, nascitur, vitalis est infans: Luna enim bonus planeta: octauo rursus ad Saturni nequitiam reuolutus, fœtus morti est obnoxius, sed nono sub Iouis benignitate iterum constitutus viuet deinde, jam ex

Anima mũdi gratia ignis inuisibilis commouet lumen & ignem solis.

Cognitio luminis naturæ facit perfectum medicum.

Formatio rerum omniũ ex astris dependet.

Ratio regit astra.

Fœtus in vtero proprietatem sentit influentiarum.

omni parte munitus, quocunque tempore in Lucem venerit, erit incolumis. Est igitur plurimis de causis Astrologia medico necessaria, sunt enim exempli gratia quædam coniunctiones, & aspectus Planetarum humanam naturam debilitantes aut roborantes, vnde Medicus fallitur, nisi pro habitudine influxuque cœlesti medicamenti habitudinibus commoda tribuat. *Luna enim coniuncta Iovi naturam corroborat*, inde si hac hora medicamenta tradantur, à solida efficacia declinant, quod non fit in harum planetarum separatione, quoniam natura humana vicibus non adaucta, sed in statu suo permanens, catapotiis, opiatis, antidotisve coniecturam Medici minimè fallet: Sic è contrario, *Luna lumine aucta Marti vel diminuta Saturno coniuncta, humanam habitudinem debilitans*, Medicum imperitum in errorem trahet, vt in medicamentorum quantitaté peccet, inde Medicus ægrum præcipitabit, & vna cum excrementis animam exhalare coget. Sunt præterea Medicamenta cœlestium obseruatione confecta, maioris efficaciæ, vti & Auicenna in quibusdam obseruare mandauit: Nam sexta quarti, ait, sumatur carbonis Cancrorum fluuiatilium captorum, dum sol est in signo Leonis, assorum in furno; quod licet exiguum sit, attamen hoc exiguo in magno volumine, vbi se purum Medicum profitetur, nonnihil insinuauit, ad astra esse confugiendum.

Astrologia summe necessaria medico.

Medicorum error ex inscitia cursus supremorum Astrorum.

Hippocrates in prognosticis ait: *est quoddam cœleste, in quo Medicum considerare oportet, cuius prudentia admirabilis, nimiumque stupenda*: Quod dictum Galenus commendator ad aerem referri ait & recte: Aeris enim mutationem, alterationem, corruptionem non nisi Astrologus præuidet.

Cœlestium etiam consideratio requiritur in Medico.

Verum cum sol, tanquam rector ac gubernator omnium medium inter Planetas locum obtineat, Luna enim profectò nihil luminis, nisi à sole menstruis motibus acceperit, habet, ei aurum damus, aurum enim habitudinis temperatæ dependet à sole, vnde colore & pretio non habitudine solem sequitur: Argentum vero Lunæ tribuitur, & in Medicamentis post aurum, sicut Luna post Solem, minus est luminare. Iovi assignamus stannum, non propter colorum solummodo sed & naturæ similitudinem: color enim stanni Iovialis stellæ colorem imitatur, & id facile flectitur, impressionesque recipit, & est *Iovis Natura, quæ mites facilesque homines reddit*. Æs siue Cuprum, Veneri & colore & natura persimile, non sine difficultate flectitur, & ipsa *Venus flexibiles, in genitura natos efficit*, & color

Luna lumen à sole recipit.

Maius luminare cum Auro; minus luminare cũ Argento correspondet.

Microcosmus imitatur naturã Planetarum.

lor æris Planetæ colorem reddit, cui etiam tinnitus adest. Saturno plumbum frigiditate concordat, & sui grauitate eiusdem planetæ tarditatem imitatur. Ferrum siue chalybs, vtrumque ferrum est, sui siccitate siccum Martem sequitur; hinc ferrum in rebus bellicis aliis metallis præualet, vt est natura Martis. Argentum viuum quia mobile est, vt Mercurius Planeta, nulli adhærere noscitur; nam si alicui inhæreret, illius sectæ foret, & in coitu cum aliis aliquid ex se indicaret, sed non ita est: nam in eorum naturam, quibus adhæret, vertitur, ita vt verti & adhærere sint inter se longe diuersa: Est enim cum bonis bonus, & cum malis malus: Quemadmodum autem septem planetæ cum septem metallis, actionibus & coloribus vniuntur, sic etiam septem principaliora membra microcosmi pro ratione planetarum adnumerantur; Luna respiciet cerebrum & cerebri affectus, Mercurius pulmonem eiusque affectiones, Venus renes eiusq; morbos, Sol cor eiusq; ægritudines, Mars fel &c. Iupiter hepar &c. Saturnus vero splenem &c. Planetis etiã sunt attributę horæ, à quibus dies nominantur, hoc ab Ægyptiis ad Græcos dudũ fluxit, & Apostolus in sacris Epistolis hoc etiam innuit: Nam septem dies septimanæ, nomen à septem Planetis acceperunt, non tamen seruato ordine; *& dies Solis, quem Dominicum ob resurrectionem Domini nostri Iesu Christi vocamus*; Lunæ, Martis, Mercurii, Iovis, Veneris, Saturni. Prima enim hora Dominici diei Sol dominatur, deinde Venus, & sic per ordinem, quousque Lunam primam horam sequentis diei occupans, nomen imposuit, & sic in cæteris ordo obseruatur, &c. Sic *Humores in corpore nostro & numerum, & qualitatem Elementorum imitantur, sunt enim numero quatuor, bilis, atra bilis, pituita, sanguis.* Bilis quam choleram, calida siccaque ignis Elementi similitudinem gerit; subiacet Marti & Soli præcipue, vterque enim calidæ siccæque naturæ esse cognoscitur. Atra bilis, quam melancholiam vocamus, obedit Saturno, cuius naturam imitatur: Est autem de natura terræ atra bilis, quam frigiditate & siccitate scatentem, de natura sui sterilem putamus, sed cœli auxilio fertilitatem sortitur. Pituita quæ phlegma est, aquæ Elemento assimilata, Lunæ & Veneris humido frigidoque pollentium dominium sequitur; & pituitam huiusmodi esse rationes asserunt. Sanguinem Iupiter aeri persimilem, caliditate siccitateque sibi ipsi consentaneum optima ratione vindicauit: Aer enim & sanguis & Iupiter humorem calidum occu-

Septem metalla conferẽda cum septem membris principalioribus corporis humani.

Sol iustitiæ solem cælestem in supremo gradu collocauit, vnde & primum dominium constituit inter Planetas.

Hora secundum planetas adnumerantur.

Humores qualitatem Elementorũ imitantur.

Homo terrenus & elementaris, nõ est sine essentia superiorum.

occupant. Inde Paracelsus ait lib. de Azotho: *Homo terrenam elementarem essentiam in carne habet, in musculis, in sanguine, extra venas: Aqueam autem elementi partem in sanguine venarum: in sanguine etiam magnam habet partem essentiæ aeris: Maxima autem pars aeris est in stomacho, & in intestinis. Quantum ad quartam elementarem essentiam, ignem attinet, habitat illa in omnibus oßibus, & in eorum medullis, fines & vltimam regionem habens in corde & capite: vnde elementum scaturit in oculos ad visum, in cagastrium aquastrum, ad vitam eius, in essentiam salnitream, ad eius vitam, sanitatem, morbos, deniq; omnia accidentia, bona ac mala.* Hactenus Paracelsus.

Luna humida. Mercurius ingeniosus. Venus libidinem introducit. Sol sapientiã communicat. Mars contẽtiosus est. Iupiter prudentiæ pater. Saturnus morosus est.

Sic etiam præterire non possumus Ptolomæi sententiam qui lib. 4. Iudiciorum, ætates accommodat ad planetas: Luna gubernat infantiam quatuor annis propter humiditatem; sequentibus decem annis, Mercurius ingenii magister, & morum informator: octo sequentes annos sibi vendicat Venus, ingenerans blandimenta cupiditatum ac libidinum: post Venerem decem & novem annis dominatur Sol, sapientiæ, grauitatisque author: post Solem Mars, annis quatuordecim, curam laborum ac contentionum inserit: Martem excipit Iupiter, consiliorum & prudentiæ parens, atque moderator annis duodecim: & sic complentur anni sexaginta octo: quod reliquum est ætatis Saturnus conficit, inertia, morositate ac mœstitia &c.

Aurum est centrũ in quo influunt omnia supercœlestia.

Verum *quando Sol inter planetas magni parentis lumen, primas; ita & aurum inter metalla tenet*; estque subiectum omnium virium elementarium cœlestium atq; supercœlestium, ab influentia autem cœlesti ac supercœlesti, deorsum in hunc mundum & orbem concentrando delabuntur, ac in hoc vnicum metallum confluunt, in que eo arctissimo nexu asseruatæ, atque vinculo indissolubili colligatæ tenentur atque concluduntur: Et veluti Sol communicat & prælucet omnibus stellis ac planetis, & ab ipso tanquam Rege, lumen omne recipiunt, operam vicariam, assurgendo vel motus variatione sese accommodando præstant, dum in Apogæo tardi, in Perigæo celeres, nunc retrogradi, nunc apparent directi: Sic *ab Auro cætera res valorem & sui pretium consequuntur, quæ vicißim illi cedunt in honore, durabilitate & virtute. In honore*; quia in Regum coronis & sceptris gestatur, in poculis & patinis vsurpatur, in catenis & vestibus visitur. *In duratione*; quoniam ceteræ in chaos elementorum citò redeunt: Aurum vero nunquam, nisi tardissime: *In virtute*, quia & Medici Hippocratici ipsi summas vires ascribunt,

Tria grauitatem auri demonstrant: honor, duratio & virtus.

bunt, propter quas suis medicinis folia, limaturam, puluerem immiscent, & ægris propinant, vti paulo post docebimus. *In sole est spiritus secretissimus ac cœlestis, omnibus creaturis totius mundi vitam, substantiam, essentiam largiens, vnde proximè Dei gerit imaginem*; Idem ille spiritus in cœlo liberrime diffusus, motu ac virtute sua in terra maxime, vt in centro eius arctissime contractus condensatur, & quasi in substantiam illorum incorporatur, quæ in terræ centro proueniunt: inde metallis totus clauditur ac figitur. Hic spiritus vnus idemque conuenit cum omnibus animantibus, vegetabilibus ac mineralibus teste Paracelso in libro de peste cap. 2. *Quicquid à Deo est creatum siue mobile vel immobile, comprehendit in sese occultum spiritum, vitaque hominis nihil aliud est, quam subtilissimus tenerrimus vapor & spiritus, proueniens ac euaporans à sanguine cordis, permeatque omnia membra, & quatenus ille spiritus inuenit dispositum membrum siue instrumentum, eatenus in homine operatur, idque potestate astrorum seu influentia cœli*: Exempli gratia, spiritus continens in cerebro, mediante & cooperante illo dat & introducit intellectum, rationem, sensum, memoriam, prout ab astro communicatur: (memoriam digitis, ac pedibus, Scaliger in exercitationibus) sic spiritus oculorum dat visum, narium spiritus, causa est odoris; aurium spiritus parit auditum; linguæ spiritus dat gustum siue saporem; amorem ac cupiditatem introducit spiritus hepatis: eius gratia fit ex ore locutio: sic in liene risum, & iram in felle concitat: omnesque nerui sunt motionis instrumenta, &c. *Sic membra illa principaliora in microcosmo reguntur à spiritu: spiritus ab astris: Astra à sole, sol vero à supremæ vniuersitatis rectore, solo videlicet Deo, dierum antiquissimo, errare nescio, ac luminum patre. Hic arcanorum conditor, hinc inde proprietates creaturarum, hic rerum omnium perfectus artifex, hic creator sublimis, gloriosus ille Iehova Deus. Ab hoc dependent & profluunt radiorum solarium efficaciæ, vt calor flores omnisque generis germina producat: sic superne homo quæ habet à Deo tenet, qui solus etiam scientiæ liber ac fons est: Hic Medicinæ parens:* Syr: cap. 34. *Sic Pater luminum splendorem ignis sui emittens & communicans primo soli & cæteris cœlestibus corporibus inde tanquam per media instrumenta in hunc nostrum ignem influit: Hocque modo omnium Planetarum vires & virtutes in sole reperiuntur*; Inde Philosophus dicit: *perscrutamini scripturam & naturam, in qua Dei miracula sunt occulta.* Sic astra regunt hominem in spiritu, & spiritus hominis regit corpus in carne & sanguine. Hic spiritus mortalis est: Anima intellectualis

Solis spiritus vita totius mundi.

Matrix mundi est aqua, supra quam spiritus Domini ferebatur.

Philippus Melanthon lib. 1. physic. pag. 52.

Sol est fons vitalis potentiæ: Luna verò fons naturalis potentia.

Vires & virtutes omnes Planetarum in vno sole sunt implantata.

vero à Deo inspirata, sola est immortalis. Cernimus autem singularem conformitatem, concordantiam, & similitudinem, quam inter se mutuo habent Sol cœlestis & terrestre aurum, quare veteres Sophi & Cabalistæ etiam vtrumq; tam cœlestem, quam terrestrem Solem vno charactere hieroglyphico, videlicet integro circulo, & visibili centro describere & præfigurare voluerunt: siquidem *Solis character tum cœlum tum terram refert: nam circulus cœlestes motiones & influentias, centrum terrenam & fixam naturam promittit.* Inde Crollius sympatriota meus coniicit: *Quicunq; veri puncti & centri rationem cognoscit, nihil in rerum natura vnquam ipsum latere potest, cuius non habeat perfectam notitiam*: In eo siquidem rerum abditarum fundamentum & radix cum consistat, non immerito etiam omnium artium & scientiarum fundamenta naturalia hinc primum elicienda & depromenda: Quare tali concludimus philosophica ratione de auro: *Sicuti cor & cerebrum in Microcosmo duo principaliora membra inter septem existunt*, (veluti illis innotuit, quibus harmonica analogia superiorum & inferiorum, vtpote qui ex Astrologorum suffragiis, duobus maximis cœli luminibus duo maxima hominis viscera, cor & cerebrum dicata esse confiteri queant) *Ita præcipuum ac generalissimum est Medico, vt qui curat inprimis cor, tanquam regem reliquorum membrorum defendat, postea morbum aggrediatur?* Vnde philosophari sane licet, quod *cor sit focus caloris, centrum microcosmicum, rex & princeps reliquorum membrorum, quo saluo, cætera salua, læso læsa sunt, primum viuens, & vltimum in animali moriens, fons caloris ac spirituum, tutor, rector & inspector est aliorum: at primogenituræ ius habet*, spectat ad conseruationem totius familiæ mareque æstuosum affectuum turbinibus est, quare pacandum veniet auro in medicamentum concinnato sine peregrini additione.

Sol cœlestis ac terrestre vno charactere præfigurantur.

Punctum centrale.

Cordi ac cerebro principalioribus mēbris, summa adhibenda confortās Medicina.

Aurum ex summe corroborantibus primū est: Æquatio qualitatum, quasi corticem externum superinduxit auro, seu potius clypeum Achillis, sub quo tanquam testudo sub testa durissima, sua inferiora viscera abscondit, & ab iniuriis prætereuntium seu inique tractantium tuetur. Imo *quemadmodum Sol cœlestis se habet erga reliquos planetas, tanquam Rex enim sedet in meditullio aliorum planetarum, luce, magnitudine, pulchritudine omnes excellens, omnes illuminans, virtutemque illis ad inferiora quæque disponenda distribuens: Ita enim Sol philosophicus seu naturale aurum erga reliqua metalla: metallorum enim purissimum est aurum, in quo splendor solis,*

Aurum primū ac summum corroboratiuum.

Sol cœlestis rex planetarum.

Aurum terrestre rex metallorum.

solis, ignisque cœlestis radius est, & in cuius corpore perfectissimo quatuor elementa conueniunt.

Sicuti etiam cœlo ac mundo præest Sol, gaudium totius creaturæ, in ipsum vniuersum mundũ & quæ in eo sunt, imperium habens: ita & in animantibus, vniuerso corpori ipsum cor prædominatur. In ipso enim fons & scaturigo vitalis spiritus & sanguinis omnibus reliquis membris motum & vigorem impertiens. *Sic in auro, mediante Deo, maximum confortatiuum cordis latenter quiescit; Imo in auro omnium magisteriorum est reseruaculum, vita & regeneratio: Aurum colorem rubeum solis ostendit, nec non puritatem & lucem, vt argentum Lunæ albedinem & nitorem.*

Sol gaudium totius creaturæ.

In auro magisterium, vita & regeneratio metallorum.

Aurum verissimum est heliotropium, omniumq; rerum natura, quod ad Orientem & Meridionalem solem saltem generatur, calore gaudet, aq; solis æstu satis maturatum, igne non corrumpitur, alienumq; calorem quemcunque non pertimescit. Aurum naturale solis est filius, inq; suis visceribus tanquam filius de patris natura calorem innatum solarem abscondit, ore vultuque Patrem soboles refert, eius mores ac virtutes in substantia & essentia imitatur.

Aurum solis filius.

In Auro elementorum perfecta est adæquatio, estque subiectum vniuersale trium regnorum, nimirum animalium, vegetabilium & mineralium, vitæque est instar rerum omnium tantamq; affinitatem & harmoniam cum corpore humano seu microcosmo forma sua interna tenet, quantam quantam concordantiam cum sole cœlesti mutuam possidet.

Aurum omnia superare potis est, tam virtute & pretio, quam vi vt præmio: quis enim adeo circumspectus habet robora vel chalybem, vt multis in auro armatis resistere valeat? quem adeo virtus sustulit, vt non ab auro deiectus sit? Quis auri vires medicinales in tam firmis & duris compagibus ac claustris latere sciuisset, nisi labore & sũptu præuio indagasset? Quis castra munita, teste Philippo Macedone, expugnauit, annon aurum? Hoc pretiosissimum mundi donarium nullam aut exiguam sui vtilitatem ac virtutes ostendit, solidum enim & compactum, nisi arte aut manibus humanis moueatur: in hac natura subterranea summum apicem suæ perfectionis ostendit.

Quatuor natura principia inter cœlestia Sol obtinet primas: inter vegetabilia vinum: inter animalia cor: inter mineralia aurum.

In tota classe vegetabilium aut animalium non datur aliquod remedium, siue simplex, siue compositum, quod simul calidum &

Aurum naturæ perfectionem designat.

humidum in summis & innoxiis gradibus, absque peregrini permixtione, quod tale perduret in igne, in aqua, nec vnquam destruatur, quodque sit tenuissimarum partium & cordi familiarissimum, quale est vnicum & solum aurum debite præparatum.

Sol circulus cœlestis.

Veluti terra quanta quanta, est centrum vniuersi, primiq; mobilis, & Sol cœlestis tanquam lampas diurna circa hanc in circulum ducitur, nihilominus ipse existens cæterorum planetarum norma centralis, sic aurum in sua natura circulare centrum inuenitur rerum in mundo prostantium.

Aurum circulare centrum.

Rubinus habet in se effectum omnium lapidum pretiosorum: sic etiam habet aurum in se virtutem omnium lapidum ductibilium, metallorum scilicet, quia continet in se omne metallum, & ea tingit ac viuificat. Auicennas inquit, In auro naturæ sunt absconditæ, quæ prosunt toxico, aut illi, qui percussus est ferro; & pueris nascentibus, si quando natus fuerit, teneat, non timebit dæmonem: Et si prægnans mulier biberit, non abortabit. Non etiam putes, quod lapides, quamuis cariores vendantur auro, quod magis valeant, quam aurum. Ideo enim pretium habent, quia pauci inueniuntur: *Et de omnibus rebus huius seculi magis valet aurum, & ita fuit & erit per omnia secula.* Idem Auicennas: sicut Sol magis valet, dans fortitudinem suam vsq; ad Saturnum, & deorsum vsq; ad Lunam, & ita aurum est pretiosius omnibus aliis, & ideo, quia omnes res cœlestes sunt mixtæ cum terrestribus.

Dict. 5. ca. 7.

Dict. 6. c. 13.

Dict. 1, ca. 2.

Magi illi seu sapientes viri, qui regi regum recens in Bethlehem nato, Christo Iesu Saluatori nostro, genethliaca obtulerunt dona, inter cætera aurum elegerunt, vtpote Regi ob æternitatis imaginem debitum. Vt enim palma & laurus dabantur antiquitus æterno temporalibus, & mox morituris regibus in Symbolum certæ alicuius victoriæ: sic huic æterno monarchæ, qui carnem humanam in tempore assumpsit, at in æternum non depositurus est, merito datur aurum, vnum, perpetuum, non ob humanam necessitatem, tamen ob diuinam omnipotentiam & affluentiam.

Aurum diuinam potẽtiam, & regiam maiestatem declarat.

Ne quid de auri vsu in veteri Testamento adiiciamus, hoc constat, etsi sit & habeatur æternum aurum, ignibusq; inseparabile, tamẽ à Moyse, ex iussu diuino, aureum vitulum (in eremo idololatriæ obiectum, ab Aarone erectum, Exod. 23.) combustum, eiusq; puluerem aquæ inspersum, populo Israelitico propinatum fuisse, quod non absque miraculoso artificio, siue diuino siue chymico, factum suspicamur.

Aurũ æternitatem præfigurat.

mur. *Aurum sane vnicum vere in rebus humanis incorruptibile existit, longissimaque est durationis, vnde proxime ad æternitatem videtur accedere:* Est pulchrum visu, tenuissimum dilatatu, põderosissimum tactu, rarissimum inuentu, saluberrimum vsu iudicatum, cum æternitatis haud obscuras in se ostendat proprietates, præ aliis sapientibus arrisit, vt esset corruptibilium norma, terrestrium thesaurus, & elementorum compendium: Quod etsi à furibus & prædonibus aufferri possit, tamen ab igne, & aqua, carie, putredine, tineis & vermibus præseruatur vt *tutissimum vitæ humanæ balsamum & viaticum*, quod in paruo corpore multarum rerum censum contineat, tanquam alter Tydeus, de quo dicitur, quod paruus mole corporis, magnus virtute mentis extiterit.

Aurum incorruptibile.

Aurum vitæ humanæ balsamum.

Ipsum aurum hominis partes, tanquam microcosmi ideam optime exprimit, tam animam, quam corpus: in eius compositione hoc maximum, quod resurrectionis humanorum corporum, animæque in ea remittendæ imago apparet manifestissime: apud sanctum Iohannem Euangelistam in Apocalypsi cap. 21. v. 18. *Æterna ciuitas comparatur auro:* vrbem sanctam, dicit, eam fuisse aurum purum, & similem vitro puro.

Aurum microcosmi idea.

In præparatione aureæ medicinæ imago resurrectionis manifestatur.

Aurum non solum omnium defectuum & superfluorum in corpore humano remedium, verum etiam materia, in qua optimum medicamentum, tanquam nucleus in testa sua conclusum delitescit: hoc vni eique præcipue corporis nostri visceri cordi conuenit, vel ex proprietate occulta, vel aperta temperie, quæ in eo summa & æquata reperitur. Aurum solum, vt sapiens quamlibet terram elegit pro patria, cum vbique bene se habeat, omnia sua secum portet, nec aliena appetat, ipsum ab aliis semper appetitum.

In auro summum medicamentum.

In hoc vno auro æternitatis imago relucet, cum idem tanquam narcissus pulcherrimus sese in fonte aquę splendide contempletur, seipsum depereat amore, & à seipso pereat perennis vt viuat: à quo enim liquescit, & omnia alia labascunt, nempe igne, nutritur solum vt salamandra, cum in igne creuerit vt Pyrausta: Crollius dicit, *vera illa Philosophica nobilissima lympha, & aqua sapientiæ, haud sese multis offert, & nonnisi Philosophis ancillari libuit.* Est autem *aqua sapientiæ philosophorum vnica saltem*, quæ omnia metalla ac lapides ab impuro puncti quaternarii coagulationis vinculo philosophice & naturaliter liberat: *Nec est sub cælo modus dissoluendi physice corpus solis alius, quam per vniuersale menstruum*

Aurum æternitatis imago.

Aurum philosophorum salamandra.

Mercurius est soluens auri vniuersa'e.

Mercuriale Philosophorum, totius naturæ secretissimum, quo dum per ignorantiam & difficultatem acquirendi caremus, consueuerunt in defectu perdicum, famem etiam carnes bulæ, sedare, siquidem coquus in absentia ligni quercini ad coquendos cibos vtitur figino seu Betulino.

Aurum rex metallorum.

Auro metallorum regi & capiti secundum Hermetem, corpori videlicet perfectissimo & purissimo, à nullo elementorum domabili, & à Deo ac natura perfecte secundum materiam & formam elaborato, non solùm omnes cœlestes vires planetarum, aliorumque corporum metallicorum ac mineralium, sed & vegetabilium ac animalium infusæ sunt; inde fit, quod nec ignis violentia hanc temperatam elemẽtorum desponsationem & coniunctionem separare, nec terræ fœculentia vitiare, nec aquæ limositas contaminare, nec contactus aeris obumbrare aut corrumpere queat. Inde à Sophis tam propter cœlestes quam terrestres latentes vires, *omnis homo microcosmus & Adam* nuncupatur, sicuti illius finis & perfectio operis naturæ: Imo septenarius perfectionis numerus fere completus est, vltra quem natura, sine adiumento artis, in sua potentia & operatione altius procedere potis non est, sed quiescit, sic & *in septimo die Iehoua Benedictus dominus Zebaoth, sabbatizauit ac conquieuit*.

Microcosmus seu paruus mundus, cũ macrocosmo plane vnus ac idem.

Gen. 2.

In sole & sale, centralis & natura vniuersalis Balsamus.

Veteres etiam non sine causa dixerunt, *in sole & sale contineri omnia*, sed non loquuntur de excrementitio aliquo, verum de centrali Balsamo naturæ vniuersali, quod ab omni æuo veræ Halchymiæ nomen dedit. Veteres etiam fatentur, *ex auro fieri medicinam, quæ habet virtutem super omnes alias Medicorum medicinas, omnem sanandi infirmitatem, tam in calidis quam in frigidis ægritudinibus, eo quod est occulta & subtilis natura: conseruat sanitatem, roborat firmitatem & virtutem, & de sene facit iuuenem, & omnem expellit ægritudinem, venenum declinat à corde, arterias humectat, contenta in pulmone dissoluit & vlceratum consolidat, sanguinem mundificat, contenta in spiritualibus purgat & ea munda conseruat, & si ægritudo fuerit vnius mensis, sanat vna die, si vnius anni, in duodecim diebus: si vero fuerit aliqua ex longo tempore, sanat in vno mense, & non immediate: Hæc medicina super omnes alias Medicinas & mundi diuitias, quia qui habet ipsam habet incomparabilem thesaurum.*

Medicina vniuersalis seu lapis philosophorum ex auro, in auro, cum auro, & per aurum.

Vniuersalis Medicina est thesaurus totius mundi.

Aurum sane est omnium rerum centrum, siquidem pro illo obtinendo multi operantur, student, loquuntur, ac silent, in que medio o-

omnium

mnium merito ponitur, circa id enim Reges, Principes, nobiles, ignobiles, ciues, rustici, opifices, literati & illiterati, & deniq; quotquot in mundo degunt, summa occupatione laborant: respice bella, nauigationes, mercaturas, tot inuenta subtilia, quibus orbis fere totus præoccupatur, annon pro auro fiant.

Omnia pro auro recuperando fiunt.

Vt etiam splendor solis communicatur Lunæ cum cæteris faciebus cœli, sic & terrestri auro, quod cum aqua & igne necnon aere & terra proportionaliter temperatum existit, hinc splendidum fulgorem noctu diuque oculos humanos perstringentem de se proiicit. Quod preter ipsam experientiam testatur Hermes ca. 7. tract. 7. Ideo, inquit, Philosophi ipsum prætulerunt, & magnificarunt, dicentes: Aurum hic haberi in corporibus, sic Sol in stellis sub lumine est splendidior. Et Geber in summa lib. 2. cap. 5. Quod vero aurum claram & mundam ipsius substantiam habuit, per splendorem eius fulgētem & radiantem manifestatur, non solum in die, verum etiam in nocte.

Veluti aurum ex quatuor, sic lapis etiam ex omnibus istis quatuor est conglutinatus.

In auro omnia sunt vnum, atq; illud vnum tripliciter consideratur, vel vt *substantia terrea*, quæ in fundo manet, & tanquam ossa in homine, alia sustinet: vel vt *substantia aquea & aerea*, quæ sua natura in altum subuolat, sed à terrea detinetur, nec possit, estque veluti caro & humores in homine; vel vt *substantia ignea*, quæ rubea est proprie & cæteris duabus profundissime vnita, eas permeans ac maturans, estq; veluti spiritus vitalis & animalis, calidumq; natiuum in humano corpore. Mutum quidem aurum est, quoad sonum ac vocem, nihilominus tacito quodam effectu suæ essentiæ clamat, & de Deo testimonium perhibet: si enim tricolori viola, quæ herba Trinitatis vulgo dicitur, ob colorem trinum, *Æterna Trinitas & Maiestas diuina* exprimi putatur, in subiecto adeo vili & quolibet vento vel æstu perituro, quidni eadem potius in auro, quod tribus constat legitimis principiis, sale, sulphure, & Mercurio, veluti homo ex corpore, spiritu & anima.

Vnum in auro trinū, ratione substantia terrea, aquea & ignea.

Aurum mutū quoad sonum, non vero quoad effectum.

Aurum habet in se tria principia.

Aurum solum non formidat hostes, muros, Martem & alia, quia intrepidum, licet fere omnium insidias patiatur, inuictum permanet, licet vim sentiat. Ignis quidem illud liquefacit, at non destruit; Aqua corrodit, at non cōsumit; oceanus absorbet, sed in fundo suo abscondit, & post reuomit. Hoc vnum ridet omnes omnium conatus hostiles, estque veluti cygnus invulnerabilis, à nullo ne Hercule subiugandus. Hæc est aquila gemina Delphis (vbi Apollo ex auro solido aram, ex

Auri constātia & perfectio.

ex Crœsi illius ditissimi dono mille laterum habuit) vtrinque versus Ortum & Occasum ad terrenum orbem circumlineandum emissa, quæ eodem loci reuertitur.

Nobilissimũ ac perfectissimum inter omnia metalla est aurum.

Definitio eius datur, quod sit omnium metallorum præstantissimum, ductile, colore lucido, illique persimili, quo cuncta à sole illustrantur: Quod propria quadam attractrice vi pollet, qua respicientium animos allicit & disponit, vt ab illis illico desideretur. Vnde quidam existimant, auro quamplurimas inesse dotes & virtutes, quidni ergo appetendum? Quando Aristoteles rogatus, cur pulchra adeo essent appetibilia? hanc quæstionem cæci esse respondit, quia scilicet oculi proditores sunt pulchri, idq; imaginationi, hæc cordi, offerunt. Alexander hinc Magnus eiusdem discipulus, Persicas puellas vocabat dolores oculorum: ego facilime crederem forsan & alibi hoc dictu euenire posse. Sed sumus inter bonorum appetentes, non sitibundos Eucliones, aut ictericos, ob aurũ extreme laborantes, de quibus profertur: *Quo plus sunt potæ, plus sitiuntur aquæ.* Aurum quidem bonum non solum propter necessitatis & vsum externum, sed propter internas essensificas ἐνεργείας ab astris, sole, ac *Principe Domino dominorum dominantium Iehoua* inditas, manifestissime, tenens.

Persicæ puellæ oculorum dolores.

Aurum non propter necessitatem, sed propter essentiam est appetendum.

Iniuriosi erga Deum, ne dicam blasphemi, existimandi sunt, qui putant, aurum saltem propter externas qualitates omnibus aliis rebus præpositum esse ab eo, tanquam luderet cum humano genere, cui splendida in colore, virtute autem inania & friuola æstimanda suppeditasset ac præscripsisset. An vero censent, fortuito gentes omnes in auri pretium conspirasse, absq; Dei singulari nutu & prouidentia? Quod si sic, vt Epicuræi longe à scopo aberrant. Socrates aliquando iuuenem de facie pulchrum, sed elinguem & malis morbus videns, ecce, inquit, plumbeum gladium in aurea vagina: Alii Philosophi inter quos Alphonsus sapientissimus, reges ornatu & fastu graues doctrina leuissimos & vacuos, asinos coronatos, arietes aureo vellere, simias purpuratas vocarunt, innuentes animum, qui potior pars est hominis, corporis nitori respondere debere, & regem commendari à bene regendo. Verum abusus non tollit rei essentiam, substantiam, dignitatem ac vsum, iuxta dicterium sapientum Philosophorum. Aurum enim, vt & alia, non esse datum homini in damnum, veluti Pandoram, à Deo statuimus, tanquam multorum morborum causam,

Plumbeum gladium in aurea vagina.

Virtus auri non omnibus constat.

causam, sed potius quasi scrinium immensarum virtutum ac bonorum, quod ab ipsa natura clausum adeo & munitum est, ne ad dotes in eo reconditas indigni, & cerdones penetrarent, at solummodo docti, industrii & prudentes, quibus solis hæc scripta volumus, aliis, quibus vt suibus amaracinum, internecinium, oletum grauissimum videtur, vt se suo oblectent genio, permittimus. Sic multi auri vsum externe non vero interne norunt: in auro est omnium magisteriorum reseruaculum: auri enim quinta essentia resistit solis & reliquorum planetarum operationibus in homine. Verissime ac Philosophice fatemur, quod *in auri spiritu, sit vita rerum naturalium; lucis cœlestis idaa: primum perfectissimum: quinta essentia & tinctura microcosmi: catholicon Physicorum: balsamus perpetuus: defensiuum iuuentutis: ignis in curatione morborum inuisibilis non vrens: conseruatio quatuor qualitatum corporis humani: Theatrum secretorum luminis naturæ: filius Solis ac Lunæ: habitaculum omnium formarum metallicarum, mineralium & vegetabilium à Deo sub Lunæ globo creatarum: vita nostræ nectar ac radicalis humor: mumia balsamica: imo confortatiuum ac restauratiuum omnium septem principaliorum membrorum in corpore humano:* Et vt summatim dicã, *in auro hæc reperitur medicina, hic balsamus, hoc sulphur & oleum, hæc tinctura & quinta essentia, quæ instar nectaris viuifici totam prouinciam corporis irrigat, immortalemque animam, cum mortali corpore mirabili nexu ita iungit & vnit, vt non nisi rupto hoc vinculo ab eodem recedere, & euolare post prædestinatas temporum periodos possit. Non legitur à diuina munificentia maius emanasse donum sapientiæ, nec anima rationali excepta, quæ post Deum in cœlo & terra nil admirabilius pensiculari potest, sublimius, nobilius ac præstantius sub cœlo datum hominibus, quam hic secretissimus in auro latens balsamicus, ac viuificus spiritus.*

In auro est omniũ magisteriorum reseruaculum.

Dotes spiritus auri.

Spiritus solis dignitas atq; valor idem correspondet ac virtute medicinæ vniuersalis.

Anima rationalis admirabilior est & nobilior auro.

Quare non frustra multi celeberrimi fatentur medici, aurum confortationi & tremori cordis inseruire, visum recreare, lepram curare, comitialibus exhiberi, vino extinctum splenis doloribus mederi, Lipothymia laborantibus cum sacharo & osse de corde cerui in aqua buglossæ prodesse: melancholicis secum loquentibus conferre, & putredinem corporis prohibere, &c.

Aurum in cruda forma tales effectus producere nõ potest.

De Semiramidis sepulchro legimus, quod hanc inscriptionem habuerit: *Tu quicunque regum thesauros diuitiarum inexhaustos appetis, intra me, quod sufficiat, inuenies:* Hoc cum nullus regum præcedentium religionis causa aperire auderet, Cyrus auri desiderio animum sibi addi-

Historia de sepulchro Semiramidis.

dit, vt scrutaretur, quid intus lateret, verum ibi nihil inuenit, præter ossa putrida, & hæc verba: Nisi pessimus esses omnium viuentium, non mortuis regem negares, eorum claustra inquirendo, vt auro potireris, quod hic non reperis, nisi dedecus tui generis. Non ita sese rem habere cum auro existimãdum, tanquam Creator summus illud tam arcte concluserit, vt auertat curiosos ab eius inspectione solummodo absque causa: imo potius ideo abscondit, vt aperiatur & illustretur. Quæ enim natura pulchra & optima, nunquam vilescere, aut ante pedes prosternere voluit, sed semper sudorem ante virtutem posuerunt dii immortales, vt Hesiodus inquit: quæ rara, cara, & τὰ καλὰ δύσκολα. Hinc etiam sapientiores aurum ita seratum aut conclusum autumant, sed insigniores virtutes, præter colorem visibilem in essentiæ suæ latibulis abditas habere, quas indignos scire aut acquirere non deceat.

Auri interna arcana sunt.

Dii laboribus omnia vendunt.

Aurum, inquit *Auicennas* lib. 2. tract. 2. natura est æquale atque subtile: limatura eius ingreditur in medicinas melancholiæ, ac melius cauterium ac velocius sanabile est, quod fit cum cauterio auri: retentio eius in ore remouet eius fœtorem, & ingreditur limatura eius medicinas Alopeciæ at Tyriæ liniendas, & iis immiscentur quæ bibuntur, confortat oculum in Alkohol positum: confert doloribus cordis, tremori ipsius, & malitiæ animi, & ei qui solus loquitur. Fernelius libro 5. Method. medendi capite 21. dicit, aurum temperatissimum foliolis & quasi bracteolis ad naturæ robur & affectus melancholicos, ad exolutum stomachum, ad cardiacos & præter rationem mœstos est efficax. Argentum frigidum, humidumque, temperate auri vires quadantenus æmulatur, sed iam metallicæ malignitatis quodam modo particeps. Auicennas dicit de Luna lib. 2. tract. 7. Argentum aliquantulum est frigidum & siccum, & eius quidem effectus similis est effectui hyacinthi. Ægineta de re medica libro 5. capite 8. de Scorpii plaga, argentum scribit plagæ aut ictui eius appositum prodesse præter opinionem. Aetius vero miratur, qui deglutitum aurum medicari & opitulari possit: Quod quidem contra experientiam: fateor enim non sine ratione viros principes etiam aurum per se deglutire in forma globulorum, qui postea per excessum recepti, non ea forma qua antea, sed albiores visi sunt, inde sane patet, ignem nostrum solarem internum ac natiuum, etiam à crudis essentiam

Quidam inter doctos putabat aurum inde summe fuisse commendatum ab Auicẽna, qui vir ditissimus, & auri sufficientiã habuerit.

Luna imperfectior sole.

Aurum deglutitum assimilatur humido radicali.

ſentiam ſibi homogeneam aſſimilare & appropriare: Verum Aetio facile ignoſcimus, qui forſan manum ac ingenium ad ſtudia & labores Chymicos non admouit.

Doctor Michael Maierus in ſymbolis aureæ menſæ lib. 5. pag. 233. talia refert de auro dicens. *Aurum eſſe purum & homogeneum, facile quis concedet*: cum id oculi atteſtentur, & totum eſſe nil niſi argentum viuum, ab omnibus authoribus, nec habere quicquam ſulphuris combuſtibilis in ſeſe, vt reliqua metalla, alia magis, alia minus: æquatum eſſe inſuper in omnibus qualitatibus plurimi artificum conuincunt, hoc eſt, habere tãtum caliditatis, quantum frigiditatis, humiditatis & ſiccitatis in ſummis gradibus, vt vna qualitas ſua contraria irretiatur & teneatur, ne ſuperare aut ſuperari queat: vnde eius conſtantia & quaſi incorruptibilitas in igne, aere, aqua & terra.

Aurum purum & homogeneum.

Auri æqualitas in qualitatibus.

Aurum incorruptibile.

Arnoldus in libro de retardatione ſenectutis & reiuueneſcentia acquirenda cap. 2. ait: ſciendum eſt, quod innouatio & confortatio cutis fit cum potione *aquæ auri* puriſſimi proprie: ipſa namque alopeciam curat & tyriam & tranſmutat corpus humanum, ſincerat & innouat ipſum, & virtus multarum rerum approximat huic operationi, ſed ipſa eſt quæ miraculum facit & quæ non corrumpitur & complexioni humanæ eſt conueniens, & neq; calefacit, neque infrigidat, neque humectat neque deſiccat, imo eſt omni temperamento temperata, omnemque rem excedit in temperantia & perennitate, quam habet: etiam ſubuenit ſtomacho frigido, timoroſos facit audaces, cardiacos confortat: valet contra melancholiam & alopeciam, & calorem naturalem confortat & temperat, in quibus non eſt res aliqua, quæ ſtare poſſit loco eius; & virtus eius manifeſtatur in ſua ſubſtantia, quia eſt in ea caliditas, ideo clarificat, & in ea eſt magna temperantia, ideo magnum temperamentum efficit, ſuper omnem rem, & quia in ea eſt perennitas, ideo conſeruat corpus humanum, & in ea eſt aſſimilatio complexioni humanæ, & ideo incorporatur, ſi præparetur vt decet, & in eius præparatione eſt totum ſecretum, quod ſapientes propter inuidiam occultauerunt. Confirmat autem & ſincerat cordis ſubſtantiam, & ſuæ puritatis impreſſione omnem deiicit impuritatem ab eo, & tuetur illud, & clarificat ſpirituum ſubſtantiam & mouet ſanguinem ad cutim & inducit pulchritudinem iuuenilem, & abſtergit abſterſione leui. Hinc concludit D. Michael Maierus: *Aqua*

Potio auri eſt verum aurũ potabile.

Aurum temperatum ac perenne.

Auri virtus in ſubſtantia.

Perennitas auri, eſt conſeruatio corporis humani.

Aurum clarificat ſpirituum ſubſtantiam.

auri quid sibi velit, ipsum nomen ostendit. Quis vnquam de *Aquæ auri* præter Chymicos sollicitus est? hac enim cognita & habita præcipuum artis requisitum habetur. Quare lamentabile est, quod, etsi quam plurimi in hoc mundo *Aurum* terrenum Deum non appellent voce, tamen reipsa habeant & venerantur, mente & oculis gestant, eique ad nutum loquuntur, tacent, currunt, stant, & nihil non faciunt: imo plerisque Deus cœli in ore, terræ in pectore voto & suspirio: quantos labores, vigilias, vitæ pericula, per fas, nefas, aquas, terras, imo infamiam, exilium, capitis pœnam & crucem plerique subeant & substineant, pro hoc terreno bono, auro, obtinendo, cuilibet notorium est: hinc poeta: *pauperiem fugiens currit mercator ad Indos*: Et, *ô ciues, ciues quærenda pecunia primum, virtus post nummos*. Sed quid de hisce filiis mundanis diutius commemorabimus, ferentes stercus, merdam metentes. Porro dicunt etiam veri Philosophi, quod aurum crescat, quoad matricem, verum diuersimode: Primo finum, vel fino proximum ex lapide durissimo, pyrite, granatis, lapide Lazuli & eiusmodi aliis: Secundo ita finum in granis inuenitur in riuis quibusdam decurrentibus magno impetu ex auriferis montibus: Tertio reperitur in limo & ipsa aqua riuorum inuisibiliter & captatur cum sua matre, argentouiuo vulgi: quamuis hi duo modi vix ad generationem auri spectent, cum ad ea loca potius aliunde deuoluatur, quam quod ibi generetur: Quarto aurum productum inuenitur in terra lutosa, non ita dura vt lapides; sed friabili manibus: Quinto inuenitur mixtum cum venenosis fumis cadmiæ, arsenici & aliis, qui nisi arte tractetur, illud secum auferunt in fumum & volatile reddunt; Sexto cum metallis imperfectis nonnunquam mixtum, vt cupro præsertim, videtur: Septimo cum argento, quod propria eius est mater, & frequentius ei adhæret: si cum primo, nempe duro lapide, nascitur, inde separatur variis laboribus, vtpote igne & ferro; igne ad montis latera apposito ex lignis inflammabilibus, qua lapis inuulnerabilis fit tractabilior: deinde ferro acuto, quo exscinditur: post ignis repetitur, quoties opus, ad igniendum frusta, vt teri possint: ab hinc mollis fit contritio ad hoc ordinatis: puluis seu limus abluitur, vt mera terra defluat, & metallicum subsidet: habent autem lintea crassioris fili, in quibus inæqualitas fit inter subtegmina & stamina (vocant figurata) hæc substernunt in pauimentum ex asseribus inclinatis, deinde aqua immittitur in impositum limum, quæ lauat & eluit seu secum auehit leuio-

Aurum pro terreno Deo habetur mūdanis.

Auri copia multis pro summo est bono.

Aurū multis modis crescit.

Aurum in variis locis inuenitur.

Modus separandi auri à duris lapidibus.

res terræ partes, & metallicæ adhærent linteis in poris seu asperis filis. Hinc lintea ab adhærente metallica substantia purgantur aquis, in quibus metallicus limus remanet, qui ita collectus à pueris & puellis octo aut nouem annorum, aut supra, ad liquefactionem reseruatur: hic est modus, quo vtuntur in Germania ad eliciendum argentum cõmixtum lapidibus & terræ, qui auro hac in parte communis censetur: lapis Lazuli, ignitionem patitur, attamen igne tandem vincitur: In granatis illis gemmis, quæ in Germania non procul à Mariæberga inueniuntur, aurum insensibiliter latere referunt, & propter duritiem illorum inde non educendum: præterea tam exiguum est, & granatorum ea caritas, vt non sit operæ pretium eos lapillos ideo destruere: Finum, quod in frustis aut granis inuenitur, per se agnoscitur, & facile per liquefactionem fit tractabile & malleabile, separatis quibusdam heterogeneis partibus vaporum & aliarum substantiarum, quæ impercibiliter illi adhuc adhærebant: multi bonam spem sibi faciunt de hoc auro, quod ignem nondum sensit, quasi spiritum aurificum & vegetabilem adhuc apud se contineat, qui ab auro vulgi per ignis cõbustionem & liquefactionem sit separatus, & multum, imo totum, in opere præstare debeat: Tertio quando auri atomi disperguntur per aquam aut limum riuorum, hic aut illa collecta in magnam cupam argento viuo inde elicitur, quicquid ibi continetur auri: hoc enim aliquot librarum pondere immittitur in hunc limum, qui subsedit, atq; inde vt magnes ferrum, ad se allicit atomos auri tanquam in sinum, ex quo per alutam argento viuo expresso aurum remanet in ea, colliquefaciendum debita ignis expressione: in hunc modum in Vngaria, Sclauonia, aliisq; Germaniæ & Bohemiæ locis quidam harum rerũ cognitionem habentes ad riuos auriferos se disponunt secrete, aut dato pretio fundi domino, & in diem tantum lucrantur & aucupantur auri, vnde bene viuere ipsis liceat. In Sclauonia, inquit Mathesius, vel rusticus hac via ducatum vnum aut plures indies lucrari potuit: idem vsu venit ad montes Bohemicos versus Silesiam, & in Bohemia non procul ab Eila, oppidulo: vbi ante aliquot annos ex hac lotione multi diuites euaserunt: hic Rodlewius, metallarius homo, tantas diuitias Caroli quarti tempore acquisiuit, vt aliquot centena millia ducatorum Regi Bohemiæ iam dicto mutuatus sit & post donarit: ex paupere & plebeio factus ditissimus vna cum vxore, eo dementiæ

Aurum in lapide Lazuli.

Aurum in granatis.

Aurum Apyron.

Auri dispersi congregatio per aquas.

Riuuli in Germania & Bohemia, aurum gerentes.

Temeritas in hominibus. venit, vti dicantur effutiisse: impossibile esse Deo facere sese iterum pauperes; verum aliter contigit: ipse enim carceri inclusus fame fere mortuus narratur atque hæc miserrime in summa paupertate obiisse, confiscatis omnibus eorum bonis &c.

Quarto, quando aurum in terra friabili generatum inuenitur, saltem lotione opus est & reductione in limum metallicum, separato luto. Quinto, si venenosis sit admixtum, ibi ingenio artificum Draconi illi auriuoro proiicitur ferrum in frustis paruis, quo deuorato aurum dimittit, idq; concorporari & in substantiam solidam redigi sinit &c. Sexto, aurum cum imperfectis mixtum eodem modo, vt primo dictum, à terris & heterogeneis aliis, nempe per ignem, trituram, lotionem, & huiusmodi operationes reducitur in limum metallicum, qui sit habilis ad liquefactionem: intelligitur autem hic inprimis cuprum, nam ferrum, stannum & plumbum vix vnquam aliquid auri sensibiliter abscondunt: dicunt cuprum Mansfeldicum sæpe aurum continuisse; quod educitur è lapide scissili, quo fiunt mensæ, & sternuntur tecta ædium: Alias regulariter aurum in argento remanet, tanquam in matris vtero; ex quo, cum argentum illud adhuc ipsum, matrem suam apud se habeat, nedum emancipatum sit ab ea, eodem modo, vt ex imperfectis educitur, vel ad limum vsq; tractatur: Aut enim hoc argentum multum cupri aut plumbi, aut vtriusque simul apud se habet, à quibus tamen denominationem non accipit, vt dicatur minera plumbi, vel cupri, seu potius argenti: etiamsi illa in pondere longe præualeant huic: tamen cum hoc illis in valore præcellat, à potiori fit denominatio: septem itaq; his generibus minerarum auri reductis in limum liquabilem & reducibilem in metallum, adderemus hic modum liquefaciendi, separandi & probandi, vel per cinerītium, vel copellam, vel per quartationem, cementationem, fusionem per antimonium, aut solutionem aquarum soluentium &c. Sed hoc loco nostri instituti quoniam non est, prætermittimus, & ad nostrum antidotarium Medicochymicum, & Basilicam chymicam, vbi de his latius, relegamus.

Auri Philosophici mater est Mercurius Philosophorum.

Auri cementatio.

Auri quartatio.

Auri præcipitatio.

Auri fusio, per antimonium.

Summatim dicunt de auro, Auicenna, Matthiolus, Andernacus, Weckerus, Lonizerus & alii, quod aurum in omnibus suis partibus æquale sit, cor & vitales facultates mirum in modum corroborare: inseritur, inquiunt, medicamentis, quæ atrabiliariis competunt

morbis.

morbis. Adhæc vbi actuali cauterio sit opus, ignitum aurum cæteris præstat metallis, quod vlcus inde exortum citius consanescat. In ore contentum, anhelitus graueolentiam tollit. Auri scobs porphyrite lapide læuigata, in ea medicamenta additur, quæ ad alopecias & lichenas parantur, tam intus in corpus sumptum, quam extra medicamentis exceptum. Hoc item eodem modo diuitius læuigata, adeo vt tactum fere effugiat, oculis immittitur ad roborandum eorum aciem. Bibitur autem & ad cordis affectus, & animi mœrores. Cardicæ, melancholiæ, cordis palpitationi, morbo attonito, comitiali, Elephantico medetur: Adhæc spiritus animales, vitalesq; recreat. Vtendi ratio est, cum vel candens iusculis, aliisve succis, vel destillatis intingitur, vel in puluerem redigitur, vel in oleum conuertitur. Si liquidum est, duæ, tres aut plures guttæ ex vino maluatico assumuntur: si pulueren eius exhibere voles, scrupuli dimidium satisfaciet: humoris candente auro imbuti cyathus. Eligitur purissimum quodque, siue ex asperrimorum montium visceribus, siue ex fluminum arenis colligatur.

Aurum animales ac vitales recreat spiritus.

Simplicem quidem descriptionem dat Adamus Lonizerus, de auro, verum bonam, modo ex bona methodo approprietur, dicit enim aurum confert tremori, visum recreat, tritum aduersum lepram sumitur. Cum hieraglodio bina vice in hebdomada metuentibus lepræ infectionem datur. In cibo comitialibus exhibetur. Vinum in quo candens aurum est restinctum, splenis doloribus medetur. Cum aqua borraginis, aut puluere ossis de corde cerui, & sacharo prodest lypothymia laborantibus. Melancholicis plurimum confert, præsertim iis qui secum soli loquuntur. Omnem in corpore putredinem prohibet. Patefactæ item auro corporis partes absq; omni & putrefactione sanantur. Argentum valet membris spiritualibus, & præcipue ad cordis tremorem. Cor confortat, sanguinem bonum gignit. Putridam vulnerum carnem consumit, vulnera item glutinat. Cum oleo tartari scabiem malum curat.

Si aurum tãta præstat in forma cruda, multo magis in præparata.

Dioscorides & Andernacus dicunt de argento talia: Argenti scobs seu ramentum, quod limatura vocatur, aut scoria, aut helcysma, aut encauma, molybdenæ vim habet. Confert humoribus viscosis, scabiei, prurituì, vlceribus, tremori cordis, & oris fœtori.

Argenti virtutes.

Physica Lamberti Danæi Christiana, in altera parte de rerum

crea-

Homonymia in vocabulo Aurum.

creatarum natura, sic sentit de auro, capite 45. fol. 101. *Aurum*, inquit, *à Latinis dicitur metallum omnium generosissimum, perfectissimum, atq; etiam pretiosissimum: vocem autem ipsam, aurum quidam deducunt ab antiquo vocabulo græco αὖρον, vnde θησαυροὶ dicti sunt Gazophylacia templorum ad deponendum aurum destinata: alii à verbo ὠρεῖν, quod custodire significat, aurum esse dictum malunt, quoniam diligentissime ab iis asseruari solet aurum, qui habent: alii à nomine inuentoris, qui Aurum vocabatur, dictum putant: alii ab auendo, quod mortales aueant & cupiant maximè vnum ex omnibus metallis aurum.*

Hebræi septē species & genera auri constituunt.

Ab Hebræis variis nominibus appellatur, quæ singula diuersam etymi rationem habent. Constituunt enim Hebræi septem species vel genera auri, vt quidem tradit Hieronym: in Hier. 10. v. 4. Vt autem alii etiam plura: atq; singula hæc genera proprias appellationes obtinent vti ex Iob. 28. v. 1. 2. & sequen. Thren. 4. v. 2. colligitur, nempe, *Sagur, Aupir, Dahab, Batsir, Zahab, Paz, Cetem, Charab*, quæ pro vario modo & gradu purioris & impurioris auri & materiæ distinguuntur.

Auri fabrorum gradus ac differentiæ.

Nostri vero aurifabri, plus quā viginti auri gradus & differentias agnoscunt pro ratione variæ illius mixturæ cum aliis inferioribus metallis: sed eas suis propriisq; nominibus non secernunt. Quod enim aurum Cyprium, aurum Vngaricum, &c. appellant, patriam auri non differentiam notant. Præcipua vero huic materiæ & metallo, id est, auro dignitas, & inter mortales *commendatio est* non ex colore, qui in argento est clarior (etsi lumen solis Poetæ vocarunt aureum) magisque diei similis: non ex pondere aut facilitate, per quam vtrumq; cedit plumbo; sed ex vsu & ipsius mixturæ (qua constat aurum præ cæteris metallis) temperatissima perfectissimaque ratione.

Auri maxima dignitas atque commendatio.

Aurum igne non consumitur.

Primum enim vni auro ex omnibus metallis maximè nihil deperit igne, vt ait Aristotel. lib. 3. meteor. cap. 6. imo quod sæpius arsit, proficit magis ad bonitatem. Purificatur etiam igne argentum, vt vere Psal. 12. v. 6. dicitur; nam septies liquatum & epuratum argentum dicitur optimum: tamen aurum solidius semper est, minusque excrementosum, quam argentum, fitque sine detrimento sui semper purius.

Aurum igne depuratur perfectissime.

Reliqua vero metalla liquata in cineritio & copella, præter aurum & argentum, euanescunt, alia facilius, alia difficilius, prout terra impurior puriorve magis minusve illis inest. Liquari igitur aurum potest sine vlla sui deperditione. Plinius tamen libr. 29. Natur. Histor. capite 4. tradit, si auro liquescenti membra gallinarum misceantur, in sese consumi, quod ii sese experiri di-

Auri liquatio illud non deperdit.

ut dicunt, qui torques aureos in iusculorum, (quæ iuscula restaurantia
vocantur) confectionem iniiciunt. Imo vero potest aurum iam red-
di potabile. Id quod rerum experientia verum esse docet, & metalli-
corum Philosophorum, ac vere ἀλφηστῶν industria tandem inuenit.
Præterea, *secunda commentationis auri inter mortales hæc est causa*, quod au-
rum est purissimũ. Vnde fit, vt nec vsu illi quicquam depereat. Ferrum
enim etsi durissimum videtur, tamen propter impuram terram illi
plurimam admixtam, assiduo vsu & contrectatione conteritur & de-
perit. Imo igne expurgatum ferrum sæpius, tandem chalybs fit. Sed
idem liquatum in copella euanescit, facilime autem omnium metal-
lorum plumbum igne consumitur, vt est apud Hier. 6. v. 29. quia pon-
dus ipsum plumbi arguit illud habere scoriæ & fecis & terrenæ mate-
riæ plurimum admixtum. Est enim grauissimum plumbum Exod. 15.
v. 10. A quo damno aurum est omnino expers & immune, quoniam
purissimum est: vnde minima ac pene nulla excrementa, dum liqua-
tur exhalat: cætera vero metalla emittunt crassos fumos dum lique-
fiunt, qui etiam parietibus adhærent, (vnde pompholyx & tutia fit)
& tetros ac graues adores exhalant, qui sunt corporum & ciniflonum
valetudini vehementer noxii. Sapores etiam amaros in liquoribus re-
linquunt reliqua metalla, aurum autẽ & argentũ subdulces, quod cę-
teris metallis plurimũ adustæ terræ inest: his autem duobus omnia in-
sunt magis ad iustum temperamentum exæquata, auro inquam &
argento. Vnde fit, vt quia tam purum est metallum aurum, aurum
pro puro acceperit Zach. cap. 4. v. 12. *Tertio loco*, neque ærugo, neque
rubigo (quæ est quædam exsiccatæ terræ exhalatio in ipsa superficie
remanens & subsidens) aurum conterit, aut eius bonitatem vel pon-
dus imminuit, quæ cætera tamen metalla labefactat: quoniam in au-
ro minimum est, quemadmodum diximus, impuræ materiæ. *Quarto*,
mirum in modum aurum ductile est, adeo vt etiam neri, & fieri textile
possit. Denique vnum aurum innatat argento vivo, propter materiæ,
quam cum argento viuo communem habet, affinitatem: non pro-
pter pondus. Cæterum non idcirco ista à me prædicantur, vt augeam
hominum auaritiam, quæ potius omnibus modis minuenda est ac
detestanda: sed tantum vt metallorum naturam explicem, quantum
quidem in scriptura mentio eorum facta est. Nam vtcunque ea, quæ
de auro & argento diximus vera sint, quid est tamen aurum aliud,

Commendatio auri eius puritas.

Metalla imperfecta arsenicales de se exhalant fumos inter liquandum, quod aurum non facit.

Commendatio auri est eiusdem bonitas ac ponderositas.

Aurum cõmendatur ab eius ductilitate.

Aurum quid fit?

quam fulua quædam terræ particula & glebula? quid item argentum est aliud, quam quædam alba terræ portio, cui inhiare, inseruire, aut confidere (quod auari omnes faciunt) quid, obsecro, aliud est, quam blasphemum & impium idolatram esse, vt docet selectissimum illud Dei organon Paulus Coloss. 3. v. 5. quàm insanire? quam ventos reti captare, & imbecillimis in rebus spem suam miserrime ac stultissimè collocare? Quod fieri à Christianis hominibus omnino mirum est, ac deplorandum. Quæstio hic oritur, quodnam ergo genus auri sit, quod *Aupir* sacra scriptura fere vocat אופיר Psal. 45. v. 10. Iobr. 22. v. 24. 28. & aliis multis locis. Responsio talis, idem sane, quod Latini aurum Obrizum vocant, id est, optimum, Plin. lib. 33. cap. 3. putat Obrizum dici, quod simili colore, atque ignis ipse rubeat. Ergo Obrizum appellari, quod obradiet, vt ait Isid. lib. 16. Etymol. cap. 17. Hieronymus autem in Hierem. 10. hoc etymon affert, quod illud aurum resplenderet in facie idolorum. Itaque purgationis & liquefactionis respectu dici Obrizum putant. Sed facilis est etymi istius, *Obrizum*, ratio, quam docti viri, & inprimis *Mercerus* nostra hæc ætate reddidit nempe dici aurũ Obrizum, tanquam Ophirizum, id est, ex Ophir aduectum. Ex Ophir enim solitum esse aduehi optimum aurum & purissimum, etiam antequam purgaretur, sed quale in ipsis terræ venis reperitur, testis est sacra scriptura cap. 22. v. 49. 1. Reg. Regionibus quidem calidis delectatur vt & argenti genus & ortus. Pluribus quidẽ in locis & modis vtrumque hoc metallum reperiri testantur Historici, nempe vel in ramentis fluuiorum: vel in scrobibus puteorum: vel in ruina montium: sed tamen quod est optimum aurum, illud est Plinio & aliis Indicum: sacræ vero scripturæ Obrizum, quod Græci & Latini postea Obrizum corrupte dixerunt. Locum hunc diuitem Ophir, & auri fodinam auream existimant plerique, qui alio nomine in scriptura veluti Gen. 2. v. 11. Heuilah nominatur, vbi memoratur esse optimum aurum, estque ea regio procul dubio ad Orientalem Indiam, quæ à veteribus Chersonesis aurea, à recentioribus autem Iapam vel Iauam videtur appellata, quæ etiam nõ hodie optimi auri copia plurimum abundat. Alii in Seba regione, quæ fœlicis Arabiæ prouincia est, collocant Ophir, quoniam Ezech. 27. v. 22. ex Arabicis regionibus adferri probatissimum aurum commemorat. Non desunt qui velint Ophir esse illam Orientis plagam,

Argentum quid sit?

Aupir aurũ Obrizon.

Iohannes manlius in locis communib. de creatione pag. 63. ait: Fit mentio in bibliis Ophir inde est aurum Obrizum, quod est præstantissimũ.

Aurũ Obrizum, Indicũ.

Ophir Aurea fodina.

Sebæ Arabiæ prouincia.

quæ

quæ regum Pehu, quaſi diceres Peru nominatur quæ & auri & orizæ feraciſſima eſt. Quidam in ſeptentrione ſitum eſſe volunt, vbi & gemmæ & auri conflatura, & annulorum vſus, qui auro fiunt, à Prometheo, vel à Lydio Scytha primum repertus fuiſſe traditur. Deniq; ſunt qui Ophir eam regionem eſſe dicant, quæ nunc Perua ab Hiſpanis appellatur, quæ proculdubio auri optimi feraciſſima eſt. Facit autem & nauigationis diuturnum tempus, (nam totum triennium in eam nauigationem ex portu maris rubri ſoluentes Iudæi conſumebant, vt ex 1. Reg. 10. v. 12. apparet) & literarum ratio, vt poſtrema ſententia ac interpretatio vero ſimilior mihi videatur. Nam ex literis ריפאו I, A, P, I, R, tranſpoſitis, facile fit Perua, quam etymologiarum rationem atque inuentionem, velut antiquam & optimam, nonnunquam ſequitur quoque Plato in theatro.

Prometheus vel Lydius Scytha primus inuenit vſum gemmarum & annulorum in eo loco.

Leuinus Lemmnius Medicus Zinzæus lib. 3. cap. 6. de occultis naturæ miraculis pag. 307. ſic naturam ac vires auri exponit: Inter ea quæ hominum cura atque induſtria è terræ viſceribus eruuntur, nihil auidius expedit, humanus animus, qui non ſolidis rebus inhiat, ſed fragiles, fluxas, incertas, fugaces, caducas perſequitur ac conſectatur, quam aurum: quo tamen expleri, ac prorſus ſatiari nequit, etiam ſi id affatim ac cumulate ſit conſecutus. Præcipuus autem auri argentique vſus in eo conſiſtit (nam reſpubl. pecuniæ commoditate, vti corpus neruis, continetur, eaque omnis contractus, ſtipulatio, nundinæ, pacta, conuenta, mercatura, negotiatio perficitur) vt neceſſitati inſeruiat, atque illa nobis comparemus, quibus ſubſiſtit natura mortalium, nec vlla in parte carere poſſit vt ſunt veſtes ac domicilia, quibus à vento nos auræque iniuria defendimus, res familiaris ac domeſtica, victus frugalis ac moderatus, multaque alia quibus non minus commode, quam ſalubriter vitam tranſigimus. Reuocat ad hanc animi tranquillitatem ac frugales rerum vſus Horatius, optimus vitiorum caſtigator; ac commonefacit, quid potiſſimum ſpectare debeant, quibus fere auaritiæ vitium neceſſitatis inuolucris tegitur:

Homo caducis afficitur.

Auri ſacra fames.

Pecuniæ vſus ac neceſſitas.

Lib. 1. ſer. Satyra. 1.

Quid iuuat immenſum te argenti pondus & auri
Furtim defoſſa timidum ſeponere terra?
Neſcis quid valeat Numus? quem præbeat vſum?
Panis ematur, olus, vini ſextarius: adde
Queis humana ſibi doleat natura negatis.

Quo indicat omnia referenda ad vsus necessarios, ad vitæ commoditatem, quibus si accedat in cultu nitoreque corporis decus, ornatus, mundities, & quæ viro propria dignitas, mulieri venustas, non equidem repugno, modo ne nimium exquisita sint, nec in luxum ac delitias deuergant, sed frugalitatis ac temperantiæ limitibus concludantur, omniaque honestati ac decoro inseruiant; Ita enim magna ex parte affecti sunt homines vt rebus magnificis ac sumptuosis delectentur: cum natura facilimis, quæque minimo constant, placari possit: cæterum his omissis, de metalli huius natura differendum, quod multis magnisque viribus imbutum est: siquidem aurum cum primis efficax præsentissimam vim obtinet in expugnandis sæuissimis morbis, atque instauranda valetudine, vbi illa collapsa est, ac detrimenta acceperit. Nam qui ex Venereo fœdoq; contactu labem conceperunt, ac contagione inguinum infecti sunt, eius vsu manifesto subleuantur. Elephantiasin quoq; quę vulgaris lepra censetur, expurgat, ac saltem mitigat: dentes labentes ac minus stabiles putriq; viligine vitiatos firmat, omniaque oris vlcera ac pustulas compescit: ita quibus os olidũ est, ac graueolentiam exhalat, consulere solitus sum, vt annulos ex puro ac syncero auro confectos, subinde in ore gestent, præsertim qui ex morbo Gallico inuncti labiorum, ac gingiuarum vlceribus infestantur. Virus enim eluit atq; eruptiones exsiccat. Quod si laminas, aurique segmenta ac bracteas carnibus elixas admiscere libeat, atque huius liquamen valetudinariis exhibere: dici vix queat, quantopere vires vitales spiritus erigat. Quocirca macie tabeq; confectos, aut immoderata Venere exhaustos ac delassatos huiusmodi decoctis reficio, viresq; instauro: nec vlla sui parte hac ratione aurum fit deterius aut attenuatum, aut imminutum eximitur, nonnunquam in turbinatum alueum, quem Alembicum vocant, calenti foco admotum, coniici iubeo minutatim concisum capum, aut vitulinas carnes, atq; aliquot oui lutea seu vitellos, tribus quatuorue lactis bubuli sextariis perfusa, admixtis vna cum auri purissimi, obrisum vocant, segmentis, ac torque aureo, efficacissimis herbis, nempe radice iringii, scolymi, sisari, cinaræ, carlini, cardui hortensis, eaque herba quæ cum muscoso concreto fruticetur, à flauo ac rutilante colore, aureisq; guttis quæ illi insident, ros solis dicitur: denique palmulis quos dactylos

Natura modicis contenta.

Ineffabiles auri virtutes.

Aurum lepram expurgat.

Auri in cibo vsus.

Decoctum instauratiuũ cum auro.

Ros solis aurificus.

los vocant, vuisque passis, exemptis vinaceis, ac pomis dulcibus. Ex quarum rerũ congerie lento placidoq; igni, stillicidio quodã liquor extractus, ac triduum Soli expositus, in multos vsus asseruari potest. Siquidem deliquio defectuque animi sopitos erigit, ac spiritus reuocat: exsangues, macilentos, rabidos, extenuatos reficit: in cardiaco vero affectu, ac sudore Britannico præsentanea vi pollet, atque in refocillandis cordis viribus cum primis efficax est ac salutaris, si cochleari mensura, ac plus paula ita constitutis subinde exhibeatur, nec minori commodo atque vtilitate aurum foris adhibetur vbi cor ingruente externa aliqua, aut interna ægritudine periclitatur, nam præter adspectum aureorum numismatum atque annulorum, qui nonnunquam speciosa atque amabili gemma decorantur, oculosque pascunt ac recreant, si sinistræ manus digitus qui infimo proximus est, in cordis affectibus, auro & croci momento defricetur, hominem sibi restituit, etiamsi collapso atque intercluso animali vitalique spiritu propemodum exanimatus obmutescat, nec vllum vitæ indicium proferat: Aurum quoque candens atque ignitum, vino immersum, præcipuis membris robur conciliat, ac facultates natiuas confirmat; nam si quid mali internis partibus adhæserit, abstergit, consumit, abolet, depascitur, partemque affectam ac morbidam vigore ac vitali spiritu imbuit. Foris quoque huiusmodi liquor adhibitus, impetigenes seu lichenas, lepram, mentagram, porriginem, ozœnam, polypon, fœdissima narium vitia, morpheam, omnesq; vitiliginis species, quæ cutem deformant, compescit ac cohibet: præsertim si huic liquido pigmento aut plasmati nonnihil tartari commisceas, quæ ex vino in doliis lapidosa concretio. Omnes siquidem quãlibet fœdas maculas abstergit, naresque rubicundas ac verrucosas, mentum, genas, faciem, frontem, in quibus partibus impudentes atq; indecore, parumq; ciuiliter huiusmodi eruptiones se proferunt, cohonestat.

Vsus decoctionis cum auro.

Aurum etiam ab extra cõfortare volunt Medici.

Marsilius Ficinus de vita producenda lib. 2. cap. 10. sic ait: Aurum omnes ante omnia probant, tanquam rerum omnium temperatissimum, & à corruptione tutissimum: siquidem propter splendorẽ, Ioui autem propter temperaturam consecratũ, ideoq; posse calorem naturalem cum humore mirifice temperare, humores à corruptione seruare, solarem ac Iouialem spiritibus ac membris inferre virtutem.

Veruntamen oportet durissimam auri substantiam, subtiliorem facere, penetratuque facilimam. Nouerunt enim cordialia tunc maxime latentem cordis recreare virtutem, quando in eis attrahendis minime natura laborat. Vt autem minime fatigetur, vel subtilissima iam effecta, vel cum subtilissimis sunt exhibenda. Optimum fore putant, si absque aliena permixtione aurum potabile fiat. Sin minus possit, contusum, & in folia redactum accipi volunt. Aurum ferme potabile habebis (vt dicam) collige flores Borraginis, Buglossæ, Melissæ, quam citrariam nominamus, & quando Luna leonem subit, vel arietem, vel sagittarium, aspicitque solem aut Iouem, coque cum candido sacharo, aqua rosacea liquefacto & pro qualibet vncia insere diligenter auri folia tria; ieiunus cum vino quodam aureo sume. Item aquam ex capone destillantem foco, vel aliter consumto, vna cum Iulep sume rosaceo, in quo auri folia quædam antea contuderis. Præterea in nitidissimam fontis aquam aurum extingues ignitum, cum eodem auri contundito folia. Eadem vinum aureum contemperato, & vna cum eiusmodi potu comedito recentem oui vitellum. Facile vero in tota corporis arbore seruabis humorem, si in radicibus conseruaueris. Accipe igitur gallinarum & pullorum eiusmodi atque caponum, cor, iecur, stomachum, testiculos, atque cerebellum, coque aqua modica, minimo sale, cocta contunde ex tota carne, & toto iure, & sacharo, addito recentis oui vitello, fac placentam modico cinnamomo crocoque conditã & auratam. Hac vescere esuriens semel saltem, quarto quoque die, & tunc quidem sola, clarum tamen ad potum addito vino.

Aurum potabile.

Corporis arbor in radice conseruatur.

Georgius Melichius pharmacopæus Venetus in suo dispensatorio medico, à Samuele Kellero, medico Anhaltino, è Germano in Latinum sermonem conuerso, de auro præfert talia. Diuersæ, ait, traduntur ab auctoribus rationes præparandi, & terendi in puluerem auri, quo commodius medicinis cordialibus iniici queat. Fuerunt sane plures in ea sententia, mineralia, cum coctioni caloris nostri resistant, ab eoque vinci nequeant, intra corpus sumenda non esse: contrarium senserunt Latini, & Arabes; aurum scilicet, & argentum tenuissime trita, & forma metalli quasi deposita, à calore nostro victa & mutata in substantiam corporis nostri & spiritus purissimos conuerti. Inter recentiores doctissimus Ficinus miris effert laudibus aurum in bracteo-

Ignis internus ex auro rite præparato, spiritum extrahere potens est.

bracteolas tenuissimas malle percussu ductum, quod super marmore in pollinem teratur irroratum aqua rosocea, in qua gummi sit solutum. Leuigatione absoluta in patinam transferatur aurum, aliaque rosacea aut cordiali aqua affusa aqua aliquoties lauatur, donec gūmi omne auro lotura sit detractū. Tandē aurum quod pessum iuit, atq; in fundo subsedit, diligēter colligatur. Solicita autē opus est diligentia, ne aurum amittas. Hæc ratio auri in puluerem redigendi cæteris præstat, atque si quando electuarii, alicuius confectioni auri puluisculus iniiciendus venit absq; aqua, affuso paulatim Iulebo, ad leuorem teri poterit, & sic non semel nos puluerem hunc parauimus.

Auri pulueri satio.

Doctor Iohannes Magirus lib. 5. c. 1. commentariorum suorum in Physiologiam, pag 418. sic ait: *Aurum est metallum purissimum, ex argento viuo, puro, fixo, rubeo, & clarissimo, purissimo pariter sulphure rubeo, non adurente, optime inter se temperatis genitum. Hoc omnium metallorum mollissimum & tenuissimum est: pinguedine caret: grauissimum est: & denique suauem & præstantem habet saporem & odorem. Argentum est metallum purum, ex argento viuo claro, albicante, & ex sulphure fere fixo, puro genitum.* Idem pag. 428. dicit, Natiuum aurum reperitur in montibus, potissimum Arabicis, in fodinis & puteis Germaniæ, quingentis orgiis seu passibus ferme profundis, in fluminibus Tago, quod est flumen Lusitaniȩ, Edera Hassiæ flumine; in capitibus piscium, quas Forellas seu Trutas vocant. Generatur & aliis mistum metallis, vt in summis montium verticibus modico æri mistum: vnde separatur aqua separationis, quæ reliqua metalla colliquat, vt auri grana in imum vasis descendant & inde colligantur.

In auro erit sapor ac odor.

Cornelius Valerius in Institutionibus suis Physicis ait: *Aurum ex maiore humoris quam terræ portione concretum est. Argentum ex humore minus excalfacto minusque puro quam aurum.*

D. Timotheus Brigthus Cantabrigiensis in animaduersionibus in Gulielmi Adolphi Scribonii Physicam, lib. 2. pag. 104. ait. *Aurum est metallum è sulphure rubeo subtilissimo purissimoque ac simili Mercurio factum.* Metallum hoc ob exquisitissimam principiorum suorū commixtionem vt tenuissimum, ita solidissimum quoque existit, cuius substantia nec terra, nec aqua, nec aere corrumpitur: nec igne etiam comburitur: sed magis magisque in eo perpurgatur. Ob tenuissimam porro soliditatem præ vniuersis aliis mineralibus maximè molle est, & du-

Philippus Melanthon libr. 3. Phys. pag. 329. Aurum est ex argento viuo rubro & purissimo, & ex Sul-

phure, vi solis coctum. In argento Luna & Iupiter dominantur.

& ductile. Optimi igitur valoris fuerit, quod rubicundius & splendidius est: itemque mollius vt facilime duci queat. Experientia docuit tertiam partem vnius grani, filum circumuestire posse 134. pedes longum: & si super argenti bracteas malleolo extendendum sit, vnam solummodo auri vnciam octo argenti pondus contegere. *Admiranda autem magis auri natura est, contra diem circa diluculum frigescere: adeo vt aureos annulos in digitis suis gestantes inde deprehendere possint quando discat.* Reperitur hoc metallum in montibus Arabicis: Item in aliis fodinis, puteis, fluminibus: similiter in Turcarum capitibus. Laudatissimum etiam hodiernis temporibus effoditur in monte terrato, proxime ciuitatem Gorbachianam. (Eius monumenta adhuc sunt reliqua, fodinæ vero repræsentant adhuc glebam terrenam aureis scitillulis rutilantem, in igne volatilem.) *Argentum est metallum ex puro albo Mercurio, & sulphure similiter claro & albicante genito.* Minerale est similiter vt aurum, à quo colore propemodum solo differt, omnino purum. Aurum videlicet est, nondum exquisitissime à natura elaboratum: puritate alioquin sua, item firma soliditate & tenuitate illi propinquissimum. Tenuitatis quidem ratione, vna argenti vncia extendi potest in pedes ter mille ducentos, seu brachia nostra 240. vt vix ab auri tenuitate distingui possit. Quamuis interim si subtilissime ducatur argentum, auro fere centuplo crassius sit. Argentum vbi reperitur, varias species capillorum, arborum, virgularum, piscium etiam integrorum, serpentum, scorpionis, aliarumque rerum imaginem præ se ferre consueuit. Geberus aurum sic definit: *Aurum est corpus metallicum, citrinum, ponderosum, mutum, fulgidum, æqualiter in terræ ventre digestum. Aqua minerali diutissime lotum, sub malleo, extensile, fusile, tolerans examen cineritii & cæmenti.*

Iohannes Manlius in locis communibus decreatione, fol. 62. nit: Turca iam habet optimũ aurum: nã Ægyptiæ præfectus Bascha, quando munera mittit Turcico Imperatori, tunc mittit ipsi aliquas massas Arabici auri, quod est valde generosũ, vt est aurum Turcicum.

Iohannes Renodæus Medicus Parisiensis lib. 2. de materia medica cap. 1. sic ait de auro pag. 212. 213. *Aurum metallorum rex, omnium perfectissimum & temperatissimum, & veluti solis tincturam in vultu gerens, summum in mortale genus habet imperium.* Nam aurum omnes colunt; aurum lex sequitur & auro venalia rura. Auro enim puto, nihil potentius; illi parent, illo fiunt omnia: quo qui destituitur, vel tanquam Elephantiacus ab hominum consortio seiungitur, vel tanquam mortuus inter viuos vagatur. Adiaphoron tamen cum sit, & pro ratione vtentis vel bonum, vel malum, si quis eo male vtatur malorum maxime ma-

Abusus auri tollendus.

me ma-

me malum. Est enim Dux scelerum, vitæ pestis, rerumque ruina & propter aurum fiunt raptus, lites, homicidia, pugnæ: si vero eo bene quis vtatur, non solum ad vitæ subsidia, sed etiam sanitatis tutelam, intro sumptum valde prodesse creditur. Vtiliter accedit ad confectionem *electuarii de gemmis*, & *pulueris lætificantis Galeni*, optimeque permiscetur medicamentis cor roborantibus. Soleo ego feliciter ditioribus puellis fœdis coloribus detentis, pro chalybe præparato limaturam auri, cum aliis quibusdam idoneis medicamentis in forma catapotiorum & aliquando tabellarum præscribere. Auri medicatæ vires multæ quidem sunt, laudantur potissimum ad melancholicos & præter naturam tristes exhilarandos.

Vsus & effectus auri sanitatem & vitæ commoda promittit.

Auri virtutes medicinales ineffabiles.

In Isagoge capite 14. pag. 17. ait: Aurum in bracteolas redactum, & cum aliis idoneis medicamentis sumptum, multis affectibus medetur, præsertim melancholicis, atque his omnibus in quibus facultates roborandæ sunt, ac spiritus exhilarandi, vnde scobs illius ditioribus nonnunquam exhibetur, vel cardiacæ confectiones, quæ eius bracteolas excipiunt, vt *Aurea Alexandrina, confectio Alkermes* &c. primum autem locum inter metalla tenet aurum, dein argentum &c. De argento sic refert: *Est quoque argentum & anima & sanguis mortalibus. Ab auro enim omnium metallorum est præstantissimum quod nulla vetustate rubiginem contrahit, nec deterius euadit, sed semper nitidum, splendidum ac syncerum, quod facile ducitur ac liquatur.* Fit in terræ visceribus ex hydrargyro mundo & candido & ex sulphure puro, claro, firmo & albo æqualiter simul contemperatis, sicque candidum ac fulgens redditur, propterea quod calor Sulphuris bene mundati dealbat & subtilius reddit, adeoque exsiccat, vt sonorum, durum & tenuillum euadat. Solum autem inter metalla splendorem videtur emittere translucidum: sua enim in fodina, quasi lux est in tenebris, veluti rudimenta stellarum referens; magis tamen multo splendet purum & igne examinatum, & septies repurgatum, cui connexa sunt, quæ sic Psalmista cecinit eloquia domini, eloquia munda, argentum igne purgatum. Auro censetur frigidius, cuius tamen vires & dignitatem quadamtenus refert, secundum perfectionis & puritatis gradum obtinens. Sua naturali complexione frigidum & humidum est temperate, vnde membris spiritualibus auxiliari creditur. Multum quo-

Argentum anima & sanguis microcosmi.

Argentum lux in tenebris.

Psalm. 11.

Argentum medetur spiritualibus membris.

que valet ad cordis palpitationem; ipsum namque roborat & hæmatosim adiuuat; efficitque laudabiliorem. Ex eo arte Spagyrica oleum educitur morbis cerebri pluribus commendatum.

Oleum argenti.

Aurum, inquit Paracelsus libro 12. de transmutatione rerum naturalium pag. 308. & libr. de renouat: & restauratione pag. 107. *Corpus hominis ad summam sanitatem ducit, omnes morbos curat & tollit, omnes colores restituit, instaurat ac renouat.* Et libr. de vita longa, tom. 6. pag. 126. *Aurum præseruat à Lepra.* Tom. 7. *Aurum ex vniuersis elixiriis summum ac potentissimum est, corpus seruat, & liberum reddit ab omni ægritudine, neque id corrumpi sinit: corrigit enim ac emendat, quicquid non est syncerum. Ex auri essentia fit corallinum & præsentissimum remedium contra podagram.* tom. 6. lib. 2. de vita longa. Item tom. 6. lib. 4. Archidoxo: fol. 22. v. 23. *Quinta essentia antimonii* curat lepram: Item & *quinta essentia iuniperi*, item *Quinta essentia Ambræ: Solis autem quinta essentia has omnes exequitur operationes sola, cum radicitus omnia lepræ signa tollit, ac renouat corpus*, vt mel & çera mundantur, & à suo fauo repurgantur. Fol. 23. Auri quinta essentia leprosum totum invertit ac lauat, vt intestinum aliquod in macello abluitur, & cute pariter cum scabra expoliat, nouamque reddit, soluit organa vocis, totam complexionem leprosam aufert, & efficit talem, ac si recens ex sua matre prodiret. Idem tomo 6. de renouat: & restauratio: fol. 100. *Elementum Solis, eius quinta essentia, nec non oleum eiusdem, & aurum potabile, lepram vnâ cum omnibus morbis auferunt, renouant ac restaurant.* Idem fol. 201. Ens primum, id est, *Auri prima compositio*, quæ adhuc liquor existit, in corpore quicquid arripit, renouat ac restaurat, nec solum hominem, verum etiam omnes pecudes, fructus, herbas & arbores. *Estque spiritus subtilissimus*, longe vero subtilius, ac ipso corpore scilicet auro. Ens ab eo describitur tom. 6. fol. 105. in hunc mundum: *Recipe mineralis auri minutissime triti, libram vnam, solis circulati, libras quatuor: mixta simul digerantur in equino fimo per mensem: inde fiat aqua, cuius ab impuro separetur purum: hoc in lapidem coagulato, quem vino cenisiato calcinabis, & separabis iterum, & super marmore solves. Aquam hanc putrefieri sinito per mensem, inde fiet liquor, in quo signa fiunt omnia, vt in ente primo auri* &c. Idem lib. 2. cap. 4. de vita longa ait: Recipe *oleum vitrioli correctum & aurificatum*, vel per phlegma forma circulari temperatum, vel per oleum rubeum siue viride, quod sub col-

Corallinum Podagricum.

Quintæ essentiæ auri operatio egregia.

Ens primum auri.

Spiritus auri secundū Paracelsum.

Oleum vitrioli aurificatum.

colcothar delitescit: vtrumque liberatà caduco. capite 3. huius libri dicit: lepram rubeam curari per *Mercurium Solis*; lepram albam per *Mercurium Lunæ*. Idem fol 135. capite 2. huius dicit: guttam curari per *vitriolum solis* & *horizontem*; Vitrioli dosin apponit grana tria, Horizontis grana quatuor. *Aquila præcipitata* & *spiritus vitæ ex auro extractus*, curant hydropisin. Tom. 1. capite 8. libro 2. de vita longa. In dissolutis summum atque adeo excellentissimum medicamen in *auro est*, & *laudano perlato*. Paulo post ait Paracelsus: Ex auro non planato fit, nec permisto re aliqua incongrua, fitque per athanar & rubellam cum administratione rubeæ essentiæ. Dosis ex tribus guttis componitur, vel secundum dispositionem subiecti. Ex hoc *auro* omnes dysenteriæ species, icteritiæ & diarrheæ, atq; alui fluxus ventris, vel mineralium, iuxta ritum Medicum optime curantur. Tom. 6. cap. 8. fol. 139. *Lepra rubea.* *Lepra alba.* *Vitriolum Solis, Horizontis mysterium.* *Laudanum perlatum.*

Contractionem & resolutionem tollunt *aurum*, cinnamomum, xylobalsamum, myrobalana cum essentia vini in elixirium redactis. Tom. 6. capite 9. fol. 148. Venenis vnita resistunt essentia mumiæ, essentia chelidoniæ, liquor horizontis, balsamus de lignis ac terræ sigillatæ. Eodem tomo capite 10. libro 3. *Auri* etiam est *augmentatio*; Item & *generatio* in cucurbita: siquidem & Lunæ; Paracelsus tomo 6. libro 2. de generat: rerum natural. fol. 207. Sulphur crudum *auro* detrahit pulchram & amabilem suam flauedinem & aureum colorem, & nigrum reddit, & plane deforme, vt deformius esse non possit: sic & *Luna* albedinem. Idem libro 3. folio 209. cum aranea in fluxu *auro* superinicitur, eodem modo facit, vt aurifices malleo tractare non possint, verum vitriolo corrigi potest, & redintegrari. *Aurum* non potest melius & pulchrius conseruari, nisi in vrina puerorum, in qua dissolutum sit sal armoniacum, aut in sola aqua salis armoniaci. Idem Paracelsus tomo 6. folio 210. sic *argentum* conseruatur in aqua vel aceto, in quo tartarus & sal commune sint resoluta, hique modi sunt aurifabrorum, eorumque coctiones. *Compositum cum auro.* *Auri augmentum & generatio.* *Aurum immalleabile.*

Paracelsus libro de cœlo Philosophor. folio 285. ait: *Septimum ex sex spiritualibus metallum corporaliter est Sol, qui in seipso nihil aliud est, quam purus ignis. Quod autem extrinsecus pulchrius, flauius, apparentius, per* *Septimum ex sex metallis est Sol metallicus corporalis.*

ceptibilius, ponderosius, frigidius, ac magis homogeneum corpus visu, perceptioneque possideat, huius causa est, quod aliorum sex metallorum congelationes in se contineat, quibus in vnum corpus extrinsecum est compactissimum factum. Sic solis ex seipso purus est ignis, non tamen viuus, sed durus, & sulphuris tantum colorem demonstrat, vt flauum & rubeum permixtum in eo proportionaliter: *metalla quinque frigida sunt, quæ suas tribuunt soli virtutes; secundum frigiditatem corpus ipsum; secundum ignem, calorem: secundum siccitatem, duritiem: secundum humiditatem pondus, & ex splendore clangorem.* Quod autem aurum ignis terrestris elemento non comburitur, nec etiam corrumpitur, efficit hoc solis constantia. Nam vnus ignis, alterum adurere non potest, nec etiam absumere, sed potius si ad ignem accedit, ignis augetur, validiorque fit in suis operationibus. *Cœlestis ignis, qui à sole in terram apud nos influit, non est talis ignis, qualis est in cœlo, nec similis nostro super terram exsistendi, sed ignis ille cœlestis apud nos est frigidus & congelatus, qui corpus est solis.* Quamobrem Sol per nostrum ignem superari nullo modo potest: hoc illi solum accidit, vt liquefiat sicuti nix, vt glacies ab ipso cœlesti sole. Ignis igitur ignem comburendi potestatem non habet, quia Sol est ignis, qui solutus in cœlo, coagulatus apud nos exsistit. Hinc *aurum* dicit, *ex essentia esse triplex, primo cœleste, secundo elementare, tertio metallicum.* Quodque rursus tripartitur in solutum, fluidum, & corporeum. Eius liquefactionem per ignem prouenire dicit, & causari hoc ex Mercurio: Item quod Pisces & Aquarius liquationibus in eo spiritualiter occultentur. Huius manifestissimum est exemplum, quod Mercurius cum auro facilius peramplexum commiscetur corporaliter. Sed Sol post liquationem recedente calore frigoreque superueniente, extrinsecus coagulari, durum & solidum fieri, reliquorum metallorum est occasio, quorum naturam in se complectitur, Iupiter, Saturnus, Mars, Venus, Luna. In istis quinque metallis, frigidæ mansiones cum suis regiminibus præcipue reperiuntur. Inde fit, vt *Sol extra calorem ignis liquefieri minime possit propter iam dictum frigus.* Non potest etiam Mercurius suo naturali calore, vel liquatione subuenire, nec ipsum defendere contra quinque metallorum frigiditatem, eo quod Mercurii calor non est sufficiens ad solem in liquatione retinendum. Quapropter oportet aurum magis quinq; metallis obedire, quam vnico metallo Mer-

Metalla quinque frigida, solem virtutibus decorant.

Ignis cœlestis frigidus.

Aurum in essentia triplex.

Sol extra calorem ignis non liquefit.

Mercurii: Ipse etiam Mercurius officii nihil aliud habet ex seipso, præterquam semper fluere. Hinc fit vt in aliorum metallorum coagulationibus nihil agere valeat, cum eius natura non sit durum aut solidum facere, sed liquidum. *Fluidum efficere caloris est, vitæque naturæ: sed frigiditas duritiei, consolidationis & immobilitatis naturam habet, quæ morti comparatur.* Exempli gratia, sex metalla frigida iam dicta solis, si liquefieri debent, ignis calore id fiat necessarium est: Nix aut glacies, quæ frigidæ sunt, hoc ipsum non efficient, sed potius indurabunt: statim atque metallum igne liquefactum ab eo fuerit amotum, frigiditas hoc arripians, durum, congelatum atque immobile per se reddit. Sed quod Mercurius fluidus atque viuus semper maneat, dic quæso calore an frigore id efficiatur? Qui responderit à frigida humidaque natura id fieri, tum à frigiditate vitam habere opinionis assertor huius naturæ nullam cognitionem habens, cum vulgo seductus est. Vulgus enim de quibusuis nil nisi falsum iudicat, hoc etiam firmiter tenet. Quapropter est, quod ab eo recedat, quicunque veritatem cognoscere cupit: Mercurius quidem ex frigida minime, sed ex calida & ignea natura viuit. Quoduis etiam viuens, ignis est, quia calor est vitæ, frigus vero mortis occasio &c. Sed redeundum est vnde digressi sumus.

Mercurius fluidus est.

Calor vitã, frigus mortem inducit.

Quæstio cur Mercurius fluidus ac viuus.

Idem Paracelsus tract. 2. de contract: ait; hæc ratio est, cur generalem curam ad omnes contracturas ponimus, vt in *auro potabili*: cuius etiam non miratur, quicunque verus Philosophus existit, quod aurum & eius proprietates, eiusque supremum operationis gradum nouit, in confortatione totius naturæ humanæ: per quam solum omnes morbi sunt, & potissimum illi, qui supremum gradum occupant, vt contracturæ curandi. Vltimo & Libauium nostrum etiam de auro audiendum esse putamus, qui taliter de auro disserit capite 4. part. 2. lib. 1. de natura metall. in con. Alchym. *Aurum est metallum perfectum, è Mercurio maturißimo purißimoque, vi sulphuris præstantißimi, & vna ex ipso commistione optima, tenacißimaque facta, constitutum, & citrina tinctura exornatum.* Itaque nihil aliud est, quam Mercurius optime excoctus, & coagulatus constantissime. Vnde ei nata est fixitas & duratio in igni igneisque maxima, pondus, densitas & tenacitas partium pertinacissima. Nec vllum est quod malleo ita dilatari possit: in suo manifesto citrinum est, in occulto summam conti-

Aurum potabile curat omnem contracturam.

Morbi chronici curabiles.

Aurũ Mercurius coctus & congelatus.


continet rubedinem. Vnde & non tantum tinctum ipsum est, sed & tincturam rubedinis confert abundantem, & seminarium principium sulphuris perfecti vna cum Mercurio absolutionis summæ. In fronte calidum siccum moderate, at in recessu igneam virtutem occultans: itaque & semen habet masculinum. Eximii est splendoris, solarem imitans naturam: quapropter *Chymicorum Sol* est, & ob igneam virtutem in abscondito *Leo ruber*. in terris item humano cordi & leoninæ naturę consentit, & respondet astro viui: in mineralibus maxime gaudet Mercurio absolutissimo, cum quo etiam intime remiscetur, plus omnibus metallis. Tincturam eius æmulantur auripigmentum, sulphur fixum, præcipitatus fixus &c. Pondus ei summum constat esse inter metallum, quod Plinius falso arrogat plumbo. Hic præterire etiam non possumus, quod Archimedes cum specularetur sedens in balneo, de proportione ponderis auri & argenti, eamque ex aquæ fluxu inuenisset, percurrit nudus per medias plateas clamitans, εὕρηκα εὕρηκα, inueni. Quando vis scire, quantum auri sit in cyatho deaurato, qui alias est argenteus, pondera primum cyathum in aere, postea eodem pondere in aqua, tunc deauratus cyathus erit ponderosior, & quo est ponrosior, tantum auri in eo.

Aurum Sol Chymicorũ & Leo ruber.

Manlius in locis communibus. Pag. 430.

* *
*

IOAN-



IOANNIS-DANIELIS MYLII

PHILOSOPHIÆ ET MEDICINÆ DOCTORIS,


ANATOMIÆ AVRI

Siue

TYROCINII MEDICO-CHYMICI,

PARS II.

De Medicinis aureis, & Receptis aurum ingredientibus, tam antiquorum quam recentiorum scriptis, elegantissime excerptis.



ACTENVS singularem conformitatem, concordantiam & similitudinem, quam inter se habent *Sol cœlestis*, & *terrestre aurum*, declarauimus; quare Sophi & Cabalistæ antiquiores vtrumque tam cœlestem, quam terrestrem solem, vno charactere Hieroglyphico, videlicet integro circulo & visibili centro describere & præfigurare voluerunt: siquidem solis character tum cœlum tum terram refert; nam circulus cœlestes motiones & influentias, centrum terrenam & fixam naturam promittit. Inde Crollius conicit: quicunque veri puncti & centri rationem cognoscit; nihil in rerum natura vnquam ipsum latere potest, cuius non habeat perfectã notitiam: in eo siquidem rerum abditarum fundamentum & radix cum consistat, non immerito etiam omnium artium & scien-

ſcientiarum fundamenta naturalia hinc primum elicienda & depromenda. Quod itaque proſpere cadat accedimus ad auri ſeu ſolis terreſtris examen & vſum Galenicum ac dogmaticum &c.

Aurea Alexandrina Nicolai Myrepſi.

℞ Aſari, carpobalſami,
Sem: Hyoſciami albi ana ℥ij. ſ.
Caryophyll. opii Thebaici,
Myrrhæ, cyperi rotundi ana ℥ij.
Opobalſami, Cinnamomi,
Euphorbii, Folii,
Zedoariæ, Zingiberis,
Coſti veri, Corallii,
Caſſiæ ligneæ, tragacanthæ,
Thuris maſculi, meu,
Styracis calamitæ, ſpicæ celticæ,
Cardamomi minoris,
Sem: ſeſeleos, Napi,
Saxifragiæ, Anethi,
Aniſi ana ℥j.
Ligni aloes, Rhabarbari,
Aliptæ moſchatæ, Caſtorei,
Spicæ Indicæ, galangæ,
Opopopanacis, Anacardi,
Maſticis, Sulphuris,
Rad: pœoniæ, eringii,
Roſarum, Thymi,
Calami aromatici, pulegii,
Ariſtoloch: longæ, gentianæ,
Cort: Rad: Mandragoræ chamædr:
Rad. phu, Baccar. Lauri,
Ammeos, dauci cretici,
Macropiperis, Leucopiperis,
Xylobalſami, Carui,
Amomi, Petroſelini,
Sem: Liguſtici, Rutæ,

Sem:

Sem: sinonis ana ℥. ſ.
Auri ſinceri, argenti meri,
Margaritarum albarum.
Blattæ Byzantiæ,
Oſſium de corde cerui an. ℈j. gr. xiij.
Limaturæ eboris,
Pyrethri an. gr. iix.
Mellis deſpumati triplum,

Fiat opiata, ſeruatur annis quinque: Contra defluxiones capitis, frigore conceptas, efficax eſt: oculorum lachrymas exſiccat, dentium dolores lenit, aduerſus capitis cruciatum ſummopere prodeſt, illitum fronti, comitiales, inſanos, vertiginoſos, & in vniuerſum omnem capitis noxam mulcet, tabidis, tuſſiculoſis, humorem à thorace reiicientibus, cardiacis, ſanguinem excreantibus præſenti eſt auxilio, iſchiaticis, coli & renum cruciatibus accedit: aduerſus iliorum noxam, difficultatem vrinæ, & eiuſdem ſtillicidium valet, calculos comminuit, omni ventris malo liberat, quotidianis & tertianis febribus circa acceſſionis initium, ſub ferueſacto ſtœchadis iuſculo medetur. *Antidotus hæc aurea dicitur, vel ab auro quod recipit, vel à pretio & virium præſtantia.*

Confectio Alkermes D. Meſuæi.

℞ Succi pomorum fragrantium,
Aquæ roſar. odoratiſſ. an. lib. j. ſ.
Infunde per diem integrum,
Serici crudi lib. j.
In expreſſione forti adde,
Succi granorum Kermes lib. j.
Sachari lib. ij.

Coque ad conſiſtentiam mellis, aut paulo minus: mixturæ ab igne ſepoſitæ, & adhuc calente addito

Ambræ crudæ minutim inciſæ ℨij.

Quibus optime liquatis iniicito,

Pulu erum Ginnamomi,
Ligni aloes ana ℨvj.
Lapidis Lazuli, vſti & loti,

Margaritarum pellucidarum ana ℥ij.
Foliorum auri ℥j.
Moſchi ℈j.
Fiat Electuarium molle, vaſe vitreo rite obturato ſeruandum.

Medetur cordis palpitationi, animi deliquio, delyrio & mœrori ſine cauſa manifeſta, multumque prodeſt languidis, morbo longo defeſſis, & ab eo reualeſcentibus.

Confectio de Hyacintho.

℞ Hyacinthorum, Corallii rubri,
Terræ lemniæ, boli armeni an. ℥ſ.
Granorum Kermes,
Rad. Tormentillæ, dictamni,
Sem. citri mundati,
Croci, Myrrhæ,
Roſar rub. Santal. omnium,
Oſſis de corde cerui,
Cornu cerui vſti,
Raſuræ eboris,
Sem. acetoſæ, portulacæ an. ℥j.
Saphyrorum, Smaragdorum,
Lapid. Topazii, margaritarum,
Serici crudi,
Bracteolarum auri & argenti, an. ℈ij.
Caphuræ, Moſchi,
Ambræ griſeæ ana gr. v.
Cum Syrupo Limonum fiat confectio.

Plurimum valet ad affectus cordis & partium nobilium: ſyncopem ſanat, cor exhilarat, palmum emendat, oris halitum commendat, melancholiam, & ei connatam triſtitiam ſine cauſa manifeſta tollit, morbis contagioſis & venenatis medetur, atque eoſdem quos cocci baphicæ confectio, prçſtat.

Antidotus Galeni lætificans.

℞ Florum ocymi caryophyllati, aut ſeminum,
Croci, Zedoariæ,
Ligni aloes, Caryophyllorum.

Corti-

Corticum citri mali,
Galangæ, macis,
Nucis Moſchatæ,
Styracis calamitæ an. ℥ij. ſ.
Aniſi. Thymi,
Raſuræ eboris,
Epithymi an. ℥j.
Camphoræ, Moſchi,
Ambræ, margaritarum,
Oſſium de corde cerui an. ℥ſ.
Auri meri, puriß. ſeu fini,
Argenti foliati meri, ana ℈j.
Sachari albiſſimi q. ſ.

Fiat confectio ſolida: ſi vero in formam opiatæ redigere volueris, his adde ſucci cydoniorum, pomorum redolentium dulcium, borraginis, vini veteris optimi ana partes æquales in tanta menſura, quanta deſpumando & decoquendo ſacharo ſatis fuerit. Dominus Rhenodæus, eandem etiam deſcriptionem ponit in ſuo antidotario libro 3. cap. 8. verum nullam facit mentionem vel ſachari, aut alicuius ſucci, putatque eos falli qui Galeno eius inuentionem tribuunt, rationes eius in medium prolatas, hoc loco relinquimus. Antidotus hæc lætificans, nomine vires ſuas deſignat: cor enim, partes vitales & facultates omnes lætificat, viſcera recreat, humores excrementitios abſumit, flatus diſſipat, & ventriculum roborat.

Electuarium de gemmis, calidum Meſuæi.

℞ Margaritarum albarum ℥ij.
Saphyri, hyacinthi,
Sardæ, granatorum,
Smaragdi ana ℥j. ſ.
Zedoariæ, galangæ,
Corticum citri mali,
Macis, ſem. ocymi an. ℥ij.
Corall. alborum, ſucci albi,
Limaturæ eboris an. ℈ij.
Been albi & rubei,

Caryophyllorum, Zingiberis,
Piperis longi, Spicæ Indicæ,
Folii, Croci,
Cardamomi maioris an. ℨj.
Trochiscorum Diarrhodon,
Ligni Aloes an. ℨv.
Cinnamom. galangæ, Zedoiriæ an. ℨj. ſ.
Foliorum Auri & Argenti, ana ℈ij.
Moschi boni ʒ. ſ. Ambræ ℨij.

Confice, cum melle emblicorum, & collato melle rosato ana quantum sufficit. Datur ab aureo semisse ad aureum vnum, cum aqua buglossæ. Malis cordis, ventriculi, cerebri, jecinoris, & vteri frigidis affectionibus auxiliatur. Item palpitationi cordis, defectioni animæ, ac concoctioni auxiliatur: tristitiam denique citra causam ortam amouet.

Electuarium de gemmis aliud.

℞ Margaritarum præparat. ℨiij.
Spodii Arabum, Rasuræ eboris,
Corallii vtriusque ana ℨij.
Flor: Rosarum rub. ℨj. ſ.
Hyacinthi, Smaragdi,
Saphyri, granati,
Sardi, Santali albi,
Santali rubei, Citrini,
Flor: Borrag: Buglossæ,
Sem. acetosæ, Basiliconis,
Been vtriusque ana ℨj.
Ossis de corde cerui ʒ. ſ.
Foliorum Auri, argenti ana. num. v.

F. omnium l. a. puluis mixtus.

Confectio Cordialis, Alexandri Benedicti.

℞ Margaritarum, Spodii,
Granatorum, Cinnamomi,
Tormentillæ, Boli armeni an. ℨiij.
Santal. omnium, Rasuræ eboris,

Vnico.

Vnicornu ana ℥ij.
Hyacinthorum, Saphyri,
Corall. vtriusque, succini albi,
Valerianæ, Dictamni,
Zodoariæ, Ligni aloes an. ℥j.
Terræ sigillatæ ℥ j. ℈ij.
Serici torrefacti ℈ij.
Ossis de corde cerui. ℈j. ß.
Been albi, ac rubei ℈ij.
Foliorum auri, num. v.
Moschi, Ambræ ana gr. x.
Sachari albi quantum ß.

Fiat Electuarium: præseruat Cor in peste.

Electuarium præseruatiuum contra pestem, & alios morbos, Prisciani de Corduba.

℞. Cinnamomi electi ℥ß.
Zedoariæ ℥j. Caphuræ gr. vij.
Boli armeni præparati ℥iij.
Sem. Citri excort. Acetosæ,
Cort. mali citri ana ℥j. ß.
Rad. Dictamni, Tormentillæ,
Rad. Pimpinellæ ana ℥ß.
Rasuræ Eboris, ossis de corde C. an. ℥j.
Foliorum Auri, Argenti ana ℈ß.
Fragmentorum Saphyri,
Rubini, Smaragdi,
Frag. granati an. ℈j.

Misce, & fiat puluis, cui adde
Conser. Rosarum, Acetosę,
Conser. Buglossæ an. ℥ij.
Sachari albiss. in aqua Bugloss. & Endiuiæ
Dissoluti lib. j.

Fiat Electuarium. Dosis ad quantitatem duarum fabarum, in censo vero iam peste Dosis ℥ß. cum vino acetosæ detur omni die.

Electuarium contra Pestem, Nicolai de Grassis, Medici Romani.

℞ Tormentillæ, Rubiæ tinct.
Carduibenedicti ana ℥iij.
Carlinæ, Caphuræ an. ʒij.
Terræ sigillatæ, boli armeni an. ℥j.
Moschi, Ambræ ana ℈ ß.
Theriac. veteris, Mithridatii an. ℥iij. ß.
Spec. Diamargarit. Nicolai ʒij. ß.
Aquæ vitæ opt. atque circulatæ lib. j.

Pulverisanda pulverisentur optime, & ponantur in boccia vitreata cum dicta aqua vita & claudatur os boccia, ne exhalet, & ibi stent infusa per 24. horas. postea destillentur per alembicum, quousque faces remaneant, tunc abiice, & aquam serua in qua dissolue

Croci ʒij. Sacchari Taberzet lib. j. ß.

Bulliant omnia vsque ad spißitudinem syrupi, cui addantur,

Zedoariæ ʒij. Boli Armen. ℥ ß.
Terræ sigillatæ veræ ʒiij.
Carlinæ ℥j. Vnicornu,
Lapidis serpentini ana ℥j.
Fragmentorum hyacinthi,
Smaragdi, Saphyri,
Frag. granati ana ʒj.
Margaritarum, berillorum, an. ʒij.
Corallorum vtriusque an. ʒj.
Santali albi, citrin. & rub. an. ʒj.
Corticum mali citri,
Ossis de corde cerui an. ℈ij.
Been albi ac rubei an. ʒj.
Foliorum auri, num. xxx.
Foliorum argenti, num. xxxvj.
Syr. de acetos. citri, de Limonibus,
De Ribes an. ℥ij. Acetos. simpl. ℥j. ß.
Conser. Borraginis, Buglossæ,
Conser, Rosarum an. ℥ij. ß.

Misce,

Misce, & fiat Electuarium secundum artem. Est enim mirabile tempore pestis, tum ad præseruationem tum ad corroborationem.

Diathamaron Nicolai.

℞ Antophyllorum, Zingiberis an. ʒv. ℈j. gr. xvj.
Cinnamomi, carnium dactyl.
Caryophyllorum ana ʒiv. ℈j. gr. xvj.
Galangæ, spicæ Indicæ,
Zedoariæ, costi albi aromat.
Pyrethri, Rhabarbari,
Corall. rub. spicæ celticæ,
Tragacanthæ, anacardii,
Ossium dactyl. cubebarum,
Anisi, Baccarum iuniperi,
Trium piperum, an. ʒj. ℈ij. gr. iix.
Margaritarum integrarum & perfor. an. ℈ij.
Blattæ Bizantiæ ℈ij.
Limaturæ auri puri aut foliorum,
Limaturæ argenti meri, aut foliorum.
Ossium de corde cerui an. ℈ij. ſ.
Ambræ ℈j. Moschi,
Rasuræ eboris ana ℈j. gr. vij.
Mellis quantum sufficit.

Fiat Electuarium. Dantur ʒiij. *mane & vesperi cum vino.* Efficaciter prodest difficulter spirantibus, arteriacis, tussientibus, tabidis, & omni thoracis & stomachi offensæ, aquę subter cutem fusæ, renum doloribus: voluptatem parit, corporaque saginat.

Puluis cordialis Syluii.

℞ Corall. vtriusque sigilli Lemnii an. ℥ſ.
Rasuræ eboris, cornu cerui ana ʒij.
Margaritar. ʒj. Rosarum,
Coriandri præpar. Spodii an. ℈ij. ſ.
Oxalidis, ossis de corde cerui an. ʒſ.
Fragmentorum lap. pretiosorum an. ʒſ.
Foliorum auri, Fol. argenti ana num. xxv.
Sachari ℥iij. *M. trita probe serua.*

Electua-

Electuarium Cordis Petri Aponensis.

℞ Corall. rubeorum, Macis,
Ossis de corde cerui, Ambræ,
Margaritarum, Crystalli,
Auri cocti, Argenti meri,
Ossis eboris, Saphyri,
Rubini, Hyacinthi ana ℥v.
Balsami ℥ij. Moschi ℥ſ.
Anthos, Santalorum,
Spodii, Caryophyllorum,
Galangæ, Calami aromatici,
Cubebarum, Spicæ Indicæ,
Corticum phisticorum,
Sem. Basiliconis, Cardamomi,
Piperis longi, Baccar. lauri,
Pyrethri an. ℥iij. Magnetis,
Myrrhæ, opii Thebaici an. ℥j.
Sem. pœoniæ in Nouilunio collectæ,
Flor. Lilisagi, Maioranæ,
Balsamitæ, Ameos,
Aristolochiæ, Anthos an. ℥iij.
Croci orientalis ℥ſ.
Sem. papaueris albi,
Cigni aloes an. ℥ij.
Sachari q. sufficit.

Fiat Electuarium. Dosis à ℥ij. ad ℥iij. cum vino calido. Conseruat totam naturam, & eam reddit hilarem, aufert lassitudinem membrorum principalium, subuenit tristibus, & melancholicos atque paralyticos iuuat.

Electuarium confortans mineram omnium virtutum: Arnoldi Villanouani.

℞ Roris maialis, collecti de mundiss.
Herbis, destillati lib. ij.
Sachari ℥iix.

Coquan-

Coquantur lento igne vsque ad consumptionem roris: postea adde

Aquar. Flor. vel cort. citri, Melissæ an. ℥j.

Incorpora ad solem fortissime, bene agitando cum spatula: & sic permitte stare in vase panno subtili cooperto, per dies tres, donec inspissetur: Postea

℞ Aquæ destill. sanguinis humani ℥ij.
Sanguinis Draconis. ℥ſ.

Distempera, & misce totum cum iam supradicto sacharo, & fortiter incorporetur ad solem: deinde

℞ Croci Oriental. ℈iv. Moschi ℈ſ.
Balsami electissimi ʒj.
Rosar. siccarum ℥ſ. Ligni aloes ʒj.
Auri foliati ℈j. Corall. rub. ℈ſ.
Margaritarum orientalium ʒſ.

Incorpora fortiter, & sic permitte vas coopertum, donec exiccetur, & seruetur. Cor lætificat, calorem naturalem, & spiritus, & principalia membra adiuuat: confortat humidum radicale: ab ægritudinibus pestilentibus, & ab omnibus venenis conseruat: iuuentutem prolongat; & senectutem retardat: hominem in suo vigore tenet, & conseruat.

Electuarium cordiale confortans Marsilii Ficini.

℞ Conser. Rosarum ℥iv. Bugloss. ℥ij.
Cort. mali citri conditi. ℥j.
Chebulorum conditorum ℥ij.
Cinnamomi electi ʒj.
Santali rubei, Coralli rubei,
Serici coccinei crudi concisi,
Margaritarum, croci an. ʒſ.
Foliorum auri, Fol. argenti an. ℈j.
Moschi, Ambræ ana gr. ij.

Funde omnia simul succo citri, vel limonis sacharo cocti. Spiritus fouet, nutrit, roborat, ingenium acuit atque illustrat.

Electuarium confortans stomachum, & digestiuam, Arnoldi Villanouani.

℞ Rosar. rub. nucis Moschat.

Glycyrrhizæ rasæ, sem. cucum. an. ʒj. ſ.
Flor. Violarum, Caryophyllorum,
Spodii, Amyli,
Sem. Melissæ ana ʒj.
Spicænardi, Tragacanthi,
Santali albi ac rubei,
Sem. Citrulli an. ʒij. ſ. gr. iv.
Margaritarum, Ambræ,
Limaturæ auri, argenti an. ʒj.
Sachari lib. iij.

Fiat electuarium. Dosis ʒij. ad ℥ ſ. mane cum vino remollitionis galangæ & Zingiberis.

Electuarium confortatiuum egregium. Arnoldi Villanouani.

℞ Amygdalarum dulcium ℥iv.
Pinearum mundat. sem. cucum: an. ℥ij.
Sachari candi ℥iv.
Sachari albissimi lib. j. ſ.

Funde cuncta hæc aqua rosarum atque limonis, & citri, in qua mixturæ extinctum fuerit ignitum aurum, & argentum, simul coque suauiter, demum adde.

Cinnamomi, been rubri,
Corallorum rubeorum an. ʒj.
Margarit. albarum, croci,
Serici crudi triti an. ʒ ſ.
Fol. auri, Fol. argenti an. gr. xij.
Hyacinthi, Smaragdi,
Saphyri, Carbunculi an. ℈j.
Moschi, Ambræ ana gr. ij.

Fiat electuarium.

Electuarium confortans virtutem debilem: incerti authoris, cum Q. essentia auri.

℞ Cotoneorum incisorum, mellis albi an. part. j.
Aquæ rosarum partem dimidiam.

Coquan-

Coquantur simul vsque ad consumptionem aquæ, per setaceum pellantur omnia: & pro qualibet libra adde mellis ℥vj.

Denuo coquantur: in fine adde

Zingiberis albi ℈j. Cinnamomi ʒj.
Caryophyllorum, nucis moschatæ,
Ligni aloes, Calami aromatici,
Piperis nigri ana ℈ij.
Croci ʒj. Moschi gr. v.
Quintæ essentiæ auri. ℥j.
Spiritus tartari, olei vitrioli,
Olei sulphuris ana ℈j.
Masticis ℥ß.

Misce, & fiat electuarium, seruetur in vase vitreo optime clauso. Ventriculum confortat, virtutem debilem restaurat, appetitum excitat, & vrinam prouocat.

Puluis contra periculosos, & pestiferos morbos puerorum Ranzouii.

℞ Ossis de vnicornu,
Corallorum rubeorum,
Succini albi,
Margaritarum,
Ramentorum auri,
Vngulæ Alcinæ an. ℥ß.

Hæc omnia in mortario contrita misceantur simul; in morbis calidis cum aqua rosacea, in frigidis vero cum aqua lauendulæ detur.

Puluis bezoarticus contra pestem Rhenodæi.

℞ Tormentillæ, Angelicæ,
Enulæ Campanæ,
Gentianæ, pœoniæ an. ʒij.
Ligni aloes, santali citrini.
Cornu cerui. eboris,
Ossis de corde cerui,
Gran. iuniperi, Cardamomi,
Sem. acetosæ, Carduibenedicti,
Caryophyllorum, maçis,
Cinnamomi an. ʒj. ß.

Cort. citri, Arantiorum,
Dictamni, ſcordii,
Schœnanthi, croci,
Calami aromatici,
Roſarum an. ℥j.
Boli Armenæ, in aqua Roſ. lotæ,
Terræ Lemniæ ana ℥ij.
Caphuræ gr. viij.
Ambræ griſeæ,
Foliorum auri ana ℈j.
F. omnium puluis in vaſe idoneo reponendus.

Species cordiales temperatæ.

℞ Ligni aloes, ſpodii an. ℥j.
Cinnamomi, Caryophyllorum,
Oſſis de corde cerui. Doronici,
Zedoariæ, been vtriuſque an. ℥j. ſ.
Margaritarum præparat. ℥vj.
Serici crudi toſti,
Corallorum vtriuſque ana ℥j.
Hyacinthi, Smaragdi an. ℥ſ.
Croci ℈j. Ambræ, moſchi an. q.v.
Foliorum auri, fol. argenti an. num. x.
Sachari q. ſ. F. *ſpecies cordiales.*

Electuarium Liberantis confortans.

℞ Rad. Tormentillæ, ſem. citri,
Acetoſæ, Endiuiæ ana ℥iij.
Smaragdi, hyacinthi,
Granatorum an. ℈ſ.
Ambræ, Moſchi ana gr. iij.
Santalorum omnium ana ℥j.
Camphoræ gr. vii. Boli armeni,
Terræ ſigillatæ, ana ℥iii.
Perlar: præpar. vnicornu,
Corallorum vtriuſque præparat.

Succi-

Succini albissimi ac flaui an. ℈ ſ.
Eboris, been albi ac rubei,
Doronici, Cardamomi,
Nucis moſch. Aloes,
Cinnamomi, croci,
Zedoariæ ana ℈j.
Auri puri, argenti fol. an. ℈ſ.
Aromatici roſati ʒij.
Fiat electuarium confortans.

Puluis nobiliſſimus ac bezoarticus incerti authoris.

℞ Boli armenæ præparati ℥j.ſ.
Coriandri præpar. macis,
Spodii, charabe ana ʒj.ſ.
Cort. & ſem. citri ana ʒij.
Raſuræ eboris. ʒij.
Gentianæ ʒj. Rhabarb. elect. ℈ij.ſ.
Santali albi & rubei ana ℥j.
Endiuiæ, acetoſæ,
Baſiliconis ana ℈iiij.
Flor. Roſarum, Borraginis,
Bugloſſæ, meliſſæ,
Menthæ an. p. j. Saphyri,
Smaragdorum an. gr. iij.
Granatorum præparat. ℈iiij.
Croci ℈ j. ſ. Margarit. ʒſ.
Oſſis de corde cerui ʒſ.
Foliorum auri, num. vj.
Cinnamomi ℥j. Moſchi ℈ſ.
Miſce fiat puluis.

Puluis diuinus, ignoti authoris.

℞ Boli armenæ præparat. & cum vino maluatico abluti. ℥j.
Cinnamomi electi ℥j.
Tormentillæ ℥ſ. Diptamni,
Herb. Tunicæ, Coriand. prępar.

Rhabarbari electi ana ℥iij.
Croci, terræ ſigillatæ,
Cort. citri, been vtriuſque,
Corall. vtriuſque, Santali citrini,
Raſuræ eboris, margar. præpar. an. ℥ij.
Centinodii *per* IV. *dies ac noctes in aceto infuſi* ℨj.
Carabe, macis ana ℈ij.
Serici crudi, Smaragdi,
Saphyri, hyacinthi,
Granati, rubini ana ℨj. ſ.
Sem. acetoſę, Endiuiæ,
Portulacæ, Ligni aloes,
Spodii, oſſis de corde cerui ana ℈ij.
Auri & argenti meri, ana ℈j.
Spicæ gr. iiij. Sachari albiſſ. ℥vj.
Moſchi, Ambræ ana gr. iiij.

Miſce fiat puluis.

Puluis Aromaticus præſtans.

℞ Cinnam. electi, ℨj.
Boli Armenæ præparati ℈ij. gr. v.
Rad. Tormentillæ, biſtortæ an. gr. IV.
Petaſites, diptami albi,
Gentianæ, enulæ,
Vincetoxici, pœoniæ,
Ariſtolochiæ rotundæ an. gr. xiij.
Herb. ſcordii p. ij. Rutæ,
Saluiæ, Carduibenedicti,
Acetoſæ, Chamædrios,
Meliſſæ, Scabioſæ an. p. j.
Flor. roſarum rub. p. j.
Sem. Coriandri præparati,
Santonici ana gr. xiij
Sem. acetoſæ, citri,
Portulacæ, Endiuiæ ana gr. ix.
Gran. iuniperi, baccar. lauri, an. ℨſ.

Rha-

Rhabarb. electi gr. ix.
Croci Oriental. terræ sigillatæ,
Corallorum vtriusque præparatorum,
Cort. citri, rasuræ eboris,
Cornu cerui vsti ana gr. xv.
Margarith. præpar. succini præpar. an. gr. xiij.
Fol. auri & argenti, an. num. x.
Moschi, Ambræ ana gr. j.
Sachari albissimi ℥vj.
Fiat S. a. puluis subtilissimus.

Electuarium aureum contra pestem.

℞ Theriaces optim. conser. rosar. an. ℥vj.
Mithridat. ℥iij. Camphoræ ℈j.
Florum sulphuris cum aqua acetos. præpar. ℥vj.
Zedoariȩ, diptamni albi,
Gentianæ, Aristolochiæ,
Tormentillæ, Valerianæ,
Morsus Diaboli, Pimpinellæ,
Leuistici, fol. Veronicæ,
Carduibenedicti ana ℈j.
Rutæ gr. xv. Myrrhæ ʒ ß.
Boli armenæ, *præparati cum aceto rosaceo*,
Terræ sigillatæ Silesiacæ, ana ʒj.
Croci gr. xv. Cinnamomi ʒj.
Spec. el. de gemmis præparatis,
Spec. Diamoschi dulcis, diamarg. frig.
Diatrion santalorum an. ℈ß.
Sem. citri ℈ij. Cornu cerui vsti ℈j.
Margaritarum præparat. ℈iiij.
Foliorum auri, num. x.
Cum succo acetosæ Hispanicæ, seu aqua cinnam. & syr. acetos. citri q. s.
Fiat electuarium egregium.

Electuarium mire conferens ad calorem mitigandum in phrenesi.

℞ Conseru. Rosarum, Nympheæ,
Buglossæ ana ℥vi.
Diamargariti frigidi ℥ſ.
Corallorum rubeorum ʒj.
Fragmentor. gemmarum, ana ℈ij.
Sem. portulacæ, Intybi,
Oxalydis ana ʒſ.
Bractearum auri, num. vj.
Sachari q.ſ. *F. electuarium.*

Puluis Cratonis ad vertiginem.

℞ Cinnabrii mineralis ʒſ.
Magist. Corallorum rubeorum,
Magist. perlarum ana ℈ij.
Fol. auri, num. xv.
Croci ℈j.
Misce & rite terantur subtilissime supra marmor; Dosis gr. x. ad gr. xvj.

Puluis in melancholia, etiam contra philtra.

℞ Flor. Borraginis, Buglossæ,
Violarum, Rorismarini an. ℈j.
Matris perlarum ʒj.
Secundinæ præparatæ ʒij.
Cort. citri, arantiorum an. ʒj.
Rad. buglossæ ʒvj.
Quinque lapid. pretiosorum,
Margarit. ossis de corde cerui an. ℈j.
Foliorum auri, num. xij.
Omnia probe contusa, F. *puluis.*

Electuarium ad memoriam.

℞ Margaritarum ʒj. ſ.

Ossis

Offis de corde cerui ʒj.
Sem. Carthami ʒij.
Serici ſubtiliter inciſi ʒ ſ.
Pinearum mundat:& aqua roſacea præparatarum ℥iij.
Hyſſopi mont. liquirit. an. ʒj.
Nucis Moſchat. caryophyllorum,
Folii, piperis longi,
Cubebarum, galangæ an. ʒij.
Rhabarb. electi, Epithymi,
Lapid. Zazuli cum aqua roſ. loti,
Macis, croci,
Myrobal. chebul. citrinorum,
Indorum, nigrorum ana ʒ ſ.
Cinnamomi ℥ij. Sach. albiſſ. lib. iij.
Fiat secundum artem electuarium, in fine adde
Moſchi ℈ ſ.
Foliorum auri, num. viij.
Ambræ ℈j.

Puluis apoplecticus Archiducis Ferdinandi.

℞ Raſuræ vngulæ alcis,
Cranii de ſphæra microcoſmi an. ʒij.
Spec. diamoſchi dulcis ℈iiij.
Corallorum vtriuſque,
Margaritarum præparatarum,
Quinque lapid. pretioſ. an. ʒ ſ.
Rad. diptamni albi,
Sem. & rad. pœoniæ,
Rhabarbari electi ana ʒj.
Viſci quercini, cubebarum,
Cardamomi ana ʒj. ſ.
Flor. Saluiæ, Anthos,
Calendulæ ana ℈iiij.
Nucis moſch. galangæ,
Piperis longi, Coriandri præparati,
Zingiberis ana ℈v.

Sem. citri excorticati ʒij.
Zedoariæ, doronici,
Been vtriusque ana ℈j.
Flor. Borrag. Buglossæ,
Menthæ, Melissæ,
Nymphę, Violarum an. ʒß.
Foliorum auri, argenti ana ʒß.
Ossis de corde cerui num. IV.
Vni cornu gr. xv. Terræ sigill. ʒß.
Ros. rub. ℈j. Spec. Diamar. frig.
Specierum de gemmis an. gr. xv.
Moschi, Ambræ griseæ an. gr. x.
Misce, fiat puluis. Dosis ℈ij.

Puluis ad melancholiam Hypochondriacam.

℞ Matris perlarum pulverisat:
Cort. arantiorum, citri ana ʒj.
Margaritarum præparat.
Quinque lapidum pretiosor:
Ossis de corde cerui an. ℈j.
Foliorum auri, num. vj.
Dosis huius pulueris ʒß.

Electuarium contra Apoplexiam.

℞ Mitridat. ʒx. Chebul. condit. ʒvj.
Acori conditi ʒj. ß. Cons. Rosarum,
Anthos, beton. pœon. an. ʒij. ß.
Sem. & rad. pœon. an. ʒß.
Visci quercini, Coriandri præpar.
Ligni aloes ana gr. xv.
Folior. auri, num. iiij.
Ambræ gr. ij. cum syr. de stœchade & aqua rosarum,
Fiat electuarium.

Electua-

Electuarium in spirituum euanida vi, Heurnii.

℞ Succorum densatorum acetosæ,
Endiuiæ, rad. quinque folii an. ℥j.
Limaturæ auri ℈ij.
Caphuræ ʒj. Serici crudi ʒij.
Sem. citri, conser. fol. Endiuiæ,
Acetosæ an. ℥j. Syr. de acetos. citri q. s.
Fiat electuarium. Dosis ʒs. ad ℥s.

Electuarium epilepticum.

℞ Conseruar. Violarum, Rosarum,
Nympheæ, Borrag. Bugloss. an. ℥j.
Spec. elect. de gemmis ʒj. s.
Cort. citri conditi ℥j. s.
Specierum lætificantis ℈ij.
Cranii human. ʒj. s. pœoniæ ʒs.
Rad. pœoniæ, visci quercini,
Tormentillæ an. ℈j. Smaragdi ℈s.
Foliorum auri, num. vj.
Cum syrup. rosar. & acetos. citri an. q. s.
Fiat lege artis electuarium.

Electuarium cordiale roborans cor ac vires D. Mülleri.

℞ Sachari Rosacei, Violacei,
Borraginis, Buglossæ. an. ℥ s.
Terræ sigill. boli armenæ an. ℈s.
Spec. triasantalorum ℈ij.
Foliorum auri, num. vj.
Syrupi acetos. citri q. s.
Fiat electuarium.

Electuarium cordiale incerti authoris.

℞ Conseru. Borrag. Bugloss. violar. an. ℥vj.
Zedoariæ, macis, croci,

Melissæ, sem. Basil. an. ʒj.
Ossis de corde cerui, Saphyri,
Hyacinthi, Smaragdi an. ℈j.
Foliorum auri, num. vj.
Perlarum præparatarum ʒj.
Cum Syrupis de pomis redolentibus,
De corticibus citri, aquæ rosar. ℥j.ſ.
Sachari ℥iiij.

Coquantur in electuarium. In fine adde,
Rhabarbari ʒj.
Cum vino maluatico per 24. horas maceratam: Moschi,
Ambræ ana gr. iiij. *Fiat.*

Vel:

℞ Hyacinthorum, granatorum,
Smaragd. Saphyri an. ʒj.
Perlarum. Ligni paradysi,
Ossis de corde cerui ana ʒj.
Santali albi ac rubei,
Corallorum vtriusque,
Eboris, Tormentillæ,
Boli armenæ orientalis,
Terræ sigillatæ, Camphoræ,
Auri foliati, ana ℈j.
Sachari albissimi, ℥vj.

Coquantur puluerisata vel in syrupum, vel in electuarium cum aqua rosacea.

Vel:

℞ Rubini, hyacinthi, Granati, Smaragdi,
Boli armenæ, perlarum,
Ossis de corde cerui, vnicornu,
Auri limati seu foliati an. ℈j.
Serici rubei concisi,
Rosarum, cortic. citri,
Ambræ, eboris an. ℈j.ſ.

Sachari

Sachari quantum vis,

Fiat cum aquis vel syrupis cordialibus electuarium.

Electuarium in syncope D. Fabri.

℞ Conser. Ros. ℥iij. Flor. Tunicæ ℥j.
Melissæ ℥ß. Galangæ ℈ß.
Spec. Diamargarit. frig. ℈iv.
Caryophyll. ℈ij. Cinnam. opt. ℈iiij.
Doronici ℈j. Succini albiss. ʒß.
Nucis moschat. condit. ʒij.
Nucis condit. ℥ß. Cort. citri,
Pinearum præparatarum an. ʒij.
Sem. melonum ana ʒj.
Manus Christi cum perlis ℥ß.
Margaritar. præparatar. gr. v.
Foliorum auri, num. iiij.
Syrupi acetositatis citri q. ß.

Fiat electuarium.

Vel tale conditum ad cor calidum, alterans omnesque vires roborans Heurnii.

℞ Conseru. Anthos, Rosarum,
Borraginis, Buglossæ,
Capillorum Veneris ana ℥ij.
Cort. citri conditi ʒj. ß.
Pulu. Electuar. plerefarcot.
Diarrhod. abb. trium santal. an. ʒß.
Foliorum auri, num. vj.
Sachari q. ß.

Fiat conditum, quod auro cooperiatur.

Vel: Conditum ad omnes vires roborandas Andernaci.

℞ Conser. anthos, Rosarum,
Cirsy Buglossæ, adianthi,
Cichorii ana ʒij.
Cort. citri conditi,
Nucis Indicæ condit. an. ʒj. ß.

Spec. plerisarcoticon,
Diamosch. Diarrhod. abbat.
Triasantalorum ana ℥ ſ.
Foliorum auri, num. vj.
Sachari albiſſimi q. ſ.

Fiat conditum auro coopertum.

Vel: conditum ad humorem calidum Andernaci.

℞ Conſeru. Bugloſſæ, Roſarum,
Nympheæ ana ℥ij. ſ.
Spec. diamargar. frigidi,
Pulu. corall. rub. ana ʒij.
Pulu. fragmen. lap. pretioſor. an. ℈j.
Sem. Oxalydis, Portulacæ,
Cichorii ana ʒj.
Foliorum auri, num. IV.
Sachari albiſſimi, q. ſ.

Mixta redigantur in conditum.

Vel: Conditum Ioſephi Quercetani ad cordis roborationem.

℞ Conſeru. cort. citri conditi ℥j.
Conſeru. flor. bugloſ. violarum an. ℥ ſ.
Confectionis Alkermes. ʒj. ſ.
Confect. liberantis, cordialis,
Electuarii de gemmis an. ʒ ſ.
Spec. aromat. roſati, dianthos an. ℈j.
Corall. præpar. Margar. præpar. an. ʒj.
Oſſis de corde cerui, vnicornu ℈j.
Lapidis Bezoartici. ℈ ſ.
Auri folia, aliquot, Ambræ gr. x.

Contundantur omnia, miſceantur & fiat conditum.

Vel: Conditum in ſynocho putri incerti authoris.

℞ Conſer. roſarum, nympheæ,
Acetoſæ an. ʒvj. Bugloſſæ ℥ ſ.

Tro-

Trochiſcorum Camphoræ ʒj.
Pulueris diamargar. frigidi,
Trium ſantalorum,
Corallorum rubeorum an. ʒj.
Foliorum auri, num. vj.
Fragmentorum de gemmis.
Fiat conditum præſtantiſsimum.

Vel: Conditum ad calorem hepatis, Andernaci.

℞ Conſeru. cichorii, violarum,
Nympheæ, bugloſſæ ana ʒij.ſ.
Conſeru. roſarum ʒj.ſ.
Spec. diamargariti frigidi,
Trium ſantalorum ana ʒſ.
Foliorum auri, num. viij.
Sachari albiſſimi q.ſ.
Miſceantur, fiatque conditum, Doſis cochlear integrum.

Vel: Confectio pinicata confortans Langii.

℞ Pinearum præparatarum ℥j.ſ.
Phiſticorum viridium. ʒvij.ſ.
Foliorum auri, num. xv.
Margaritarum præparatarum ℈j.ſ.
Sachari, *in aqua roſar. diſſoluti*, lib.ſ.
Fiant ſecundum artem morſuli.

Puluis epilepticus. D. Fabri.

℞ Pulu. radicum pœoniæ, *maſculi*,
Creſcente Luna effoſſæ;
Viſci quercini ana ʒij.
Vngulæ alcis, ſem. pœoniæ an. ʒj.
Corallorum rub. præparatorum,
Raſuræ eboris, cornu C. præpar.
Cinnamomi, ſuccini albi ana ʒſ.
Croci Orientalis ℈ſ.
Cranii humani præpar. ℈j.ſ.

Folio-

Foliorum auri & argenti, an. num. IV.
Sachari albissimi ℥j.
Fiat puluis subtilissimus.

Vel: Talis, eiusdem D. Fabri.

℞ Cornu Cerui vsti præpar. ℥ ſ.
Vngulæ alcis ʒij.
Cranii humani ʒj. ſ.
Eboris vsti ℈iiij. ſ.
Visci quercini ʒiij.
Sem. pœoniæ ℥. ſ.
Margarit. præparat. ʒj.
Corallorum vtriusque præpar. an. ʒij.
Quinque lapidum pretiosorum an. ℈j.
Foliorum auri, num. v.
Croci ℈j. ſ.
Sachari ad pondus omnium,
Misce, fiat puluis præstans.

Vel: Talis incerti authoris.

℞ Perlarum præpar. ossis de corde C. an. ʒj.
Corallorum rubeorum ℥. ſ.
Succini præparat. ʒij. Visci quer. ʒj. ſ.
Rad. & gran. pœoniæ, serpent. an. ℥. ſ.
Rad. & sem. diptamni ana ℈j.
Croci orientalis ℈j.
Foliorum auri, num. vj.
Sachari albissimi ℥j.
Fiat puluis epilepticus.

Puluis epilepticus. D. Waltheri.

℞ Boli armenæ præparat. ℥iij.
Terræ sigillatæ ℥ij. Corall. albor. ʒvj.
Corallorum rubeorum præparat. ℥ ſ.
Lap. Smaragdi, hyacinthi,
Rubini præparati ana ℥. ſ.
Spodii præparati ʒv. Cinnam. ʒij.

Marga-

Margaritarum præparat. ℥v.
Pulueris ſantali albi ℥j.ſ.
Santali rub. ſem. acetoſæ ana ℥ij.
Caryophyll. ℈j. Cort. citri ℥j.ſ.
Raſuræ eboris ℥iij. Croci ℥j.
Foliorum auri, numero L.
Vnicornu ℥.ſ.

Fiat ſ. a. puluis.

Vel: Talis puluis epilepticus.

℞ Cranii human. calcin. de anteriore parte microcoſmi ℥iij.
Sem. pœoniæ excorticati,
Succini albiſſ. præparati an. ℥ij.
Rad. Tormentillæ, pœoniæ,
Viſci quercini an. ℥iij.
Cornu cerui calcinati ℥.ſ.
Margaritarum præparatarum,
Corallorum rubeorum præpar. an. ℥j.
Specierum Diamoſchi ℥j.
Foliorum auri, num. VI.
Sachari ℥ij.

M. Fiat puluis.

Vel: Talis puluis epilepticus mirabilis.

℞ Vngulæ aſini recent. ℥VI.
Alcis ℥.ſ. Spe. diamoſ. dul. ℥.ſ.
Corallorum vtriuſque præparat.
Margaritarum præparatarum,
Smaragdorum præparatorum ana ℥ij.
Sem. Rutæ, nigellæ nigr.
Pœoniæ, Blattæ Bizantin.
Diptamni albi, Nucis moſch. an. ℥j.
Rad. pœoniæ, limaturæ C. cerui,
Corallior. Maioranæ ana ℥j.ſ.
Sem. portulacæ, caulis an. ℥j.
Rad. Tormentil. ℥j.ſ. Rhabarb. electi ℥j.
Moſchi, Ambræ ana gr. x.

Foliorum auri, num. x.
Fiat puluis mirabilis.

Vel: Miraculosius puluis talis epilepticus, ignoti authoris.

℞ Opoponacis, ſanguinis Draconis,
Caſtorei, Antimonii præpar.
Cranei microcoſmi calcinati,
Eiuſdem ſexus intellige,
Vngulæ aſininæ. C. C. calcin.
Hypericonis, Lapid. ætites maſculi coloris rubi. an. ℥iiij.
Saluiæ ſylueſt. tormentill. an. ℥j.
Sem. & rad. pœoniæ,
Sem. Rutæ, Betonicæ rub. ana ℥. ſ.
Margarit. præpar. Smaragdi præpar. an. ℈j.
Succini albiſſ. ℥j. Stercoris ciconiæ,
Anſeris ſylueſtris an. ℥ij.
Viſci quercini, Corall. rub. præp.
Calcitidis albi præparati an. ℥. ſ.
Spinæ dorſi ſerpentis calcinati ℥ij.
Foliorum auri, quantum vis,
Fiat puluis. Doſis ℨ. ſ.

Vel: Talis etiam valde laudabilis.

℞ Gran. excort. ac Rad. pœoniæ,
Viſci querni, Rad. Tormentillæ,
Serpentillæ, Flor. lauendulæ,
Rad. & ſem. dictamni noſtratis an. ℥j.
Succini præparati, C.C. præpar. an. ℥ij.
Vngulæ alcis, Aſinæ an. ℥j. ſ.
Oſſis de corde cerui, Croci orient.
Vnicornu an. ℥j. Margar. præp. ℥ij.
Cranei humani de anteriore parte maſculi vel fœminæ ℥. ſ.
Corall. rubeorum præparat. ℥iij.

Spec.

Spec. diamoschi dulcis ʒj.
Foliorum auri. num.xxx.
Sachari albissimi ℥iiij.
Misce fiat puluis laude dignus.

Tragæa stomachalis, incerti authoris.

℞ Cinnamomi ʒij. Coriandri præpar. ʒ.ſ.
Sem. Anisi, Rosarum rub. an. ℈j.
Manus Christi perlatar. ℥j.
Santali rubei ℈ij.ſ.
Foliorum auri, num. xiiij.
Sachari ℥vj.
Fiat Tragæa.

Puluis aureus in dysenteria & omnibus fluxionibus ventris sistendis.

℞ Croci Martis, *spagyrico modo præpar.*
Nucis moschat: Cinnamomi an. ʒij.
Terrę sigillatæ veræ ʒ.ſ.
Auri tenuißime limati gr. xij.

Misce fiat puluis. Dosis ʒ.ſ. ad ʒj. tam adultis quam iunioribus datur vino chalybeato, aut pomo tosto, aut vino rubeo in quo aurum sit aliquoties extinctum, puluis est tutissimus ac secretissimus, *in o*mnibus alui fluxionibus sistendis.

Puluis contra venena, ignoti authoris.

℞ Vnicornu, vngulæ alcis,
Florum bugloss. ana ʒj.
Margaritarum præpar. Coriandri præpar.
Cornu cerui usti ana ℈ij.
Visci quercini, ossis de corde cerui.
Auri Vngarici limati, an. ℈j.
Misce, fiat puluis. Dosis ʒ.ſ.

Puluis cordialis Florentini.

℞ Ossis de corde cerui ʒj.
Foliorum auri, num. viij.

Santal. albi, rub. citrin. ana ʒij.
Been albi ac rubei,
Serici grano tinctorio infecti an. ʒj.
Croci, Cinnamomi,
Caryophyllorum, Ligni aloes ana ℥.ſ.
Ambræ, moſchi ℈j.

Miſce fiat puluis.

Vel: Talis in palpitatione cordis.

♃ Pulueris Rad. Bugloſſæ,
Perlarum præparatarum ana. ℥j.
Foliorum auri, num. xx.

Miſce fiat puluis, qui datur hac aqua; ℞ Cinamomi part. iiij. *putrefac per octiduum cum aqua borraginis ac bugloſſæ, poſtmodum artificioſe deſtilla.*

Conditum Cardiacum Fernelii.

♃ Conſeru. Nympheæ, Bugloſſ.
Roſarum, cort. citri condit. an. ℥.ſ.
Pulu. Diambræ, de gemmis,
Diamargariti frigidi ana ℈.ſ.
Oſſis de corde cerui,
Sem. citri, Carduibenedicti,
Rad. Tunicæ, Tormentillæ an. ℈j.
Foliorum auri minutim conciſi, num. vj.
Vnicornu gr. viij, Sachar. albiſſ. q. ſ.

Fiat conditum cardiacum.

Morſellæ in phthiſi.

♃ Pulpæ Caponis ℥iiij.
Pinearum præparat. ℥.ſ.
4. Sem. frigida maior. an. ʒij.
Sem. papaueris albi ʒj.
Spec. Diapeenid. Diaireos Salomonis,
Tragacanthi frigidi ana ʒ.ſ.
Diatrion Santalorum,
Diarrhodon Abbatis,

Electuar.

Electuar. è gemmis frigid. ana ℈j.
Auri foliati ℈.ſ. Cinnam. ʒj.
Sachari albiſſimi ℥viij.
Cum aqua hyſſopi, farfaræ,
Capillorum Veneris, ana q. ſ.
Fiat confectio in morſellis, quæ auro puriſſimo deaurentur.

Rotulæ Apoplecticæ aureæ. D. Wolffii.

℞ Specierum Diarrhodon Abbatis ʒ.ſ.
Electuar. albi ʒj.ſ. Sinapis albi. ʒ.ſ.
Olei aniſi vel fœniculi ʒ.ſ.
Perlarum præpar. ʒ.ſ. Vngulæ alcis ℈.ſ.
Foliorum auri, num. viij.
Sachari albiſſimi lib. ſ. *cum aqua ceraſorũ nigrorum, vt artis eſt*,
Fiant rotulæ.

Vel ſic:

℞ Amygdal. dulcium,
Pinearum piſtacearum ana ʒij.
Cinnamomi, Zingiberis an. ʒj.ſ.
Macis, Cardamomi ana ℈ij.
Cubebarum ℈j. Moſchi gr. ij.
Foliorum auri, num. vj.
Sachari albiſſimi ℥xiiij.
Cum aqua liliorum conuall.
Fiant rotulæ auro obducendæ.

Morſelli confortantes, incerti authoris.

℞ Cinnamomi electi ʒ.ſ.
Myrobalan. chebul. emblic. ana ʒij.
Croci, Roſarum ana ʒj.
Santal. rub. ʒij. Corall. rub. ʒj.
Sachari albiſſimi q. ſufficit,
Foliorum auri, num. x.
Cum aqua Roſarum & ſucco citri q. ſ.
addendo Moſchi, Ambræ ana ℈j.
Formentur morſelli auro obducti.

Morselli in palpitatione cordis. D. I. Hartmanni.

℞ Perlarum præparatarum ʒiij.
Saphyri pręparati, Smaragdi,
Granati præparati an. ʒj.
Hyacinthi præparati ʒiij.
Corallorum vtriusque præparat. ʒj. ß.
Fol. Rosarum rubearum ʒj.
Perlarum præparatarum ℈ij.
Rubinor. præparat. ʒ. ß.
Macis ʒ. ß. Cinnam. electi ʒiij.
Sachari ℥vj.
Foliorum auri, argenti an. num. iiij.

Cum aqua rosacea fiant morselli. Dosis ʒ. ß. *Superbibendo aqua perlata* ℥j.

Morselli confortantes Langii.

℞ Pinearum præparatarum ʒiij.
Amygdalarum dulcium ʒij. ß.
Cinnamomi electi ℈v.
Caryophyll. ʒ. ß. Macis ℈j.
Phisticorum viridium ʒj. ß.
Zingiberis albi incisi ℈ij.
Margaritarum præparat. ℈. ß.
Foliorum auri, num. IV.
Sachari albissimi, *in aqua rosarum dissoluti* ℥viij.

Fiant morselli quadrati.

Morselli in obstructione hepatis, Hilleri.

℞ Elect. de gemmis frigid. ʒ. ß.
Corall. rubeor. pręparatorum,
Spodii de Canna ana ʒj.
Mumiæ ℈j. Garyophyllorum,
Nucis moschatæ ana ℈j.
Sachari Cristallini crudi ʒiij.
Conser. Rosar. antiquiss. ʒj. ß.

Extra-

Extractionis Laudani ℈. ſ.
Florum Antimonii alborum ℈j.
Croci *Martis* ℈. ſ. Sachari albiſſimi q. ſ. *in aqua roſarum diſſoluti.*

Fiant morſelli auro obducti.

Vel ſic:

℞ Boli armenæ præpar. ʒ. ſ.
Terræ ſigill. ʒj. Cornu C. vſti ℈j.
Margaritarum ℈j. ſ. Cort. citri,
Betonicæ, ſcordii ana ℈ij.
Camphoræ ℈. ſ. Raſuræ eboris ℈ij.
Rad. diptamni, Tormentillæ ana ℈ij.
Foliorum auri, num. vj. cum ſacharo, *in aqua roſarum ſufficienti quantitate diſſoluti*,

Fiant morſuli auro obducti.

Tabulæ ad lepram Weckeri.

℞ Trochiſcorum de Vipera ʒij.
Margaritarum præparatarum ʒ. ſ.
Specierum Aromatici roſati. ʒj.
Foliorum auri, num. C C.
Sachari, *in aqua roſacea diſſoluti* ʒiij.

Fiant rotulæ auro obductæ.

Morſuli Pelicani in peſte.

℞ Rad. Tormentillæ, Pimpinellæ ana ʒj.
Serpentariæ, Cinnamomo ana ʒ. ſ.
Boli armeni, Terræ ſigillatæ,
Corall. rub. ſantal. rub. ana ℈j.
Elect. liberantis, ſem. acetoſæ ana ʒ. ſ.
Oſſis de corde C. margarit. prępar. ana ℈. ſ. gr. iv.
Spodii, macis,
Hyacinthi, Rubini,
Saphyri ana gr. iiij.
Sachari puriſſimi ana ʒvj.
Diſſoluantur in aqua acetoſæ & roſarum, aqua portione, q. ſ.

Fiant

Fiant morsuli auro inuoluti.

Puluis Banisteri in lue Venerea correctus.

℞ Florum sulphuris ℥j.
Margaritarum præparatarum ʒ.ß.
Corallorum rub. præparat. ℈ij.
Succini albi præparati,
Cornu cerui præparati,
Rasuræ eboris an. ℈j.
Ossis de corde cerui,
Lapidis Bezoartici veri,
Foliorum auri, ana ℈.ß.
Turpeti cum oleo Vitrioli præcipitati ℈viij.
Sachari albissimi ℥vj.

Fiat puluis subtilissimus.
Dosis gran.vj. ad gran.x.

Puluis aureus Banisteri reformatus.

℞ Crystallorum Tartari ℥iij.
Diagrid. cum S. vini correcti ℥ij.
Magisterii perlarum ℥ij.
Cornu vnicornu, Lapidis Bezoar. ana ℥j.
Santali citrini ℥j.ß. Flor. violar. ℥j.ß.
Limaturæ auri puri. ℈ij.ß.
Ambræ griseæ ℈j. Gummi tragacanthi ʒ.ß.
Auri vitæ ℈viij. Sachari ℥iij.
Dosis gran. x. xx. ad grana xxx.

Aurum vitæ.

Puluis aromaticus Banisteri correctus.

℞ Florum sulphuris ℥j.
Spec. Diacinnamomi ʒ.ß.
Ligni aloes ℥ij. Glycyrrhizæ ℥iij.
Ambræ griseæ ℈j. Moschi ℈.ß.
Limaturæ puræ auri, ℈j.
Tubith cum oleo sulphuris præcipit. ℈viij.
Magisterii succini, Corallor. rub. an. ℥j.
Magisterii perlarum ʒ.ß.

Sachari

Sachari albissimi ℥ij.

Fiat puluis subtilissimus.

Dosis à gr. xviij. ad ʒ.ſ.

Vel sic:

℞ Flor. sulphuris ℥ij.
Turbith albi & gummosi ʒ.ſ.
Agarici trochiscati,
Diagridii præparati an. ʒ j.ſ.
Rhabarb. ʒj. Pulu. cordial. ℥ij.
Auri vitæ ʒx. *Auri vitæ.*
Limaturæ auri, ℈j.
Sachari ℥j.ſ.

Fiat puluis subtilissimus.

Dosis gran. xij. xvj. ad xx.

Trochisci epileptici D. Erasti.

℞ Cinnamomi ʒj. Rad. pœoniæ,
Sem. pœoniæ an. ℈ij. Zingiberis,
Cubebarum, caryophyllorum,
Macis an. ℈j. Spec. caryophyll.
Spec. cordialium aromat. an. ℈.ſ.
Diambræ, diamoschi an. gr. v.
Nucis moschat. conditæ ʒj.
Sem. citri excorticati ℈ij.
Sachari albissimi ℥viij.

Fiant lege artis trochisci, cum aqua epileptica eiusdem authoris, addendo olei anisi vel macis, postmodum deaurentur.

Trochisci epileptici Langii.

℞ Sem. pœoniæ excortic. ʒ.ſ.
Margaritarum præparatarum ʒ.ſ.
Foliorum auri, num. vj.
Macis ℈j. Sachari albiss.
In aqua epileptica Langii dissol. ℥v.

Fiant Trochisci,

K *Iule-*

Iulepus in palpitatione cordis Cratonis.

℞ Aquæ Borrag. è floribus destillatæ ℥v.
Syrupi de succo Borraginis ℥j.
Iulepi rosacei, aquæ cinnamomi. ana ℥.ſ.
Margaritarum dissolut. ʒij.
Auri dissoluti. ʒj.

Aurum dissolutum.

Misce fiat potio. Vide desuper institutiones D. Sennerti libr. 5. par. 3. sect. 3. cap. 7. fol. 1124.

Iulapium in syncope. D. Fabri.

℞ Aquæ Borraginis ℥iiij.
Iulepi rosac. ℥.ſ. Syr. de succo Rosar.
Syrupi de corticibus citri an. ℥j.
Margaritarum præparat. ʒj.
Foliorum auri, num. iij.
Misce cum syrupo Nucis moschatæ, vt fiat Iulapium.

Morselli præcipua fouentes & nonnihil purgantes, Marsilii Ficini.

℞ Myrobalan: chebul. emblic. an. ʒij.
Cinnamomi electi ʒ.ſ. Croci
Rosarum, an. ʒj. Santali rub. ʒij.
Corall. rub. ʒj. Moschi
Ambræ an. ℈j. Sachari albiss.
In aqua rosacea & succo citri dissoluti quantum sufficit.
Formentur morselli auro obducti.

Syrupus cordialis incerti authoris.

℞ Miuæ cotoneorum, lib. ß.
Quintæ essentiæ cinnam. ℥.ſ.
Tincturæ auri ʒij.

Tinctura auri.

Misceantur pro syrupo cordiali.

Vel:

℞ Syr. de corticibus citri ℥iiij.
Olei Cinnamomi ʒij.

Tinctura auri vitæ ʒj. *Tinctura auri vitæ.*

Misce pro confortatiuo cordis.

Mistura pro phthisicis & hecticis aurea, incerti authoris.

℞ Carnis gallinæ iuuenis incisi, & cum ossibus contusi, quantum sufficit, medullæ panis tantundem,
Foliorum auri, ʒj. Scabiosæ viridis M. j.
Aquæ stillatitiæ myrti ad pondus omnium,
Omnibus contusis ac mixtis balneo calentis aquæ, adde: Quintæ essentiæ mellis ℥j.

Seruetur in vase vitreo probe obturato.

Mistura in suffocatione matricis, Cunradinus.

℞ *Auri potabilis* gutt. ij. *Aurum potabile.*
Olei perlarum, cum oleo Nucis,
Moschatæ dissoluti, gutt. v.
Olei succini gutt. ij.

Detur cum aqua liliorum conuall.

Mistura eiusdem ad oxyreuma.

℞ Olei vitrioli gutt. iij.
Auri potabilis, gutt. j. *Aurum potabile.*
Olei succini gutt. ij.

Propinetur in haustu vini.

Medicina ad dolores matricis, ethicam & peripneumoniam, Paracelsus.

℞ *Auri extincti*, ab aqua chelidoniæ ʒxiij. *Auri extinctio.*
Myrobal. indorum, chebul. an. ʒj.

Reduc ad digestionem per hebdomadam cum separatione aquæ aquositatis superfluæ. Dosis à ℈j. ad ʒj.

Vel sic:

℞ Olei Nucis moschat. ℥. ſ.
Olei Caryophyllorum ʒj.

Aurum præparatum.

Auri iam iam præparati ℈j.

Dosi à ℈.ſ. ad ℈j.

Medicamen aureum, ad paralyſin, tremorem cordis, ſynthena: Paracelſus.

Aurum purgatum.

℞ *Auri purgati à ſuis mineralibus* ʒij.

Aquæ ſalis gemmæ, ideſt olei dulcis ſalis gemmei, ʒvj.

Reduc in vnum cum alkohole vini, deinde ℞ Croci ʒij. Alkoholis correcti ʒvj.

Fiat Miſtura. Doſis à gran. IV. ad vj.

Vel ſic:

℞ Huius *Auri præparati* ℈j.

Aquæ Lauendulæ cum alkohole vini correcti, Spiculæ ana ℥j.

Doſis ℈j.

Morſuli principum in Tuſſi. Doctoris Finckii.

℞ Cinnam. electi, iridis florent. an. ℈. IV.

Liquiritiæ ℈ij. Aquar. roſar. ℥j.

Fœniculi ℥ij. Scabioſæ ℥j.

Inciſa decoquantur, infuſio Fiat 4. horis: In colatura diſſolue

Sachar. optimi ℥vij. Pulu. cinnam.

Tragacanthi an. ℈ij. Margar. præpar. ℈.ſ.

Pulueris Ireos ſimplicis ℈iij.

Fiant morſelli, qui deaurentur.

Puluis cordialis & Hyſtericus eiuſdem.

℞ Margarit. præparatarum ℈ij.

Corallorum vtriuſque an. ℈.ſ.

Caſtorei ſicci ʒj. Cornu C. vſti præpar. ℈j.ſ.

Rad. & ſem. pœoniæ an. ℈j.

Lapidis Bezoartici Orientalis ℈.ſ.

Quinque lapidum pretioſorum an. gr. ij.

Foliorum auri, num. ij.

Fiat puluis pro quatuor doſibus.

Opiata

Opiata D. Rondeletii, in morbo Italico.

℞ Conseru. Flor. Cichorii, Bugloss. an. ℥j.
Capillorum veneris. ℥.ſ.
Puluer. diamargarit. frigidi ʒiij.
Limaturæ auri, Rasuræ eboris an. ʒ.ſ.
Triasantali, diarrhodon abb. an. ʒj.
Cum syr. conser. cort. citri,
Fiat opiata.

Vel: Mistura eiusdem D. Rondeletii in fœtore oris.

℞ Conseru. Viol. Buglossæ, Nenuph. an. ℥j.
Pulu. diamargariti frigid. & de gummi an. ʒij.
Panniculorum auri, num. vj.
Aquar. ros. bugloss. acetos. an. ℥ j.
Fiat lege artis mistura.

Vel: eiusdem D. Rondeletii.

℞ Iuris capi perfecte cocti lib. ß.
Aquar. buglossæ, violarum an. ℥ij.
Aquæ capillorum veneris ℥iij.
Pulu. diamargar. frigidi,
Diaireos simplicis. an. ʒj.
Panniculorum auri, num. ij.
Pulueris de gemmis ʒj.
Misce decoquantur in duplici vase per quadrantem horæ, colatur & vtatur.

Vel: Pilulæ D. Rondeletii in morbo Italico.

℞ Rhabarbari, Agarici an. ʒij.
Argenti viui in succo ros. extincti ʒiij.
Cinnamomi, ambræ an. ℈j.
Myrrhæ, masticis an. ʒj.
Limaturæ auri ℈iiij. Aloes ℥j.
Fiant pilulæ. Dosis ℈j. ad ℈j. ſ. & ℈ij.

In pharmacopolarum Medicina ait fol. 181. in multis nobilissimis medicinis aurum & argentum reperiuntur. Posset parari mixtura ex auro & argento, vel haberi limatura vtriusque & quando opus est ditiorum medicamentis addere.

Electuarium in febre pestilentiali, Bernardi Gordonii.

℞ Sachari rof. Triasantali,
Diatragacanthi frigidi an. ℥iiij.
Pannorum auri puri, num. xx.
Margaritarum, hyacinthorum,
Offis de corde cerui an. ʒj.
Misceantur.

Laudanum cordiale ad somnum conciliandum & sistendum fluxus omnis generis, ad tussim & Rheuma eiusdem. Banisterus.

℞ Croci ℥j. Gran. Alkermes ʒvj.
Cinnamomi, nucis moschatæ,
Caryophyllorum, macis an. ℥.ſ.
Galangæ, Zingiberis,
Radic. Angelicæ an. ℥iij.
Flor. rorismarini ʒj.ſ.
Flor. Borraginis, Buglossæ,
Violarum an. ʒj.
Fiat omnium extractio cum spiritu vini rectificato: deinde
℞ Opii, *in spiritu vini dissoluti & extracti secundum artem*, libr. j.
adde Tincturæ superiori, vt fiat commistio, cui postmodum admisce artificiosissime
Corall. albor. ac rubeor. præpar. an. ʒj.
Succini albi præparati ℥iij.
Magisterii perlarum, Smaragdi præp. an. ʒj.ſ.
Granatorum, Rubinorum an. ℈.iv.
Cornu vnicornu ℈ j.
Lapidis Bezoart. ʒj. ℈j.
Ligni aloes, terræ Lemniæ an. ℥ij.
Boli armeni ʒ.ſ. Moschi gr. xij.
Ambræ griseæ gran. xiv.
Foliorum auri, ℈ij.
Fiat laudanum in bona consistentia, cui in fine adde
Olei cinnam. ℈j. Olei anisi gut. x.

Olei Nucis Moschatæ gutt. xiij.

Olei sem. papau. albi ac hyosciami an. ℈. ſ.

Misceantur optime, conserueturque tanquam res pretiosßima. Dosis gr. iij. ád gran. IV. *Ex conserua rosarum rubearum.*

Laudanum opiatum Banisteri aliud.

℞ Opii purgati, ſucci Hyoſciami an. ℥iij.

Dissoluantur in spiritu vini, vt fiat extractio, cui adde Croci ℥ij. ſ.

Magiſterii corallorum ℨ.ſ.

Succini albi ℥ij. essent. perlar. ℈ij. ſ.

Eſſentiæ mumialis ℈ij. Ambræ ℈.ſ.

Foliorum auri, ℈ j. Muſci ℈j.

Olei nucis moſchatæ gutt. XXIV.

Olei aniſi gutt. xij.

Fiat miscendo laudanum opiatum.

Laudanum Theophrasti Paracelsi.

℞ Specierum diambræ ℥iij.

Caryophyllorum ℥ j.

Opii Thebaici *bene exsiccati & præpar.* ℥iij.

Extract. Rad. Iuſquiami ℥iij.

Eſſentiæ margaritarum ℥ix.

Eſſentiæ corallorum rubeor. ℥vj.

Mumiæ ſubtiliſſ. pulueriſati ℥ij.

Eſſentiæ de mumia ℥ij.

Ambræ ſeu charabes, *quantum sufficere putabis*,

Veræ Tincturæ auri, etiam ad libitum. *Tinctura auri.*

Ambræ griſeæ, moſchi Orientalis an. ℈j.

Croci Orientalis pulueriſ. ℥ij.

Vini ſublimati optimi q.ſ.

Pro incorporatione, & vt artis est omnia diligenter & sincere more solito fiant. Ex *speciebus vero diambræ, caryophyll. opio & charabe, oportet prius modico vini destill. tincturas, vt artis est, extrahere, sed opium sit bene exsiccatum, minutimque incisum.*

Laudanum Paracelsi in fluxu ventris desperato.

℞ *Foliorum auri.* ℨ. ſ.

Marga-

Margaritarum integrarum ʒij.
Asphalti, florum antimonii,
Myrrhæ Romanæ, Aloepatici,

Singulorum ad pondus omnium, quæ contemperantur in massam, cuius Dosis à granis IV. ad X.

Laudanum Banisteri etiam tale est.

℞ Opii ℥v. succi rad. Hyosciami ℥ij.

Dissoluantur in aqua Rosæ solis, ad ignem lentum, Rosa solis absumatur euaporando, iterum tantundem affunde & dissolue, & Rosa solis exhalet euaporando, & tertio adiiciatur Rosa solis, & euaporet, donec crassescat, sub finem exhalationis, adde

Extracti croci ʒ j.ß. Moschi ℈j.
Ambræ griseæ ℈ ſ.
Corall. præparat. solut. perlar. an. ℈. ſ.
Mumiæ ℈ij. *Foliorum auri,* ℈j.
Succini albi ℈iij. ſ.
Olei nucis moschatæ gutt. XXIV.
Olei anisi gutt. xij.

Misceantur vt fiat laudanum.

Laudanum Banisteri apud Libauium.

℞ Opii ℥vj. Succi rad. hyosc. ℥ij.

Dissoluantur in spiritu vini, vt fiat extractio, cui adde

Croci ʒij. ſ. Corall. præpar. ʒ. ſ.
Succini albi ʒ j. solut. perlar. ℈ j. ſ.
Mumiæ ℈ij. Ambræ ℈. ſ.
Foliorum auri, moschi an. ℈j.
Olei anisi gutt. xij.

Fiat opiatum.

Laudanum opiatum à D. Iohann. Hartman: Beyero Lybauio transmissum.

℞ Specierum diambræ ℥. ſ.
Succi totius alterci flor. albi inspiss. ʒiij.
Mumiæ veræ gran. XXIV.

Cum spiritu Vini q. sufficiente extractum. Hinc adde, extracti opii, *cum nouo spiritu vini parati sescunciam,*

Essen-

Essentiæ corallorum rubeorum,
Essenciæ succini albi an. ʒ. ſ.
Essent. margaritarum,
Essent. auri, an. gran. v.
Croci, castorei, an. gr. viij. *Quinta essentia auri.*
Vnicornu, vel Bezoar veri gr. viij.
Ambræ griseæ, moschi, *aqua cinnamomi solutorum, repurgatorumque.* gr. vij.

Acuratißime commista omnia digerantur in balneo Alembico cœco, in massam iustæ consistentiæ, quæ subigatur adiectis olei succini aliquot guttis.

Laudanum philoniatum secundum Libauium.

℞ Spec. dianthos, diambræ,
Diaxyloaloes an. ʒ. ſ.

Spiritus rorismarini, *cui admista sit aqua theriacalis stillatitia & antepileptica ex cinnamomo* q. ſ. *ad extractionem per infusionem & depletionem in modum tincturæ. Liquori depleto commisce laudani Cyprii electi, id est, vitrioli aqua sæpius abluti & depurati.* ℥ ſ. *Dilutum serua:* cape postea,
Philonii Romani ℥j.
Mithridatii, opii, ana ʒ. ſ.

Misce cum aqua stillatitia cornu ceruini rectificata, quantum satis ad extractionem per commacerationem & filtrationem, quomodo succi parantur. Liquorum extractum confunde cum priore & probe misce: Pone in vitro ad digerendum per mensem suum, donec syrupi fiat consistentia. Tunc immisce, solutionis perlarum ʒ. ſ.
Spiritus vitrioli rectificati,
Tincturæ croci an. ℈. ſ.
Auri vitæ ℈j. olei piperis *Aurum vitæ.*
Olei garyophyll. stillat. an. ʒ. ſ.
Olei Nucis moschat. stillat: *cum pinguedine pura pulli caprini in balsamum redacti,* ʒ. ſ.

Digere ad consistentiam opiatæ, & in vitro serua, ad solem vel fornacem aliquandiu fermentans, vt vis opii magis refrenetur. Si placet in vsu suo potes addere calcem auri vel argenti solubilem; Item ambram & moschum &c. *Calx auri vel argenti solubilis.*

Laudanum Paracelsi laudatissimum ex Crollio.

℞ Opii Thebaici ℥iij.

Succi Hyosciami, *debito tempore collecti, & in sole prius inspissati.* ℥j.ſ.

Spec. diambræ, diamoschi, *fideliter dispensatorum,* an. ℥ij. ſ.

Mumiæ transmarinæ selectæ ʒ.ſ.

Salis perlarum, corallorum an. ʒiij.

Liquoris succini albi, *per Alkohol vini extracti,* ossis de corde cerui an. ʒj.

Lapidis Bezoar. vnicornu animalis vel mineralis an. ʒj.

Moschi, ambræ ana ℈j.

Auri potabilis quantum vis.

Aurum potabile. *In defectu vero auri potabilis genuini nullis corrosiuis inquinati, addantur* oleor: anisi, carui, arantiorum.

Citriorum, nucistæ,

Caryophyllorum, succini,

Succini an. gutt. xij.

Fiat ex his secundum artem Chymicam massa seu extractum, è quo ad necessarios vsus possint pilulæ efformari.

Laudanum siue Nepenthes Beguini.

℞ *Tincturam ex Hyosciami, vnciis duabus cum spiritu vini, per spiritum vitrioli vel sulphuris acido facto, extractam vt artis est:*

Ex opii ℥j. *vt supra extractam.*

Croci Orientalis ℥ij. *extractam.*

Misce: & pone in loco tepido per dies quindecim, quotidie agitando. Quibus finitis, spiritum vini per balneum euoca; deinde massæ in fundo remanenti adde:

Extracti castorei ʒij.

Tincturæ diambræ ex ℥ij. *per spiritum vini iuniperatum, in balneo vaporoso extractam vna cum dissoluente: stet in digestione per mensem, sapius agitando: dum omnis odor grauis euanescat, tandem adde:*

Tincturæ corallorum rubeor.

Succini pellucidi præpar. ana ℥j.

Ossis è corde cerui ℈.ſ.

Tinctura auri. *Tinctura Auri* ʒ ſ.

Omni-

Omnibus in mortario marmoreo mixtis, & prius contusis contundendis, adde:

Oleor: ſuccini, macis,
Cinnamomi an. ℈j.
Extracti moſchi ℈. *quod tamen in mulieribus omittendum eſt.*

Hæc omnia pone in loco temperato, vt exſiccentur, ad pilulas inde facile formandas.

Doſis gran. j. ad gran. iv.

Præſeruatiuum contra peſtem Godefridi Steeghii, Inuictiſſimi atq; Auguſtiſſimi Rudolphi II. Romanorum Imperatoris, Medici cubicularii.

℞ Rad. gentianæ, Ariſtoloch. rotundæ,
Angelicæ, Zedoariæ an. ℥. ſ.
Rad. Helenii, petaſitis,
Diptami albi an. ʒij.
Cort. citri ſiccorum ʒj. ſ.
Baccarum lauri, iuniperi an. ʒiij.
Sem. acetoſæ, cardui ben. an. ʒj.
Herb. ſcordii, rutæ ſiccæ, an. ʒv.
Cornu ceruini præparati ℥ ſ.
Vngulæ alcis, boli armenæ,
Terræ ſigillatæ ana ʒij.
Santalorum citrinorum ℈iiij.
Oſſium de corde cerui num. iv.
Myrrhæ ſel. ʒvj. Croci Orient. ʒj. ſ.
Camphoræ ℈j. olei vitrioli ʒ ſ.
Caſtorei ʒ. ſ. Euphorbii gr. vj.
Quinque lapidum pretioſorum ʒj.
Margaritarum præparatarum ℈j.
Foliorum auri, num. iij. Vnicornu ʒ. ſ.
Florum arantiorum conditor. ℥j.
Conſer. roſarum, violarum an. ʒ ſ.
Nucleorum nucum iuglandium bene mundatorum non rancidorum ℥j. ſ.
Rob de berberis ℥iij. Rob de baccis ebuli lib. ſ.

Syr: de acetositate citri q.s.

Fiat conditum.

Vel sic:

℞ Cons. Violarum, Borraginis,
Rosarum, rob de ribes,
De berberis ana ℨij.
Spec. Diamargariti frigidi ℨj.
Foliorum auri, num. j. Spec. diamoschi ℈.s.
cum syrupo de acetositate citri. F. *conditum.*

Vel sic: Eiusdem Godefridi Steeghii.

℞ Conseruæ scordii, acetosæ,
Conser. ex pulpa citri an. ℥j.
Sem. citri, carduibened. mundat.
Spec. electuarii de gemmis an. ℨj.
Theriac. opt. ℨij. Caphuræ ℈.s.
Rob cerasorum quantum sufficit,
Fiat conditum: cooperiendum folio auri puri.

Vel:

℞ Flor. Arantiorum conditorum,
Conseru. acetosellæ an. ℥j.
Elect. liberantis, conser. rosar.
Theriaces Venetæ optimæ an. ℥.s.
Cornu cerui præparati ℨ. s.
Terræ Lemniæ ℨj.
Quinque lap. pretiosorum præpar. ℨ.s.
Foliorum auri, num. iv.
Cum syr. de acetos. citri F. *conditum.*

Vel:

℞ Confectionis de Hyacintho,
Alkermes, liberantis an. ℥.s.
Cornu Monocerotis ℨj.
Lapidis Bezoartici ℨ.i.
Foliorum auri, ℈. s.
Cum syr. conser. flor. arant. q.s.
Fiat conditum.

Vel:

Vel: Puluis eiusdem contra pestem puerorum.

℞ Boli armenæ, Terræ sigill. an. ʒj.
Cornu monocerotis ℈j.
Margaritarum præparat. ℈. ſ.
Quinque lapidum pretioſorum. ʒ. ſ.
Foliorum auri, num. j.
Vngulæ alcis, ſem. pœoniæ an. ℈j.
Rad. Angelicæ, diptamni albi,
Sem. Carduibenedicti an. ℈j.
Lapidis Bezoartici ʒ ſ.

Læuigentur exacte. Fiat puluis.

Vel: Eiuſdem aqua Theriacalis.

℞ Rad. Diptamni albi,
Angelicæ, oſtrutii an. ℥iij.
Herb. ſcordii, acetoſæ an. ℥ij.
Baccar. hederæ ℥j. ſ. Sem. citri ℥j.
Corticum citri ʒvj.

Exacte contuſa, macerentur in dupli vaſe, in vini deſtillationis Baccar. iuniperi lib. iiij. *Vas obturetur. Dein*

℞ *Foliorum auri puri* ʒj. ſ.
Terræ Lemniæ ʒj. ſ.
Santalorum citrinorum ʒij.
Caphuræ ℈ij. Croci ʒ. ſ.
Theriaces optimæ ℥iij.

Exacte levigata & permixta, macerantur vaſculo vitreo, in aqua vitæ Imperatoriæ, vel in eius defectu iuniperi prædictæ lib. j. ſ. *obturetur vaſculum loco calido. Tum*

℞ Cornu ceruini præparati ℥. ſ.
Raſuræ eboris ʒiij. Cornu monocer. ʒj.
Oſſium de corde cerui num. iij.
Margarit. ſplendidar. præpar. ʒj.
Saphyrorum præparatorum ʒ. ſ.

Exacte læuigata macerentur ſucco citri, poſt triduum omnia confuſa deſtillentur ſecundum artem, aqua extillans diligenter excipiatur vaſculo in quo ſuſpendantur ambræ & moſchi *nodulo incluſo* an. ℈. ſ. ℞ eius aquæ deſtillatæ,

ſyr. conſeruationis flor. arantiorum, vel de cort. citri ana ℥j. *Bibat, ſudet.*

Conditum eiuſdem in Quartana continua.

℞ Conſer. Radici Bugloſſæ ℥j.
Florum borrag. violarum,
Nenupharis an. ℥j.ſ.
Cort. citri conditorum ℥j.ſ.
Conſer. flor. anthos, meliſſæ an. ʒ.ſ.
Syrupi de pomis redolentibus ℥j.

Fiat conditum, cooperiatur folio auri puri. Idem ille commendat in vitiis ſpirituum *aquas aureas,* & armillas attingentes magnas in carpis arterias lib. 1. Medicinæ practicæ, cap. 30. fol. 209. Idem lib. 7. medicinæ pract. cap. 6. commendat in alui fluxu colliquatiuo, qui febres peſtilentes ſolet comitari, *aquam extinctionis auri,* & chalybis &c.

Puluis admirandus ad cerebri vitia, in primis epilepſiam & vermes: incerti authoris.

℞ Succini albi ʒij. Cranii humani,
Vngulæ alcis, rad. pœoniæ maris.
Sem. pœoniæ, rutæ,
Cymini, cinnamomi ana ℈ij.
Foliorum auri, ℈.ſ.
Cinnabrii montani ℈j.
Margaritarum præparatarum,
Corallorum præparatorum ℈.ſ.
Fiat puluis. Doſis ℈j. ad ℈ij.

Pilulæ ophthalmicæ D. Fabri.

℞ Maſſæ pilularum cochiar. ℈ij.
Lucis maiores, ſine quibus an. ℈j.
Diagridii gr. v. aquæ fœniculi q. ſ.
Fiant pilulæ quæ auro obducantur.

Vel: Pilulæ Cephalicæ ignoti authoris.

℞ Pil. de Hiera ſimpl. ʒj.
Aurearum, Rhabarb. electi an. ʒ.ſ.

Trochiſcorum de Rhabarb. ℈j.
Aquæ cichorii q. ſufficit,
Fiant pilulæ xvj. *auro deaurentur.*

Vel: Magdaleon pro pilulis incerti authoris.

℞ Pil. de Rhabarb. hieræ ſimpl. an. ʒj.
Trochiſcorum de agarico ʒ. ſ.
Rhabarb. electi, epithymi,
Specierum diarrhodon abba. an. ℈j.
Maſtiches ℈. ſ. Aloes roſatæ ad pondus omnium, cum melle roſato, fiat Magdaleon. Huius maſſæ ʒj.
Fiant pilulæ vij. *Auro obducendæ.*

Pilulæ aureæ ſiue magicæ, Marſilii Ficini.

℞ *Foliorum auri*, gr. xij.
Thuris myrrhæ, croci,
Ligni aloes, cinnamomi,
Cort. mali citri, meliſſæ,
Serici crudi, menthæ,
Been albi ac rub. an. ʒ. ſ.
Roſar. rub. ſantali rub.
Corallorum rubeorum,
Myrobalanorum emblicarum,
Chebularum, Indarum an. ʒj.
Aloes lotæ ad pondus omnium.
Fiant pilulæ, cum vino optimo.

Pilulæ ad hydropem, incerti authoris.

℞ Spicæ nardi Indic. hepatis lupini an. ʒj.
Eupatorii ℈j. Olei vitrioli gutt. ij.
Syr. de abſinth. q. ſ.
Fiant xxx. *pilulæ, auro cooperta.* Doſis ʒj. cum vino abſinthiaco.

Pilulæ antipodagricæ D. Lagneri.

℞ Maſſæ pilulæ agregat. arabic.
Alephang. Cæſaris ana ʒj.

Alhan-

Alhandal. Hermodactilorum,
De agarico an. ʒ j. Diagrid. ʒxij.
Hellebori nigri ℈v.
Puluerisanda pulverisentur.
Aquæ saluiæ q. *sufficit.*
Fiant pilulæ auro obducendæ.

Vel:

℞ Massæ pilular. Alephang. ʒj.
Trochiscor. Alhandali ℈j.
Aquæ mellis q. sufficit,
Fiant pilulæ x. *deaurentur.*

Vel:

℞ Pilular. Alephangin.
Aloes rosatæ an ʒ.ſ.
Trochiscorum Alhandali ℈.ſ.
Cum philonio Romano,
Fiant pilulæ viij. *deaurentur.*

Vel:

℞ Pilular. aggregatiu. mes. ℈ij.
Aurearum ℈j.
Trochiscorum de violis gr. iv.
Aquæ Betonicæ q. ſ.
Fiant pilulæ vij. *deaurentur.*

Pilulæ in dolore Ischiatico, D. Pistorii.

℞ Balsami ex aloe & rhabarb. inspissati ʒ. ſ.
Oleor. carui gutt. iij. Nucis mosch. gut. ij.
Formentur pilulæ & deaurentur.

Vel: In suffocatione vteri.

℞ Pil. cochiar. ℈ij. de agerico ʒj.
Trochiscorum de violis gr. viij.
Castorei gran. ij.
Aquæ saluiæ quantum sufficit.
Fiant pilulæ vij. *deaurentur.*

Vel:

Vel: Pro catharro ante somnum.

℞ Pilular. hieræ simplicis,
Aloes lotæ an. ʒ.ſ. Thuris,
Storacis an. ℈j. Boli armen. præpar. ℈.ſ.
Mellis rosati q. sufficit.
Fiant pilulæ xij. *deaurentur.*

Vel:

℞ Pilul. de Hiera simplici, ʒ.ſ.
Aloes Rosatæ, de Rhabarbaro an. ℈j.
Aquæ cinnamomi q. sufficit.
Fiant pilulæ IX. *deaurentur.*

Diamargariton frigidum Hispanorum, ex Amati Lusitani Centuria prima curat. 21.

℞ Saphyrorum, Hyacinthorum,
Smaragdorum, succini,
Coralli albi, coralli rubri,
Margaritarum, spodii, an. ʒ j.
Rasuræ eboris, cornu C. vsti,
Serici crudi, corticum citri,
Seminis papaueris albi an. ʒ iiij.
Sem. acetosæ, portulacæ,
Gummi Arabici, tragacanthi,
Rosarum, Doronici,
Tormentillæ, glyzirrhizæ,
Ligni aloes, amyli,
Santal. omnium, coriandri præpar. an. ʒvj.
Caphuræ ℈iiij. Moschi ℈j.
Ambræ ℈ij. ossis è corde C. ʒj.
Auri, argenti, an. ℈j.
Sachari quantum sufficit,
Fiant & l.a. efformentur rotulæ. Apud Valentinianos & Hispaniæ Medicos sunt in vsu.

Diamargariton frigidum Nicolai.

℞ Santalorum omnium, Violarum,

Sem.melonum excorticati,
Trochiſcorum Diarrhodon, an. ℥ij.
Serici crudi, oſſis de corde cerui,
Spodii, Doronici Romani,
Been albi ac rubri,
Spicænardi, croci an. ℈ij.
Margaritarum integr. & perforat.
Raſuræ eboris, ſaphyrorum,
Hyacinthorum, ſmaragdorum,
Iaſpidum viridium, Ligni aloes,
Seminis Endiuiæ, acetoſæ,
Ambræ cineritiæ an. ℥.ſ.
Auri optimi. ℥j.
Caphuræ ℈j. Moſchi gran. ij.
Sachari quantum ſufficit.

Confert in magnis febrium inflammationibus. Iecineroſis prodeſt, & appetentiæ deiectione, ſyncope, cordis vibratu, & palpitatione viribus imbecillis ſuccurrit, tuſſiculoſis & Aſthmaticis. In magna virium proſtratione vtitur in cibatu & ſorbitionibus.

Confectio de hyacintho D. Ludouici Mercati.

℞ Hyacinthorum electorum ℥.ſ.
Boli armeni aqua roſacea loti,
Terræ ſigillatæ, Diptamni,
Tormentillæ, carlinæ,
Been albi ac rubei,
Spicænardi an. ℥ij.
Nucleor. nucis iuglandis minime rancidi.
Trochiſcorum de camphora ℥j. ſ.
Granorum tinctorum,
Croci, gentianæ,
Myrrhæ roſ. rubrarum,
Santal. omnium, ſem. Iuniperi,
Raſuræ eboris, cornu cerui vſti an, ℥j.
Oſſium de corde cerui num. ij.
Sem. citri mundati,

Aceto

Acetosæ, bombacis,
Portulacæ an. ʒ. ſ.
Sapphirorum, Smaragdor.
Margaritarum, ſerici crudi an. ℈ij.
Sem. rutæ, ſantonici an. ℈j.
Ambræ griſeæ ℈iiij.
Panniculorum auri & argenti ana num. xij.
Syrupi de acetoſitate citri q. ſ.
Fiat confectio liquida in forma opiatæ.

Puluis eiuſdem contra Melancholiam.

℞ Cinnamomi ℥j.
Amygdalarum dulcium num. x.
Sem. aniſi. ʒ. ſ. Caryophyllorum,
Zingiberis, zedoariæ an. ℈j.
Menthæ, meliſſæ,
Thymi, ſamſuchi,
Sem. pœoniæ & citri an. ℈. ſ.
Pulu. electuarii de gemmis ℈iiij.
Ambræ gran. v. Moſchi gr. ij.
Foliorum auri, num. x.
Sachari roſat. in tabellis facti ad pondus omnium.
Fiat puluis.

Electuarium D. Ludouici Mercati præſtans in Melancholia.

℞ Succi pomorum fragrantium,
Vini granatorum dulcium an. ℥j.
Aquæ roſarum ℥iij.
Conſeru. Borrag. & Bugloſſ. an. ℥j.
Sachari albiſſimi ℥iij.
Bulliant lento igne ad mediocrem craßitudinem, & adde
Margaritarum præparat. ʒj.
Pulu. elect. de gemmis ℈ij.
Corallorum vtriuſque,
Spodii, raſuræ eboris,
Cornu vnicornu,

Offis de corde cerui an. ℈j.
Sem. acetosæ, citri,
Pœoniæ, rosarum rub. an. ʒ. ſ.
Amigdalarum mundatarum num. x.
Granorum pini recentium, in hydromelite lotorum num. xv.
Sem. frigidorum maior. an. ʒj.
Galliæ moschatæ ℈. ſ. Ambræ gr. iv.
Laminarum auri, num. x.
Mirobal. citrinorum, & Indorum confect.
Corticis citri conditę an. ℥j.

Omnia incorporentur in mortario marmoreo cum syr. Borraginis & de mentha.

Puluis D. Mercati in syncope.

℞ Cort. citri ʒj. Margaritar. ʒ. ſ.
Citri conditi, sem. melonum,
Sem. acetosæ an. ℈ij.
Limatura auri, Sapphyri,
Smaragdi, hyacinthi an. ℈j.
Sachari ℥iij.
Misce fiat puluis.
Dosis ʒ. ſ.

Misturа eiusdem in Lienteria.

℞ Pirorum immaturorum,
Malorum cydoniorum,
Granatorum acidorum,
Dactylorum immaturorum an. ℥j.

Coquuntur cum mellis rosacei lib. j. donec inspissentur, subductis ab igne, adde
Macis, acaciæ,
Garyophyllorum an. ʒj.
Cinnamomi, balaustriorum an. ʒj. ſ.
Cum aqua deaurata datur ℥. ſ.

Tabulæ D. Mercati pro prægnantibus.

℞ Margaritarum ʒj. ſ.
Hyacinthi ʒ. ſ. Cinnamomi,

Caryo-

Caryophyllorum, macis an. ℈ij.
Limaturæ auri & argenti an. ʒj.
Sachari albissimi lib. j.

Dissoluatur in ℥iij. Aquæ rosarum, & fiant Tabellæ.

Vel: Eiusdem talis confectio.

℞ Succi pomorum dulcium,
Buglossæ, despumatorum an. ℥v.
Doronici, corticum citri,
Flor. Borrag. Rosarum rub.
Been albi ac rubri,
Coralli, limaturæ eboris an. ʒiij.
Spodii, Nucis,
Galliæ moschatæ, carabe,
Ossis de corde cerui,
Santalorum rubeorum an. ℈iij.
Sem. Basiliconis, Flor. myrti,
Melissæ, coriandri,
Cinnamomi, Zedoariæ,
Galangæ, spicæ Nardi,
Ligni aloes, serici minutim incisi an. ʒij.
Myrobalanorum ʒiij.
Smaragdorum, hyacinthorum,
Saphyrorum, granatorum præpar. an. ʒj.
Margaritarum præparat. ʒiij.
Limaturæ auri & argenti an. ʒij. ſ.
Ambræ gr. x. Moschi ʒj.

Fiat secundum artem confectio aurea.

Conditum in epilepsia vide apud Mercatum tom. 5. consult. 3. fol. 11. conditum in animi deliquio consul. 27. fol. 152. Ophthalmicum de puero: morbis, & curat. libr. 2. cap. 22. fol. 246. Aquam hordei deauratam, ibidem fol. 247.

Conditum in febre syncopali continua à bilioso humore, Petri Foresti.

℞ Conseru. Rosar. Borrag. an. ℥j.
Corticum citri conditi. ʒj.

M 3 Fra-

Fragmentorum omnium lapid. pretiof.
Margaritarum an. ℈. ſ.
Scobis auri & argenti an. ℈. ſ.
Sachari q. ſufficit. Fiat conditum.

Vel: Eiuſdem conditum in febre ſyncopali intermittente.

℞ Conſer. Roſarum, Rad. Bugloſſ. an. ℥. ſ.
Corticum citri conditi ʒj.
Fragmentorum lapidum pretioſorum,
Margaritarum an. ℈. ſ.
Deauretur foliis auri.

Ius reſtaurans Petri Foreſti in febre hectica.

℞ *Capum deplumatum, euiſceratum, lotum cum aqua roſ. inde eum in partes diſſectum, in poculum orificii ſtricti, (ſi ſit cum vino contuſus etiam nihil nocebit) huicque adde*
Vini odoriferi albi Rhenani lib. j.
Sachari albiſſimi lib. ſ.
Conſeruæ violarum ℥ j.
Conſ. Borrag. Bugloſſæ an. ℥j. ſ.
Nenupharis, roſar. an. ℥j. ſ.
Pulu. ſpecierum diarrhod. abbat. ℈ij. ſ.
Spec. diatragacanthi frigidi,
Diamargariti frigidi an. ʒj.
Trium ſantalorum ℈ij. ſ.
Spec. aromatici roſati ℈j.
Ducati aurei puriſſimi num. vij.
Coquantur in balneo maris, lento igne ad horas octo, & fiat ius reſtaurans.

Paſta regalis Petri Foreſti.

℞ Pulpa caponis, perdicis ana ʒiij.
Amygdal. dulcium *aqua roſarum maceratarum & depilatarum* ℥iij.
Pinerum recentium, *lotarum in aqua* roſ. ℥. ſ.
Phiſticorum ʒij.
Terantur vltima contritione, addendo:
Gummi Arabici, tragacanthi an. ʒ. ſ.

Spec.

Spec. diarrhodon abbatis,
Diatragacanthi frigidi, an. ℈j. ſ.
Spec. haly, *contra phthiſin*,
Diapenidii an. ℥j.
Conſer. violarum, Borraginis an. ℥. ſ.
Conſeru. roſarum vnius an. ℥ij.
Pulu. cinnamomi electi ℥j.
Manus Chriſti cum perlis ℥iij.

Exigua aqua roſacea adiecta, fiat paſta regalis, foliis auri obducta.

Conditum in Hemitritæo medio: Petri Foreſti.

℞ Conſeru. Roſar. ſummit. abſint. Roman.
Diacydonii ſine ſpeciebus,
Conſ. Borrag. Bugloſſ. an. ℥. ſ.
Manus Chriſti cum perlis ℥j.
Cortic. citri conditi ℥iij.
Syr. Acetoſit. citri q. ſ.

Fiat mixtura auro cooperta.

Electuarium Petri Foreſti in phrenitide.

℞ Conſeru. Nympheæ, violar.
Fol. acetoſæ an. ℥. ſ.
Conſ. Roſar. Bugloſſ. an ℥ij.
Diamargariti frigid. ℨ. ſ.
Manus Chriſti ℥iij.
Fragment. lapid. pretioſorum,
Corallorum rub. an. ℈. ſ.
Sem. portulacæ, acetoſæ,
Endiuiæ an. ℈. ſ.
Syr. acetoſ. citri, de ribes an. ℥. ſ.

Miſce & bracteis auri cooperiatur.

Conditum eiuſdem in Melancholia.

℞ Sachari, Bugloſſ. fumar.
Violar. lupuli an. ℥j.
Sachari roſacei ℥ij.
Syrupi de pomis,

De-

De cort. citri, ex infus. ros. an. ℥j.ſ.
Dianthos ℥.ſ. confect. diambræ ʒij.
Foliorum auri, num. v.
Misce, Fiat conditum.

Trochisci eiusdem aurati, in Epilepsia.

℞ Cinnamomi optimi ʒj.
Rad. & sem. pœoniæ an. ℈ij.
Zingiberis cubebarum,
Caryophyll. macis an. ℈j.
Nucis moschat. conditæ ʒj.
Spec. cordial. spec. aromat. caryoph. an. ℈.ſ.
Specier. diambræ, diamoschi an. gr. v.
Sem. citri excorticati ℈ j.
Aquæ epilepticæ Erasti q. ſ.
F. l. a. Trochisci auro obducti.

Vel:

℞ Sem. pœoniæ excort. ℥.ſ.
Margarit. præparat. ʒ.ſ.
Macis ℈j. *Foliorum auri*, num. vj.
Sachari albissimi ℥v.

Cum aqua epileptica Langii F. trochisci. Has aquas epilepticas describit Petrum Forestus in suis obseruationibus Medicin: lib. 10. *de cerebri morbis, obseruatio.* 55. pag. 383. Ibidem commendat aurum & argentum in palpitatione cordis. lib. 17. de cordis ac mammillarum affectibus obseruatione v. fol. 102.

Pilulæ Petri Foresti in Paralysi.

℞ Pilularum cochiarum ʒ. ſ.
Pilularum aurearum ℈.ſ.
Fiant pilulæ vij. *auro obducendæ.*

Puluis aureus Iacobi Foresti pestilentialis.

℞ Ligni aloes, Xyloaloes,
Carpobalsami, been vtriusque,
Granorum ribes, boleti cerui,
Cornu C. vsti, sem. citri,

Acetosæ, ozymi,
Flor. rosar. anthos,
Hyperici, dictamni,
Buglossæ, Borraginis,
Melissæ, carabæ,
Spicæ vtriusque,
Vesicarum hirci, leporis,
Boli armeni, terræ sigillatæ,
Baccar. iuniperi in aceto infusarum.
Valerianæ, pimpinellæ,
Enulæ, peucedani,
Serpentariæ vtriusque,
Aristol. rot. Tormentillæ,
Verbenæ, agrimoniæ,
Scabiosæ, rutæ,
Absinthii, saluiæ,
Betonicæ, pulegii,
Centaurii, marathri,
Baccar. lauri, masticis,
Mumiæ, gentianæ,
Macis, cubebarum,
Cardamomi, halicacabi an. ℥ij.
Santali vtriusque stœchad. vtriusque,
Zedoariæ, caryophyllorum,
Galangæ, croci,
Calami aromatici an. ℥. ß.
Cort. citri, spodii,
Rasuræ eboris, schœnanthi,
Doronici, serici crudi,
Corallorum vtriusque an. ℈viij.
Margaritarum vtriusque,
Rubini, hyacinthi,
Smaragdi, camphoræ,
Ambræ an. ℈ij. Cinnamomi,
Zingiberis an. ℥ij.
Foliorum auri, num. xv.

Sachari albissimi lib. ij.

Misce, Fiat puluis aureus.

Vel: Puluis eiusdem.

℞ Rad. dictamni, Tormentillæ,
Boli armeni veri præparati,
Terræ sigillatæ veræ an. ʒvj.
Rad. gentianæ, petasitis,
Betonicæ an. ʒj. Santal. rub. ʒj.
Rasuræ eboris, corr. citri,
Corall. rub. ossis de corde cerui,
Radicis Zedoariæ an. ʒ.ß.
Margaritarum purissimarum,
Been vtriusque an. ℈ij.
Quinque lapidum pretiosor. an. ℈j.
Succini, vnicornu veri an. ℈.ß.
Foliorum auri, & argenti an. num. iij.

Misce, Fiat puluis tenuissimus.
Dosis ℈ij. ad ʒj.

Puluis alius pestilentialis Petri Foresti.

℞ Rad. petasites, Tormentillæ, an. ʒiij.
Rad. dictamni albi ʒj.
Rad. betonicæ, gentianæ an. ʒ ß.
Cortic. citri, ossis de corde cerui,
Rasuræ eboris, vnicornu an. ʒ. ß.
Fol. scabiosæ, dictamni cretici,
Sem. citri an. ℈ij.
Baccarum iuniperi ℈j.
Radicis pimpinellæ ʒ. ß.
Margaritarum purissimarum,
Saphyri an. ℈j.
Foliorum auri, & argenti an. ℈. ß.

Misce, Fiat puluis.
Dosis ℈ij. ß. ad ʒj.

Vel: Talis eiusdem puluis pestilentialis.

℞ Rad. Tormentillæ, gentianæ,

Peta-

Petasites, Betonicæ an. ʒij.
Fol. dictamni veri cretici ʒj.
Boli veri cum aqua scabios. præpar. ʒ.ß.
Cort. mali citri, rasuræ eboris,
Ossis de corde cerui an. ʒ. ß.
Fol. scabiosæ exsiccatæ ℈ij.
Rad. Zedoariæ ʒ. ß.
Sem. citri, baccar. iuniperi an. ℈j.
Santali rubei ℈. ß. Been vtriusque an. ℈j. ß.
Margaritarum puriss. ℈j.
Succini, vnicornu veri,
Quinque lapid. pretiosorum an. ℈. ß.
Foliorum auri & argenti an. num. iij.
Fiat puluis subtilissimus.

Puluis Foresti Dysentericus.

℞ *Limaturæ auri*, ʒj.
Margaritarum puluerisat. ℈iiij.
Manus Christi cum perlis ʒij.
Misce cum conserua berberis.

Puluis Hollerii in dysenteria seu fluxu.

℞ *Limaturæ auri*, ʒj.
Diamargar. recenter præparati ʒ. ß.
Nucis moschatæ ʒ. ß.
Margaritarum,
Saphyri, smaragdi an. ℈ ß.
Panis sachari ʒ. ß.
Fiat puluis. Interea etiam vtitur puluere vnicorn. cornu cerui cum vino tenui odorifero, diluto aqua, in qua aurum extinctum est.

Electuarium Hollerii Dysentericum aureum.

℞ Conseru. Rosar. ʒj. ß Cort. citri ʒj. ß.
Conser. cort. citri conditi cum sacharo ʒj.
Margaritarum electarum ʒj.
Hyacinthi, smaragdi an. ℈. ß.
Serici crudi ℈j.

Sem. citri mundati ℈ij.ß.
Acetosæ ʒ.ß. Boli armeni veri,
Terræ sigillatæ an. ʒij.
Limaturæ auri, ʒj. Vnicornu,
Cornu cerui, rasuræ eboris an. gr. IV.
Sachari albissimi ℥ IX.
Foliorum auri, num. X.
Fiat conditum ad formam sachari rosati, cum aqua rosacea moscata.

Puluis Nicolai Florentini in syncope.

℞ Lap. pretiosorum Sapphyri,
Hyacinthi, Rubini,
Smaragdi, granati an. ʒ.ß.
Corallorum vtriusque,
Ossis de corde cerui, spodii,
Limaturæ auri & argenti,
Succini optimi an. ʒij.
Croci, Ligni aloes an. ʒj.
Cinnamomi optimi ʒiij.
Crystalli, ambræ an. ʒ.ß.
Tritis ac permixtis omnibus. Fiat puluis.

Mixtura Duncani Lidelii Scoti in Hectica.

℞ Conseru. Violarum, Buglossæ an. ℥j.
Nymphææ ℥.ſ. Spec. diamar. frig. ℈ij.ß.
Elect. de gemmis frig. vel elect. resumpt.
Margarit. præpar. vel solutionis eiusdem ʒ.ß.
Spodii de ebore, ossis de corde cerui,
Corallorum rubeorum an. ℈.ß.
Foliorum auri, num. ij.
Syr. violarum, Buglossæ an. q.ſ.
Fiat mixtura.

Vel: Eiusdem mixtura ad Tertianam continuam.

℞ Conser. Rosar. Violarum,
Acetosellæ an. ℥.ß.

Theria-

Theriaces, de citro ʒvj.
Spec. diamargariti frigidi,
Elect. de gemmis frig. an. ℈ij.
Confect. Liberantis ℈j.
Solutionis margarit.
Solutionis corallorum ex ſucco citri vel limonum ℈j.
Oſſis de corde cerui, aut potius,
Extremitatum cornu C. præpar. ſucco ſerodii ℈j.
Foliorum auri, num. iij.

Cum ſyr. acidi citri, Fiat mixtura ad formam opiatæ.

Vel: Eiuſdem mixtura in Tertiana notha intermittente.

℞. Conſeru. Borrag. Bugloſſæ,
Rad. cichorii conditi an. ʒ. ß.
Corticum citri conditi. ʒij.
Spec. diarrhodon abbat. ʒ. ß.
Diamar. frig. dianthos an. ℈j.
Corall. rubeorum præpar. ℈. ß.
Cum ſyr. Bugloſſæ & Endiuiæ ana,.

Fiat mixtura cooperta foliis auri.

Vel: Conditum eiuſdem in febre ſyncopali.

℞ Conſeru. roſ. rubear. ʒj.
Borrag. Bugloſſ. an. ʒ. ß.
Spec. Diamargariti frigidi,
Spec. de gemmis frig. an. ʒ. ß.
Confect. Alkermes de Hyacintha an. ʒ. ß.
Margarit. præparatarum,
Corall. rub. oſſis de corde C. aut eius loco ſummitatum cornu C. ſucco ſerodii præp. an. ℈. ß.
Foliorum auri, num. ij.

Cum ſyr. acidi citri. *Fiat conditum.*

Puluis Duncani in peſte Bezoarticus.

℞ Lapidis Bezoartici ℈ij.
Solut. margar. in ſucco limonum,
Solutionis corallorum,

Vnicornu verum, aut summit. C. C. præpar.
Ossis de corde cerui,
Smaragdorum præparatorum an. ℈ß.
Terræ Lemniæ veræ,
Boli Oriental. aqua carduib. præpar.
Tormentillæ an. ʒ. ß.
Ligni aloes, Zedoariæ,
Corticum citri odoratissimorum,
Succini albi an. ℈j.
Santali citrini ℈. ß.
Ambræ griseæ ℈. ß. Moschi gr. iv.
Foliorum auri, num. iij. Camphoræ gr. ij.
Sachari candi ℥. ß.

Fiat puluis subtilis in lapide porphyretico. Dosis ℈. ß. ad ℈ij. pro mulieribus omitte Moschum & Ambram.

Confectio in grauidarum affectibus & fœtus confortatione, tempore pestis. Eiusdem.

℞ Granorum Alkermes electi ʒj.
Rad. Tormentillæ ℈ij.
Nucis moschatæ ℈j.
Santali citrini rubri,
Garyophyll. margar. præparat.
Corall. rub. præparat. an. ℈. ß.
Foliorum auri, num. ij.

Puluerisentur subtiliter, & cum sachari albi q. s. *soluti aqua rosar. F. confectio in Tabulis.*

Conditum eiusdem in febri pestilentiali lenta.

℞ Conseru. florum Buglossæ,
Florum caryophyllorum an. ʒvj.
Florum calendulæ,
Cort. citri conditi an. ℥. ß.
Spec. elect. liberantis ℈ij.
Spec. de gemmis,
Diarrhodon abbatis an. ℈j.
Margaritarum præparatarum,

Coral-

Corallorum præparatorum an. ℈. ß.
Cornu C. succo scordii præpar. ℈ij.
Foliorum auri, num. iij.
Confect. Alkermes ʒj. ß.
Syr. de corticibus citri q. s.

Fiat conditum.

Vel: Eius conditum in febri ardentiori, cum magna siti.

℞ Conseru. Acetosellæ,
Rosarum rubearum an. ℥j.
Rob ribes aut berberum ℥j. ß.
Spec. Diamargariti frigidi. ℈ij.
Elect. de gemmis frigidis ʒ. ß.
Solutionis Margaritarum,
Solut. Corall. in succo limonum,
Cornu cerui præpar. an. ℈j.
Smaragdi, rasuræ eboris an. ℈. ß.
Trochiscorum de camphora ℈. ß.
Foliorum auri, num. iv.
Syrup. acidi citri q. sufficit.

Fiat conditum.

Puluis eiusdem in variolis & morbillis.

℞ Cornu cerui succo scord. præpar. ʒj.
Rasuræ Eboris, Corall. rub. præp. an. ℈j.
Margaritarum præpar. ℈. ß.
Sem. Carduibened. excorticati ℈j.
Spec. liberantis ℈ ij.
Fol. Auri Num. ij.

M. Fiat puluis subtilis.

In aqua fœniculi vel carduibenedicti, vel florum lini, vel decocto florum Calendulæ, Sacharo dulcurata, aut suspendatur ex nodulo lineo raro in potu.

Laudanum opiatum Ducani Lidelii Scoti.

℞ Cinnamomi, macis,
Garyophyllor. Tormentillæ,
Nucis moschat. Zedoariæ an. ʒij.
Galangæ, Zingiberis,
Rad. Angelicæ an. ʒj. ß.

Florum cordialium an. p. j.
Croci ʒvj.

Pulverisentur omnia, & cum spiritu vini quantum sufficit, extrahatur tinctura: similiter

℞ Opii Thebaici ℥iiij.

Extrahatur tinctura omnis cum aqua cinnamomi, deinde misceantur tincturæ, & in vitro bene obturato circulentur aut digerantur in loco calido per aliquot septimanas, post separetur menstruum, & extracto admisce extracti ligni aloes,

Santali citrini, succini albi an. ℈j.
Solutionis margaritarum,
Solutionis coralliorum,
Lapidis Bezoartici an. ʒ ß.
Auri diaphoretici ℈.ß. *Aurum diaphoreticum.*
Olei anisi ℈j. Olei cinnamomi,
Olei Nucis mosch. destill. an. gut. vij.
Olei cort. citri gutt. v.
Pro maribus moschi ℈.ß.
Ambræ ℈j.
Pro fœminis hystericis, extracti castorei ℈.ß.

Deducantur ad perfectam consistentiam. Fiat laudanum opiatum.

Confectio Marsilii Ficini fouens membra præcipua ac spiritus.

℞ Cinnamomi electiss. ʒiiij.
Myrobalanorum chebulor. ʒij.
Emblicar. Rosarum, croci an. ʒ.ß.
Santalorum rubeorum ʒij.
Corallorum rubeorum ʒj.
Sachari albissimi q. s.

Coque cum aqua rosarum & succo citri & limonum ana: partibus æqualibus, deinde adde,

Moschi, Ambræ ana ℈j.

Fiat confectio in morsulis auro inuolutis.

Corroborans electuarium eiusdem.

℞ Sachari cum floribus Buglossæ cocti ℥ij.
Cort. pomi citri, sacharo conditi ℥j.

Chebu-

Chebularum conditar. ℥ij.
Cinnamomi electi ʒj.
Santali vtriusque,
Corallorum vtriusque,
Serici coccinei crudi ac concissi,
Margaritarum, croci an. ʒ.ß.
Auri, argenti, an. ℈j.
Ambræ, musci an.gr.ij.
Succi citri, succi limon. q. s.

Fiat cum sacharo electuarium.

Vel: Eiusdem tale corroborans electuarium.

℞ Amygdal. dulcium ℥iv.
Nucleorum pineorum per diem ablutorum,
Seminis cucumeris an. ℥j.
Sachari candi ℥iv.
Sachari albissimi lib.j.ß.

Funde cuncta hæc aqua rosacea, atque limonis & citri, in qua extinctum fuerit ignitum aurum & argentum, simul coque suauiter: demum adde

Cinnamomi, been rubri,
Santali rubri, corall.rub.an.ʒj.
Margaritarum nitidissimarum,
Croci, serici crudi coccinei attriti an.ʒ ß.
Auri & argenti, an. gr.xij.
Hyacinthi, Smaragdi,
Sapphyri, carbunculi an. ℈j.

Fiat confectio elegans.

Confectio eiusdem confortans.

℞ Myrobalan. Emblicarum,
Belliricarum, Indarum,
Chebularum an. ℥j.
Cinnamomi ℥ij.
Doronici, rosarum purpur. an. ℥j.
Santalorum rubeorum ℥ij.
Croci Orientalis ʒj.
Moschi, Ambræ an. ℈j.

Sachari albiſſimi q. ſ.

Cum aqua roſarum & ſucco citri F. l. a. *conditum in morſulis, qui auro ſunt obducendi.*

Electuarium eiuſdem pro confortatione ſpirituum.

℞ Myrobalan. chebularum ℥iij.
Emblic. Indar. Belliric. an. ℥j.
Doronici ʒ. ß. Cinnamomi ℥ij.
Croci ʒj. Ambræ, moſchi an. ℈ſ.

Contundantur diligenter, & cum tantum ſacharo roſaceo miſceatur, vt guſtui ſatiſfaciat, deinde adde

Santalor. rubeorum q. ſ. *pro colore, cum melle emblicarum vel chebularum Fiat electuarium molle, cui adde totidem auri folia, quod prædicta ſunt vnciæ.*

Magica medicina pro ſenibus, Marſilii Ficini.

℞ Thuris ℥ij. Myrrhæ ℥j.
Auri in folia ducti ʒ. ß.

Contundite tria ſimul, conflate, contundite in pilulas, aureo quodam mero (in hoc conſiſtit artificium) *idque tunc opportune conficite, quando Diana propitio Phœbi vel Iouis gaudet aſpectu. Sumiter portiuncula hyeme cum vino, æſtate cum aqua roſarum. Si vero, inquit Marſilius inter vos calorem quouis tempore magis metuat, is myrobalan. chebulam aut emblicam æqualem, ad thuris, myrrhæ & auri ſimul adiiciat. Hoc humorem præternaturalem à putrefactione tuebitur. Hoc humoris reſolutionem longius propulſabit. Hoc tres in vobis ſpiritus, naturalem, vitalem, animalem fouebit, confirmabit, corroborabit. Hoc rurſum vegetabit ſenſum, acuet ingenium, memoriam confortabit.*

Puluis cordialis Hollerii in ſyncope.

℞ Cort. citri ʒj. Margaritar. ℈ij.
Sem. citri conditi, melonum,
Seminis acetoſæ an. ℈ij.
Limaturæ auri, frag. ſmaragdi,
Hyacinthi, Saphyri an. ℈j.
Sach. albiſſimi roſar. ℥iij.

Miſce, detur medium cochleare cum vino albo, tenui, odorifero, & parum vinoſo, diluto cum aqua, in qua aurum ſæpius extinctum ſit.

Electua-

Electuarium eiusdem in debilitatione hepatis.

℞ Pulu. diarrhod. abbat. sine moscho,
Trium santalor. diamargar. frig. an. ℈j.
Rasuræ eboris ʒ.ß. Cinnam. electi,
Cornu cerui an. ℈.ß.
Sachari rosacei q. s.

F. Electuarium per lozengias, auro cooperiendas ponderis ʒiij.

Puluis eiusdem contra pestem.

℞ Sachari rosati tria santalorum,
Diatragacanthi frigidi an. ʒ.ß.
Foliorum auri puri num. v.
Margaritarum,
Hyacinthorum,
Ossis de corde C. an. gr. xvj.

Fiat puluis.

In cordis tremore & pulpitatione sic commendat Hollerius aurum & argentum, dum ait: Auro & argento sic vtendum est. Calefiant in mediis carbonibus, deinde quadragesies recalfacta extinguantur in vino, aut liquore conuenienti: Liquor postea bibitur. lib. 3. chirurg. instit. cap. 4. fol. 417. ait: Ab auro & argento mollior eschera, relinquitur.

Tabellæ inauratæ le bon in Therapia puerperarum, ad picam & malaciam.

℞ Cinnamomi electi ʒj.ß.
Cort. cassiæ fistulæ ℈iiij.
Myrrhæ ℈ij. Cons. capill. ven. ʒij.
Sachari albi in aqua sabinæ dissoluti q. s.

Formentur tabellæ inauratæ.

Vel: Eiusdem conditum in tali affectu.

℞ Conser. Rosarum,
Rad. Bugloss. condit. an. ʒj.ß.
Cort. citri conditi ʒj.
Passularum mundat. ʒij.
Pinearum mundatar: & aqua ros. infus. ʒ.ß.

Amygdal. dulcium ℨj.
Margaritarum non perforatarum ℈ij.
Pulu. diareos Salom. ℥ij.
Foliorum auri, num. vj.
Sachari albi q. ſ.

Fiat conditum.

Aqua mirabilis ad peſtem Gainerii ex Iacobo Hollerio.

℞ Rad. Tormentillæ recent. lib. j.
Radicum enulæ ℥iiij.
Rad. herbæ Beton. & diptamni an lib. ß.
Acetoſæ cum ſeminibus lib. ij.
Vel acetoſæ ℥xx.
Sem. eiuſdem ℥iv.
Bugloſſ. Borrag. Roſ. rub. ſylueſt. an. lib. j.
Pimpinellæ & ſcabioſæ lib. ß.
Succi limonum lib. j.
Theriaces lib. ß.
Aquæ vitæ rectificatæ lib. ij.
Sigilli Lemnii, boli armeni an. ℥ij.
Santal. albi ac rubei,
Spodii been albi ac rub.
Margarit. ſplendit. ℥j. ß.
Oſſis de corde C. ℥j. Raſuræ eboris ℥ ß.
Croci ℨiij. Camphoræ ℨj.
Foliorum auri, ℨ. ß.

Folia auri in porphyro vel marmore plurimum agitabis cum modico mellis, vt omnino coniuncta ſint, & repone in ampulla vitrea bene clauſa cum aqua vitæ. Sic dimitte per dies 15. Item Margaritas tritas repone in alia ampulla cum ſupra dictis libra ſucci limonum, bene obturetur per 15. dies. Radices optimo vino lauentur, terantur, deinde ſiccentur cum herbis & floribus loco bene mundo in vmbra. Reliqua omnia reponantur in vaſe vitreato, & ſuperfundatur aqua vitæ, ſuccus limonum &c. bene obturando, ne quid exhalet. Vas fouea tripedanea ſepelies, locus ſit humidus, calce viua inſtratus, cui inſideat vas. Deinde circumdetur. & cooperiatur vinaceis, vel fimo equino, aut vaccino omnino tegatur. Tum infundatur aqua, vt par ſit humiditas loci. Illic permitte 12. dies, ſed ſæpe, vt quarto

quoque

quoque die, vinacea & fimum commuta; tota materia transponatur in alembicum vitreum bene sigillatum, ne quid exspiret. Fiat destillatio lento igne, & sine fumo. Aqua rursus iniiciatur in relictum magma, & iterum destilletur, ac tertio sine fecibus destilletur in balneo Mariæ. Reponatur fideliter vase vitreo. Dosis cochleare vnum.

Aqua mirabilis, magnarum virtutum ex inuentione chyrurgi celeberrimi, Benedicti Faentini in Bologna.

℞ *Limatura auri, argenti,*
Ferri, cupri, pul. storacis an. q.v.

Misceantur hæc omnia inuicem, & ponantur primo in infusione cum vrina pueri, (vini bibentis) *per 24. horas ad eminentiam; elapso hoc tempore vrinam decanta & secundo infunde per 24. horas cum vino optimo: & hoc tempore præterito, vinum effunde, & tertio infunde per 24. horas cum succo fœniculi: & hoc termino præterlapso, succum effunde & quarta vice superfunde lac mulieris, puerum lactantis, stet vicissim per 24. horas in infusione, & hoc tempore præterito, effunde: ac quinto infunde cum albumine ouorum ad eminentiam, digestione & hac per 24. absoluta, tandem omnes infusiones cum limaturis coniunge, inde retortæ, applicato magno recipiente, orificiis vasorum bene munitis, destilla igne lento omnem humorem & spiritum, hoc destillatum maximi æstimatur pretii, curabit enim omnem lepram canorum scabiem, aliaq; humani corporis accidentia, vt vix effari queat.*

Aqua mirabilis secundum Gabrielem Fallopium.

℞ *Argenti*, Ferri,
Plumbi, *auri*,
Cupri, Aurialchi,
Storacis an. q. vis.

Mixtis, procede in omnibus cum infusione & destillatione vti iam dictum est. Hæc aqua curabit etiam omnia vitia oculorum, maculas faciei, oculorum dolores, confortat visum, & conseruabit bonam valetudinem.

Aqua ad Melancholiam Sauanarolæ.

℞ Doronici, Zedoariæ,
Cort. citri mali, macis,

Nucis moschatæ an. ℥ij.
Corall. rub. succini,
Limaturæ eboris an. ℈ij.
Been albi ac rubei,
Caryophyllorum, Zingiberis,
Piperis longi, folii,
Spicæ, croci, cardamomi an. ℥j.
Trochiscorum diarrhodon,
Agallochi an. ℨ. ß.
Cinnamomi, Galangæ,
Zurumbet an. ℥j. ß.
Foliorum auri, argenti an. ℥j.
Margaritarum ℥iij.
Fragment. saphyri,
Hyacinthi, smaragdi an. ℨ ß.
Moschi ℨ. ß. Ambræ ℥ij.
Myrobal. emblicor. ℥v.
Rosarum ℥j.
Vini optimi q. sufficit,
Macerentur, digerantur & destillentur.

Electuarium præstans, cum aqua solis aurea, incerti authoris.

℞ Rad. Tormentillæ, verbenæ,
Chelidoniæ, valerianæ,
Serpentariæ, ostrutii,
Diptamni, gentianæ,
Morsus Diaboli, cyperi,
Piperis, Aristol. rotundi,
Boleti ceruini, angelicæ, vincetoxici,
Zedoariæ, enulæ,
Ireos, boli Oriental. an. ℥j.
Rad. pœoniæ, pimpinel.
Rhapontici, visciquercini, cardamomi,
Cubebarum, galangæ,
Calami aromatici an. ℥ij.
Cort. arant. cort. cibri,

Santal.

Santal. citrin. nuc. Ital.
Amygdalarum, Aloes,
Terræ sigillatæ an. ℥ij.
Rad. liquiritiæ ℥v.
Pomorum aurant: Limonum an. num. iij.
Baccarum lauri, castorei,
Cort. tamarisci an. ℥j. ß.
Cinnam. electi, florum sulphuris an. ℥vj.
Nucis mosch. veronicæ,
Zingiberis, macis an. ℥j.
Rad. philopendul. stœchad. Arab.
Rasuræ eboris, Xylobalsami,
Sem. Basiliconis an. ℥j.
Croci Orient. ℨ. ß. Sem. anisi,
Fœniculi, coriandri an. ℥j.
Piperis longi, gran. paradysi, an. ℈ij.
Maioran. saluiæ, absinth.
Scabiosæ, origani, veronicæ,
Rutæ, rorismarini, melissæ,
Acetosæ an. m. s.
Abrotani, Betonicæ, Balsamitæ,
Portulacæ, Basilicon. Arthemisiæ,
Centaurii minoris, hyssopi,
Cerefolii, menthæ saracericæ,
Euphragiæ, Taraxiconis,
Fumariæ, Fol. lauri,
Agrimoniæ, chamœdrios,
Chamepitheos an. p. j.
Flor. Borrag. Buglossæ,
Rosar. tunicæ, saluiæ,
Hyperici an. p. s.

Fiat infusio s. a. in vino destillato & bis rectificato per 4. dies, deinde destilla in B. m. in fine addantur,

Spec. electuar. de gemmis,
Diambræ, diamoschi,
Diarrhodon abbat. liberantis,

Diamar-

Diamargarit. lætitiæ Galeni,
Diatrion santal. cordial. an. ʒ. ß.
Ambræ gran. v. Moschi gr. ij.
Foliorum auri, num. xx.
Rhabarbari electi, squinanthi an. ʒ. ß.
Sachari candi albi ℥j.
Theriacæ Andromachi ʒx.
Trochiscorum de camphora ℥j. gr. xv.

Fiat secundum artem destillatio, vsque redactum sit in formam opiatæ.

Aqua vitæ Apoplectica Andernaci.

℞ Cardamomi, piperis albi,
Piperis longi, an. ℥. ß.
Galangæ, garyophyllorum,
Macis, gran. paradysi an. ℈iiij.
Ligni aloes ℥ij. Zingib. ʒiij.
Cinnamomi, cubebarum an. ℥. ß.
Maioranæ, Rorismarini,
Rutæ, saluiæ, menthæ,
Pulegii, Nardi Gallici,
Asparagi, Flor. anthos,
Rosarum rubear. ana m. ß.
Sem. cumini syluestris ℥. ß.
Anisi, fœniculi an. ℥j.
Coriandri, sinapi an. ℥ j.
Sem. pæoniæ ℥j.
Sem. cumini Romani ℥ij.
Rad. enulæ campanæ,
Iridis an. ℥j. Pimpinel. ℥. ß.
Angelicæ, doronici an. ʒiiij.
Dictamni albi ʒiij.
Sachari albi candi lib. ij.

Incisa ac contusa, superaffundantur spiritus vini Alkoholisati q. s. vt per 14. dies ac noctes digerant, tandem per alembicum quinquies cohobando destillentur: Huic destillato adde croci Oriental. ʒj.
Moschi, ambræ ana ℥j.

Foliorum auri, ℥.ß.

Reseruetur bene clauso vase, est n. aqua vitæ præstans.

Dosis guttæ iij. vel iiij.

Aqua vitæ pretiosa alia, eiusdem authoris.

℞ Vini Alkoholisati lib. x.
Succi mellis, olei vitrioli,
Liquoris tartari an. ℥vj.
Melissæ, chelidoniæ,
Saluiæ, rorismarini,
Maioranæ an. m. j. Zingiberis,
Caryophyllorum, piperis albi,
Piperis nigri, piperis longi,
Cubebarum, macis,
Cinnamomi, masticis,
Myrrhæ rubeæ an. ℥ij.
Cinerum fabarum ℥v.

Aromata leuiter conteruntur, herbæ inciduntur, omniaq; miscentur, & ampullæ vitreæ induntur, ipsaque obserata diebus xij. in B. macerantur: post lentissimo calore ex eodem destillantur, separanturque. Deinde

℞ Pulu. Zingiberis ℥j.ß.
Zedoariæ ℥ j.ß. Caryophyll. ℥ij.
Cubebar. ℥j.ß. Amomi ʒ j.
Gran. paradysi, nucis mosch. ℥j.ß.
Cinnamomi electi, macis an. ℥ij.
Florum auri, Florum sulphuris an. ʒ j. *Flores auri.*
Zibetti, ambræ an. ʒ j.ß.
Moschi grana quinque,

Hæc in puluerem rediguntur, & pomo sub cineribus cocto adduntur. Postea aquæ vitæ supra destillatæ miicitur, maceraturque in calido loco per dies tres aut quatuor: tum iterum separatur, & ex aqua vase optime recondita seruatur: Dantur guttæ v. corpus penetrat, roborat & renouat.

Aqua picarum. D. Iohannis Cratonis.

℞ Picarum iuuenum num. x.

Scindantur in frustula, & infundantur in aqua paralysis & pæoniæ,

ana, quantum sufficit, *Fiatque putrefactio per aliquot dies*, *postea adde*

Florum cordialium, pœoniæ,
Fol. rutæ, hyssopi, anthos,
Saluiæ, epithymi,
Flor. tiliæ, liliorum conuallium an. m. j.
Rad. pœoniæ, Ireos,
Visci qercini an. ℥. ß.
Rad. Tormentillæ, dictamni an. ʒij.
Sem. pœoniæ, Erucæ an. ʒij.
Castorei, piperis longi,
Flor. lauendulæ an. ʒiij.
Cinnamomi, rasuræ eboris,
Cornu cerui vsti an. ʒij.
Carabe albi, cranei microcosmi,
Lapidum pretiosorum omnium,
Margaritar. præpar. corall. rub.
Corall. alborum præparatorum,
Ligni aloes an. ʒj.
Stercoris pauonis ℥j.
Spec. elect. de gemmis,
Diamoschi dul. aromat. ros. an. ʒij.
Zingiberis, zedoariæ an. ʒj.
Foliorum auri, num. xx.

Contundantur omnia grosso modo, *& addatur* aquæ flor. tiliæ, lauendulæ, melissæ ana q. s.

Fiat secundum artem destillatio per B. M.

Potio muscata maior, Nicolai.

℞ Spicæ, folii, Zingiberis,
Piperis longi, zedoariæ,
Nucis mosch. caryophyll.
Ligni aloes, rosarum,
Violarum, anacardi,
Acori, coralli, costi,
Leuistici, rasuræ eboris,
Margaritarum, antofili,

Rhabar-

Rhabarbari, Amomi,
Offis de corde cerui,
Croci, piperis albi,
Offium dactylorum,
Beliculi marini,
Spodii, macis,
Santal. albor. ac rubeor.
Liquiritiæ, cinnamomi,
Aliptæ, tragacanthi,
Anisi, blattæ bizantiæ,
Cardamomi, ozymi,
Limaturæ auri & argenti, an. ℈ij.
Ambræ, moschi, camphor. an. ℈j.
Sachari candi ℥ij.
Syrupi rosati q. sufficit.

Dosis cochlear vnum cum vino.

Potio moschata, Arnoldi Villanouani.

℞ Moschi, ambræ, camphoræ an. ℈j.
Spicæ Nardi, folii,
Piperis longi, zingiberis,
Zedoariæ, styracis rub.
Aliptæ mosch. caryophyll.
Ligni aloes, rosar. rubr.
Violarum, anacardi,
Rad. ebori, coralli rubri,
Costi, sem. leuistici,
Nucis mosch. rasuræ eboris, *aqua rosf. lota*,
Margaritarum, peucedani,
Rhabarbari, ammomi,
Offis de corde C. croci,
Piperis albi, offium dactylor.
Lapid. berillorum, spodii,
Santali albi ac rubei,
Macis, glycirrhizæ,
Cinnamomi, anisi,

Tragacanthi, cardamomi,
Blattæ Bizantinæ,
Sem. Basiliconis,
Limaturæ auri, argenti, an. ℈ij.
Sachari candi ℥ j.
Syrupi rosati quantum sufficit.

Dosis ʒij. ad ℥. ß.

Aqua caponis in omnibus cordis affectibus Doctoris Iohannis Wolffi.

℞ Caponem mediocris ætatis,
Hunc coque & redige in pulpam vt artis est, pulpæ adde
Cinnamomi electi lib. j.
Spec. diambræ, diacinnamomi,
Aromatici rosati an. ʒij.
Corall. rubeorum præparat.
Margarit. præparat. an. ʒj. ß.
Macis ℥ ß.

Redige species in puluerem grossum, & misceantur cum pulpa, affunde vini veteris lib. vj.

Aquæ cinnamomi lib. iiij.
Foliorum auri, num. x.
Destillentur vt artis est.

Vel sic:

Quidam ebulliunt caponem in aqua, in qua aurum aliquoties extinctum sit, cui postea addunt
Florum Borrag, Buglossæ,
Violarum, rosarum,
Corticum citri, cinnam.
Caryophyllorum,
Melissæ, croci an. ʒj.
His ita commistis per alembicum denuo rectificando destillant.

Aqua caponis. D. Iodoci Hartmanni.

Pulpa vnius capi, detracta pinguedine & pelle, minutim incidatur, & cum aqua buglossæ abluatur, deinde adde

Con-

Conser. violarum, borraginis,
Buglossæ an. ℥ j.ß.
Conser. rosa. ℥j.
Foliorum auri, num. vj.

Misceantur omnia diligenter, deinde in duplici vase reponantur, & secundum artem destillentur. Huius liquoris dosis est cochlear vnum per se vel cum appropriatis.

Aqua caponis præstans D. Hermanni Wolffii.

℞ Caponem ac perdicem, *euisceratum ac minutim dissectum, cum aqua rosarum & vino lotum, cui adde*
Flor. Borraginis m. j.ß.
Violar. rosar. bugloss. an. m. j.
Sem. melon. ℥iij.ß. cucurb. ℥iij.
Cinnamomi ℥ j.ß. caryophyll. ℥j.
Cubebarum ℥ ß. zingiberis ℥ij.

Grosso modo incisa ac conquassata decoquantur in lib. iij. ß. aquę communis, *prope finem vero decoctionis, cum semicoctus fuerit capo, addantur flores, deinde coletur Brodium, vna cum capone in mortario contuso ponatur in alembicum, addendo*
Manus Christi perlat. ℥ij.ß.
Succi acetositatis citri ℥iij.
Foliorum auri, num. x.

Destillentur lento igne in balneo Mariæ, suspendendo in superiore parte alembici
Cinnamomi ℥.ß. Caryophyll. ℈j.
In petia serici albi, & hic modus etiam probatur optimus.

Aqua vitæ contra pestem Gesneri.

℞ Caryophyll. ℥.ß. Cinnamomi,
Zedoariæ, rad. Valerianæ,
Pimpinellæ, Tormentillæ,
Florum rosarum, an. ℥j.
Santali citrini ac rubei,
Spodii, corr. citri,
Doronici, terræ sigillatæ,
Dictamni, seseleos,

Melissæ, maioranæ,
Rad. enulæ, sem. seseleos,
Charabe, Rhabarbari,
Macis, scabiosæ,
Nucis moschatæ an. ʒ. ß.
Flor. buglossæ, borraginis,
Anthos, cornu C. vsti,
Rutæ, coriandri præpar. an. ʒj.
Spec. de gemmis, liberantis,
Diathameron, lætitiæ,
Almonsoris, diarrhod. abb.
Diamargariti, hyacinthi,
Smaragdi, margaritar. an. ʒj.
Mithridatii, Theriacæ Venet.
Boli armeni an. ℈. ß.
Foliorum auri, & argenti, an. num. vij.
Spiritus vini lib. viij.

Contundantur ac misceantur, stentque in infusione tribus diebus, dein destillentur per alembicum & B. Mariæ, & habebis aquam pretiosam contra pestem, datur etiam cum electuariis appropriatis.

Puluis bozoarticus Leonelli Fauentini in Febribus.

℞ Boli armeni ℥ij. Cinnam. ℥j.
Rad. Tormentillæ, dictamni,
Santali rubei an. ʒ j. ß.
Ramenti ebunei ʒj. ß.
Zedoariæ ʒij. spodii,
Seminis antheræ, an. ℈ij.
Cort. citri, margaritarum an. ʒj.
Smaragdi, rubini an. ℈j.
Succini, vnicornu an. ℥j.
Ambræ grana iij. vel iiij.
Limaturæ auri & argenti, an. ℈j.
Moschi grana iij.
Sachari ad pondus omnium.

Fiat puluis secundum artem,

Dosis

Dosis ʒj. ad exagium vnum.

Sin calor adsit datur cum aquæ oxalydis: sin frigus ex vino meraciore.

Tragæa cordialis eiusdem.

℞ Sem. acetosæ ℈j. Sem. citri,
Macis ana ʒ. ß. Santali vtriusque
Xyloaleos an. ʒj. Margaritarum,
Conchylii vtriusque,
Ossis de corde cerui an. ʒ. ß.
Moschi gr. iij. *Foliorum auri*, num. ij.
Sachari q. s. *Fiat Tragæa.*

Pilulæ eiusdem in dolore capitis.

℞ Massæ pilul. Alephang. ʒj.
Aloes optimæ, Rhabarb. electi an. ʒ ß.
Agarici electi ℈ij.

Fiant pilulæ xv. vel xviij. *cum elect. de succo rosarum, deaurentur.*

Puluis diuinus secundum Hollerium.

℞ Boli armeni præpar. cum vino maluat. ℥j. ß.
Cinnam. electi ℥j. Tormentil.
Diptamni ana ℥. ß. Rad. tunicæ,
Coriandri præparati an. ʒiij.
Rhabarbari electi ʒij.
Zingiberis, croci,
Terræ sigill. cort. citri,
Been vtriusque, corall. vtriusque,
Santali citrin. rasuræ eboris,
Margaritarum præparat. an. ʒij.
Carabe, macis an. ℈ij.
Sem. acetosæ, endiuiæ,
Portulacæ, spodii,
Ligni aloes, ossis de corde C. an. ℈ij.
Auri & argenti meri an. ℈j.
Spicæ gran. iiij. Ambræ gr. vj.
Moschi gran. j. vnicornu ℈j.
Sotæ combustæ ʒ ß.

Misce;

Misce, Fiat puluis, à Sarracenis dictus Diuinus.

Aqua cordialis aurea incerti authoris.

℞ Rad. Valerianæ, Tormentillæ,
Serpentariæ, ostrutii,
Diptami, gentianæ,
Morsus Diaboli an. ℥ij.
Carduibened. ℥.j.ß. garyophyll.
Angelicæ, zedoariæ,
Vincetoxici, enulæ campanæ an. ℥j.
Iuniperi ℥ij.ß. liquiritiæ ʒx.
Pomor. arantiorum num. iij.
Baccarum lauri ʒiij. Cinnamo. ℥j.ß.
Nucis vomicæ ʒij.
Florum sulphuris ℥j ß.
Croci integri ʒj. cort. citri. ℥j.
Sental. citr. ʒij. Ligni aloes ʒj.ß.
Anisi, fœniculi, coriandr. præpar. an. ʒij.ß.
Zingiberis, macis,
Mucis moschat. caryophyll. an. ʒij.
Piperis longi, gran. Paradysi an. ℈ iv.
Maioranæ, saluiæ, absin. an. m.j.
Flor. viol. borrag. bugloss. an. m.ſ.

Incidenda incidantur, contundenda contundantur, & infundantur in aqua vita bis destillata, deinde destilla lento igne, cui adde

Theriaces, mithridat. elect. an. ℥.j.ß.
Trochiscorum de camphora ʒij.ß.

Iterum lento destillentur igne vt scis: postea vicissim adde

Spec. elect. de Gemmis,
Diamoschi dulcis,
Diarrhodon abbatis,
Diamargariti an. ʒj.
Moschi gr. iv. Ambræ ℈.ß.
Foliorum auri, num. x.
Rhabarbari electi ℥ij. ß.
Spicæ, squinanthi an. ℈.ß.

Sacha-

Sachari candi albi ℥ij.

Stent in digestione, & si placet destillationem & tertia vice poteris reiterare.

Tinctura melissæ composita Banisteri.

℞ Aquæ vitæ ex vino bis destillatæ q.v.
Melissæ m.iiij. senæ electæ,
Cornu vnicornu, lap. bezoar an. ℈ iv.
Ossis de corde cerui ℥.ß. cornu cerui,
Rasuræ eboris ana ℥iij.
Solutionis perlarum,
Santal. citrini & albi,
Carallorum rub. præparat.
Terræ lemniæ, terræ samiæ,
Succini albi, tormentillæ,
Vngulæ alcis an. ℈ij.
Zedoariæ ℈j. Ambræ gris. gr.x.
Moschi, limaturæ auri an. gr. viij.
Sachari chrystallini lib.j.ß.

Misceantur ac stent in infusione per 12. dies, agitando sæpius, tunc adde
Aquæ rosarum lib.j.

Stent adhuc dies octo, postea colentur & seruentur.

Tinctura Banisteri cordialis ad crapulam, lypothimiam, ac cordis palpitationem.

℞ Aquæ vitæ, Rosæ solis an. lib.vj.
Hepaticæ, capillorum Veneris,
Scolopendr. thymi an. m.j.
Dactyli contusi ℥xij.
Nucis moschatæ, macis an. ℥ ß.
Piperis longi ℥ij. Cardamomi,
Ossis de corde cerui, Ligni aloes,
Ambræ griseæ an. gr. xvj.
Limaturæ auri, ℈.ß.
Sachari crystallini *crassiuscule contusi,* lib. j.

Infunditur in sole per octo dies, tunc cola per manicum & serua vsui.

Tinctura baccarum iuniperi ad colicam, calculum, aerem pestilentialem, & mundificationem sanguinis. Banisterus.

℞ Baccarum iuniperi lib.j.

Contundantur subtiliter, imponantur in vitro capaci cum libris octo spiritus vini. stent per dies 12. in digestione, postea pone in balneo per horas 24. tum cola & adde

Lapidis bezoar ℥j. Cornu vnicor. ℈ij.
Ossis de corde cerui ℈iv.
Rasuræ eboris ℥j. solut. perlar. ʒvj.
Corall. rubeorum præpar. ʒiij.
Succini albi ʒvj. macis,
Nucis moschatæ an. ʒj.
Ambræ griseæ ℈j. moschi ℈.ß.
Foliorum auri, num. ij.

Puluerisentur subtiliss: misceanturque cum tinctura prædicta, & stent per dies x. quotidie agitando bis aut ter, tunc adde

Sachari crystallini lib.j. ℥iv.
Aquæ ros. lib. j. ℥.ß.

misce omnia, vt stent in sole vel digestione per octo dies, agitando quotidie semel, postea serua ad vsum.

Confectio in morsulis Iohannis Marquardi, ad Melancholiam.

℞ Spec. diambræ, diamoschi,
Aromatici rosati,
Pliris Archontici an. ℈ij.
Margaritarum præparatarum ʒ.ß.
Fragmentor. smaragdi,
Hyacinthi, sapphyri,
Granati, serici crudi,
Ossis de corde cerui an. ℈.ß.
Sachari *in aqua bugloss. dissoluti* q. s. ℥iiij.

Fiat confectio in morsellis: deaurentur.

Confe-


Confectio alia Iohannis Marquardi in Melancholia.

℞ Diambræ, diamoſchi,
Dianthos, pliriſarchotici,
Electuarii è gemmis an. ℥ij.
Rad. bugloſſæ, minutiſſime inciſarum, & recentium ℥vj.
Cort. & ſem. citri,
Oſſis de corde Cerui,
Serici crudi, flor. roriſmarini,
Xyloaloes crudi an. ℈j.
Sem. Baſiliconis, macis,
Nucis moſchatæ,
Caryophyllorum, croci an. ℈.ß.
Margaritarum præparatarum,
Corallorum rubeorum præpar. an. ℨj.
Cinnamomi acerrimi inter. ℨv.
Sem. frigid. maior. excort.
Seminis aniſi an. ℨiij.
Papaueris albi ℥j.
Liquiritiæ ℨij.
Pinearum mundatar. recent. ℥iij.
Sachari *diſſoluti in aqua bugloſſæ, roſarum, meliſſæ q. ſufficit.*

Fiat electuarium, cui commiſce.

Conſeru. bugloſſę, violarum,
Roſarum ana lib. ß.
Conſeru. nenuphar. ℥iiij.

Addantur Foliorum auri q. v. *Doſis cochlear vnum horis duabus ante cœnam, in introitu lecti, & mane.*



Electuarium, Hieronymi Capiuaccii, in lue Venerea.

℞ Mithridati antiqui ℥ij.
Conſeru. ex floribus roriſmarini,
Ex floribus betonicæ an. ℥j.
Foliorum auri, num. vij.

Cum syrupo de corticibus citri *Fiat electuarium.*
Dosis ℥ij. ad ℥iij.

Idem Capiuaccius ait: si contingat vt afficiantur (intellige in lue Venerea) oris partes, & vlcuscula oris oriantur: poteritis conficere medicamentum ex cornu cerui, ex scabiosa, quinque folio, virga aurea, cum foliis auri.

Vnguentum Capiuaccii in lue Venerea.

℞ Olei de castoreo, decocto an. ℥iij.
Vini aromatici lib. ß.
Dictamni cretici, calament. montani,
Cardui ß. Guaiaci an. ℥iij.
Cinnamomi, macis an. ℥j.
Vrgente necessitate sinapis ℈ij.

Contuntenda contundantur crasso modo & fiat infusio per 12. horas, dein decoctio in duplici vase ad consumptionem vini, coletur, & seruetur hoc oleum in vase vitreo.

℞ Prædicti olei ℥j. ß. *Foliorum auri*, num. vij.
Ceræ vino generoso lotæ ℥iij.

Misce ad ignem, Fiat vnguentum quo per plures vices artus sunt illinendi.

Electuarium ad animalem facultatem in causa calida: Alfonsi Morescotti, Ferdinandi I. Lusitaniæ regis archiatro.

℞ Trium santalorum,
Diarrhodon abbatis an. ℈j.
Ossis de corde cerui num. j.
Sachari rosati tabulati,
Vel sachari albi *dissoluti in aqua rosarum quantum sufficit.*

Fiat electuarium deauratum cum foliis auri purissimi ponderis ℨ ß.

Conditum eiusdem ad omnium virium roborationem.

℞ Conseruæ anthos, rorismarini,
Conser. borraginis, buglossæ,
Cichorii, capill. Veneris an. ℥ij.
Cort. citri conditi ℥j. ß.
Pulueris elect. plirilarcotic.

Pulu.

Pulu. electuar. Ducis,
Diarrhod. abbat. triumsantal. an. ʒ. ß.
Foliorum auri, num. vj.
Sachari albi, q. s.
Fiat conditum.

Conditum ad intemperiem calidam eiusdem Alfonsi Morescotti.

℞ Conseruæ cichorii, violarum,
Nympheæ, buglossæ an. ℥ij. ß.
Conseruæ rosarum ℥j. ß.
Pulueris triasantali,
Diamargariti frigidi an. ℈iv.
Foliorum auri, num. viij.
Sachari albi *quantum sufficit.*
Fiat conditum. Dosis cochlear j.

Opiata cephalica, Francisci Maria de Textoriis Vrbinati.

℞ Specier. aromatici rosat. Gabrielis,
Diamoschi dulcis an. ℥. ß.
Foliorum auri purissimorum, num. ij.
Mellis anthosati *quantum sufficit.*
Fiat mistura. Pituitosis hæc mistura est vtilissima.

Alia opiata corroborans caput, in biliosis affectibus. Eiusdem authoris.

℞ Conseruar. rosarum, violarum an. ℥. ß.
Syrupi papauarini, *quantum sufficit*,
Auri purissimi folia num. ij.
Fiat *mistura. Datur duabus vicibus matutinis.*

Vel: eiusdem in pectoris affectibus à bile.

℞ Conseru. ros. ℥ij.
Foliorum auri, num. ij.
Syrupi violacei *q. sufficit.*
Fiat mistura.

Vel: Eiusdem corroborans mistura in capitis affectibus à Melancholia.

℞ Specierum dianthos,
Diamoschi dulcis,
Diambræ ana ℨiij.
Syrupi de pomis, *quantum sufficit.*
Foliorum auri, num. v.
Fiat elegans mistura.

Electuarium D. Dauidis Herlizii, confortans grauidas mulieres ante partum.

℞ Conser. borraginis, buglossæ,
Rosarum an. ℥.ß. Spec. diamarg. frig.
Coralior. rub. margarit. præparat. an. ℈.ß.
Pulueris de gemmis ℨ.ß.
Syrupi rosacei, *quantum sufficit.*
Fiat electuarium, quod auro inuoluendum erit.

Electuarium pestilentiale D. Angreæ Langneri. Tempore æstatis vsurpandum.

℞ Conser. borraginis, buglossæ, rosarum ana ℥vj.
Sem. Basiliconis, zedoariæ,
Macis, croci, capill. Veneris, an. ℨj.
Ossis de corde cerui, hiacinthi,
Smaragdi, saphyri ana ℈j.
Perlarum præparatarum ℨj.
Foliorum auri, num. vj.
Syr. de pomis redolentibus,
Syr. de cort. citri ana ℥ij.
Aquæ violarum ℥j.ß.
Sachari albissimi. ℥iv.
Mistis & puluerisatis omnibus fiat electuarium, attamen prius soluendo sacharum cum dictis, deinde adde species, vltimo vero adde Rhabarb. ℨj. *in vino maluatico per horas 24. prius infusi;*

Ambræ

Ambræ, moschi ana gr. iv.

Fiat quod dictum est.

Vel: Tale electuarium eiusdem authoris.

℞ Hiacinthi, granati,
Smaragdi, saphiri ana ʒj.
Perlarum, ligni paradisi,
Ossis de corde cerui an. ʒj.
Santalorum vtriusque,
Corallorum vtriusque,
Eboris, tormentillæ,
Boli armeni Oriental.
Terræ sigill. camphoræ,
Auri purissime limati an. ℈j.
Puluerisentur omnia & cum sachari albiss. ℥vj.
Aquæ ros. syr. acetos. citri q. s.
Fiat electuarium.

Electuarium liberantis D. Andr. Langneri.

℞ Rad. Tormentillæ,
Sem. acetosæ, citri,
Endiuiæ ana ʒiij.
Smaragdi, hyacinthi,
Granati ana ℈.ß.
Camphoræ gr. vij. Ambræ gr. iij.
Moschi gr. iij. Terræ sigill. ʒiij.
Santali albi, flaui ac rubei ana ʒj.
Boli armeni veri ʒiij.
Perlarum præpar. corall. rub. præpar.
Succini vtriusque, eboris recentis ac vsti,
Ossis de corde cerui, been vtriusque,
Doronici, cardamomi,
Macis, aloes, cinnamo:
Croci, zedoariæ ana ℈j.
Auri & argenti præparati, veluti pictores vtuntur in pingẽdo, an. ℈j.
Aromatici rosati ℥.ß.

Sachari

Sachari albißimi quantum sufficit,
Aquar. rosar. violarum,
Borraginis, buglossæ an. q. s.
Fiat electuarium vel trochisci.

Aqua externa confortatiua, eiusdem D. A. Langneri.

℞ Ambræ, anisi an. ʒ. ß.
Ligni aloes, laudani,
Been albi ac rubei an. ʒvj.
Macis, cort. citri an. ʒij. ß.
Foliorum auri, num. vj.
Aquæ Basiliconis, calendulæ,
Rosarum cum moscho præpar. an. ℥v.
Aceti cochlearia duo,
Vini maluatici ℥ij.
Misce & Fiat aqua ad faciem, tempora & pulsus ab extra applicanda.

Electuarium confortans cor tempore pestis, eiusdem authoris.

℞ Rubin. præpar. granati,
Hyacinthi, smaragdi,
Boli armeni Orientalis,
Perlarum, ossis de corde C.
Limaturæ subtiliss. auri,
Vnicornu, an. ℈j. Serici crudi incisi,
Rosarum, ambræ.
Corticum citri, eboris raspati an. ʒ. ß.
Sachari albiss. *in succo limon. dissoluti,*
Fiat l. a. electuarium.

Puluis confortans eiusdem.

℞ Florum rorismarini ʒij.
Flor. buglossæ tantundem,
Perlarum præparat. ʒj.
Ossium de corde cerui num. iij.
Foliorum auri, num. iiij.

Fiat

Fiat puluis. Dosis ʒ ſ. *cum pane toſto in vino maluat. macerato, vel alio vino nobili,* &c.

Pilulæ eiuſdem Podagricæ.

℞ Maſſæ pilular. aggregatiu.
Arabicar. Alœphang.
Cæſaris ana ʒ j.
Alhandali, Hermodactyl.
de Agarico ana ʒ ij.
Hellebori nigri ℈ v.
Diagridii ʒ xij.

Pulueriſanda pulueriſentur, miſceantur cum ſ. q. aquæ ſaluiæ, Fiant pilulæ x v. *quæ Auro ſunt obducendæ.*

Aqua vitæ compoſita eiuſdem.

℞ Saluiæ ℥ IV. Cinnamomi ʒ v.
Cort. arantiorum & Citri, Nucis Moſch.
Caryophyllorum, Cubebarum,
Cardamomi, gran. Paradiſi,
Nuc. quercini, Doronici Rom. an. ℥ j.
Flor. Lauendulæ, Spicæ,
Liliorum conuall. violarum,
Galangæ Flor. Roriſmar. ana ʒ vj.
Granorum Iuniperi, Rutæ,
Anagallidis, Fol. Lauri,
Hyſſopi, Meliſſæ, ana ℥ ſ.
Croci integri ʒ v.

Omnia inciſa, ac pulueriſa ſuperfunde cum vino Maluatico menſ. j. ſpiritus vini *rectificati & dephlegmati* lib. j. *addendo* Spec. Diarrhodon Abbatis ʒ iij. *Stent in infuſione per tres ſeptimanas, deinde deſtilla cum caſtorei* ʒ ij. *rectifica aliquoties: perfectè deſtillata impende*
Ambræ, Moſchi ana ʒ j.
Foliorum auri, Numero xij.

Aqua cordialis eiuſdem D. A. Langneri, vel Aqua carfuncularis aurea.

℞ Florum Roriſmarini,

R Viola-

Violarum, Liliorum conuall.
Borraginis ana ℥ vj.
Herb. maioranæ, Lauendulæ,
Saluiæ, Scabiosæ, Menthæ,
Sonchi satiui ana ℥ iij.
Has herbas cum floribus conscinde addendo;
Nucis moschatæ, Macis,
Cinnamomi, Cardamomi,
Zingiberis, Caryophyllorum,
Gran. Paradisi, Cubebarum,
Galangæ, Gran. iuniperi,
Visci quercini, Visci Coryli, Gran. Pœoniæ,
Cornu Cerui *iusto tempore collecti*, ana ℥ j.
Auri Vngarici puri,
Margaritarum, Vngulæ Alcis,
Lapid. persicæ,
Ossis de corde Cerui ana ℥ ß.
Puluerisentur omnia subtilissime, adde
Moschi gran. x.
Vini Maluatici q. s. *ad faciendam inde pastam globulatam, cui postea affunde integram mensuram vini Maluatici.*
Aquæ Lauendulæ, Rosarum,
Fragariæ ana q. s.

Digerant omnia in vrceo in cella posito vase in arena; Destilla post digestionem in nouilunio, diuidendo in 4. partes, vel cucurbitas, primæ destillationes per 20. dies ac vnum remaneant in Sole, residentiæ reaffunde vinum Rhenanum recens, & ad sufficientiam destilla: seorsim seruandam, quia adeò non est efficax, attamen ad suos vsus necessaria.

Puluis eiusdem in Epilepsia.

℞ *Foliorum auri*,
Cornu cerui vsti,
Visci quercini,
Vnicornu perlarum,
Corallorum rubeorum,
Gran. pœoniæ,
Flor. Lauendulæ ana ℨ j. vel q. v.

Cranei

Cranei microcoſmi ℈ j.

Fiat puluis. Datur cum appropriatis.

Electuarium laudatu dignum, Conradi Khunrath Lipſenſis.

℞ Eſſentiarum, Corallorum,
Perlarum, Rubinorum,
Saphirorum, Hyacinthorum,
Cryſtallorum, *Auri*,
Argenti, ana ℈ ß. *Eſſentia Auri & Argenti.*
Ambræ griſeæ, Macis,
Cornu Cerui vſti, iuſto tempore coll.
Florum Roriſmarini,
Trium ſantalorum,
Galangæ, Calami,
Cubebarum, Cardamomi,
Piperis longi, Piſtaciæ,
Sem. pſyllii, Spicæ Indicæ,
Pyrethri, Sem. pœoniæ,
Flor. Camomillæ, Maioranæ,
Lauendulæ, Ariſtolochiæ,
Lilii aquatici ana ʒ iij.
Spiritus vitrioli ʒ ij.
Ligni Paradiſi, Sem. papauer. albi an. ʒ ij.
Myrrhæ electæ, Styracis,
Opii purificati ana ʒ j.
Moſchi, Croci Oriental. ana ʒ ß.
Sachari albiſſ. ac puriſſ. q. ſ.
Oleor. Iuniperi, Succini ana ℈ j.
Olei Aniſi, Fœniculi,
Caryophyllorum ana gutt. vj.

Fiat Electuarium virtuoſum. Doſis ℈ j. ad ℈ ij. *cum vehiculis & appropriatis.*

Pilulæ Cunradinæ aduerſus choleram & arthritidem.

℞ Serapini ʒ ß. *per acetum diſſoluti, colati, & in modum tenacitatis inſpiſſati.*

Specierum Hieræ picræ ʒ j.
Trochiſcorum Alhandali ʒ j. ß.
Spec. lithontrib. ℈ j.
Diagridii ℈ j. Salis gemmæ gr. vj.

Miſceantur, & formentur pilulæ Num. xj. pro ʒ j. *cum deauratione:* Doſis ʒ iij. *nocte ante ingreſſum lecti.*

Puluis contra vermes magiſtralis, ex Georgio Willichio.

℞ Cornu cerui vſti,
Sem. Sancti præparati,
Dictamni, Sem. Caulium,
Acetoſæ, Coriandri præparat.
Portulacæ, oſſis de corde C. an ʒ ß,
Fragmentorum lap. pretioſ. omnium ʒ j.
Rhabarbari electi ʒ j. ß.
Foliorum Auri, Num. vj.
Sem. Liguſtici ℈ iiij.

Fiat ex omnibus puluis tenuiſſimus. Semina præparantur, ſi dies nouem aceto macerentur, vaſe operto, & aceto ſingulis diebus mutato, dein ſuper tabula exſiccentur.

Medicamentum ad morbum Gallicum ex eodem.

℞ Mercurii viui ſæpius aceto & ſale loti partes vj. easq; cum *Auri puriſſimi* parte vna optime permiſce, ita vt *Auro* in fictili fuſorio liquato, & iam refrigeſcere incipienti, Mercurius in altero calefactus fictili addatur, & Rudicula diligenter miſceatur. Addatur deinde tantundem aquæ fortis, qua *Aurum* ſoluitur, fiatque præcipitati puluis.

Conditum cordiale Iohannis Renodæi, Medici Pariſienſis.

℞ Corticis Citri conditi ʒ ij.
Conſeru. Bugloſſ. & Roſar. ana ʒ ß.
Spec. Elect. de gemmis,
Diambræ, Diamargarit. frig. an. ℈ j.
Oſſis de corde Cerui ℈ ß.
Scobis Vnicornis, Lapid. Bezoart. an. gr. vj.

Foliorum

Foliorum Auri, Num. vj.

Sacchari rosati triplum, *aut quod sufficit*; *Fiat conditum granulatum.*

Electuarium Iacobi Rueffi confortans ventriculum puerperarum aut grauidarum, ne fiat abortus.

℞ Conseru. rosarum, Borraginis,
Buglossæ ana ℥ ß.
Specier. Diamargariton ʒ ij.
Coralli præparati,
Margaritar. præparatar. ana ℈ ß.
Pulueris de gemmis ʒ ß.
Syrupi Rosacei q. *sufficit.*

Fiat Electuarium, quod foliis auri deaurandum.

Propter ventositates solent tribus primis mensibus abortus fieri plurimi, ad eas commendat vsum aquæ, in qua aurum sæpius extinctum sit, vt cum cibo assumatur. lib. 5. cap. 4. *de conceptu & generatione Hominis.*

Idem Iacobus Rueffus dicto libro & capite dicit: Quod Lapis stellatus, Auro vel Argento inclusus, vt nudum corpus queat contingere, abortum prohibere.

Boli sicci in sterilitate à phlegmate, Eiusdem.

℞ Electuarii Diaphœniconis,
Elect. indi, Diacassiæ an. ʒ ij.
Sachari albi, *quantum sufficit.*
Fiant tres boli deaurati.

Electuarium in sterilitate à biliosis humoribus eiusdem I. Rueffi.

℞ Conseruæ Rosarum ℥ ß. Borraginis,
Florum Nenupharis, Bugloss. an. ʒ iij.
Spec. Diarrhodon Abbatis,
Diatriasantali, Aromat. rosar. ana ℈ j.
Margaritarum, Pulu. gemmæ,
Rasuræ Eboris, Visci quercini ana ℈ ß.
Syr. Rosarum, *quantum sufficit.*

Misce, vt fiat Electuarium deauratum.

Tabulæ in sterilitate, à sanguineis humoribus superfluis, eiusdem.

℞ Cinnamomi, Rosar. rub.
Sem. Mercurialis, Limat. Eboris,
Margaritarum præparat. ana ℥ j.
Coralli rubei præparati,
Pulueris de gemmis ana ℈ ij.
Santalorum omnium ʒ ß.
Sachari albissimi ℔. ß.

Dissoluitur sacharum in aqua rosarum, & decoquantur omnia vsque ad consumtionem aquæ rosarum: quo facto addatur
Conseruæ rosarum ℥ j.
Mixtiq; omnibus, vt decet Tabulæ deauratæ fiant.

Vel: Tale Electuarium, eiusdem.

℞ Conseruæ Rosarum ℥ j.
Buglossi, Borrag. ana ℥ ij.
Spec. Diatriasantali,
Diarrhodon Abbatis ana ʒ iij.
Misceantur species hæ cum syrupo rosarum, & incorporentur omnia simul, & deaurentur cum foliis auri q. s. *&* Fiat Electuarium.

Lib. 6. cap. 10. de conceptu & generatione Hominis.

Electuarium ad superfluitates mensium, eiusdem Iacobi Rueffi.

℞ Conseru. Rosarum antiquæ ℥ j.
Diacydonion cum sacharo sine speciebus ℥ iij.
Spec. Diarrhodon Abbatis,
Corall. rub. præparat. an. ℈ iiij.
Margaritarum præparatar. ʒ j.
Trochiscorum de Charabe
Trochiscorum de terra sigillata ana ℈ ij.
Spodii, Mumiæ
Lapidis Hæmatites ana ʒ ß.
Misce cum syrupo granatorum, & Fiat Electuarium deauratum.
Ad eundem affectum laudat etiam in eodem dicto capitulo, vinum in quo aurum aliquoties sit extinctum.

Laudanum

Laudanum Paracelsi ad saltantes Maniacos.

℞ Quintæ Essentiæ Opii ʒ j.
Essentiæ Mandragoræ gra. vij.
Essentiæ Lolii ℈ j.
Essentiæ Papaueris albi ʒ ij.
Essentiæ Hyosciami ʒ iij.
Auri potabilis ʒ ß.
Aquæ cordialis ʒ vj. *Misceantur.*
Dosis guttæ IV.

Aurum potabile.

Bezoarticum aureum & Elixir cordiale magnum.

℞ Rad. Zedoariæ, Galangæ,
Tormentillæ, Angelicæ,
Cort. Citri, Ligni aloes
Santali vtriusque ana ʒ j.
Granorum Alkermes.
Cinnamomi, Diptamni,
Spicæ Nardi, Garyophyllorum,
Macis, Nucis Moschatæ,
Cardamomi, Been vtriusq; ana ʒ ß.
Camphoræ ʒ j.

Tincturam ex his elice cum spiritu vini, radice Angelica correcto, postea ad medietatem abstrahito, & cum sequentibus in Essentiam redigito:

℞ Extractionis Myrrhæ ʒ ß.
Essentiæ Lunæ ʒ ij.
Tincturæ Solis ʒ j.
Essentiæ Mumialis ʒ ß.
Quint. Essent. Croci ʒ iij.
Ambræ flauæ præpar. ʒ ß.
Magisterii de Succino ℈ iiij.
Magisterii Hyacinthi,
Magist. Saphyri ana ℈ ij.
Salis Perlarum,
Salis vtriusque Corallorum ana ʒ ij.
Bezoartici Solis gran. viij.

Quinta Essentia Argenti. Tinctura Solis vel Auri.

Bezoarticũ Solis.

Bezoartici Mercurialis ʒ ij.
Terræ sigillatæ optimæ ʒ j. ß.
Pul. Bezoartici veri,
Ossis de corde Cerui,
Cornu Vnicornu ana ʒ j.
Ambræ griseæ ʒ ß.
Q. Essentiæ Hyosciami,
Essentiæ Opii ana ℥ iij. ß.

Omnia ritè misceantur, vt fiat Bezoar cordiale seu Elixir magnum, in omnibus cordis pathematis, cum appropriatis specificis cordialibus.

Theriaca Diatessaron Regia Quercetani.

Tinctura Auri.

℞ *Tinctura Auri,*
Tincturæ Corallorum,
Tincturæ omnium lapidum pretiosorum.
Tincturæ Viperarum ana ℥ j.
Nepentes Quercetani maioris ℥ ij.

Fiat Mistura Philosophico-Medica, de qua vide dictum Iosephum Quercetanum in Pharmacop. dogmatica restituta cap. 23. *de Antidotis, Alexipharmacis, & Alexiteriis seu Theriacis.*

Laudanum insigne Paracelsi, quod Adamus à Bodenstein Philosophiæ & Medicinæ Doctor, communicat in fine libri Theophrasti de vita longa, ad hunc modum:

Auri folia.

℞ *Obrizi foliati* ℥ j.
Margaritarum non perforatarum ℥ ß.
Florum Antimonii,
Asphalti, ana ʒ j.
Croci Orientalis ʒ iij.
Myrrhæ Romanæ,
Aloes succotrini ana ad pondus omnium, *reduc ad formam.*
Dosis à granis IV. ad vij. & x.

Vsus eius est in deploratis dissolutisq; morbis.

Anodynum specificum Paracelsi.

℞ Opii Thebaici ℥ j.
Succor. Arantior. Cydonior. ana ℔. ß.
Cinnamomi, Garyophyllor. ana ʒ ß.

Tusa

Tusa minutim & mista digerantur in clauso vitro calore primi gradus per mensem: expresso liquori adde

Moschi ℈j. Ambræ ℈iv.
Croci ʒ ß. Solut. corallorum,
Solutionis perlarum an. ʒ ß.

Digere per mensem: tandem adiice Quintæ essentiæ auri ʒ ß. *Quinta essentia auri.*

Conditum regale spagyricum Iohannis Danielis Mylii.

℞ Conseru. cort. citri conditi ℥j. ß.
Confectionis Alkermes ʒij.
Aureæ Alexandrinæ ℥ß.
Lætificantis Galeni,
Confectionis de hyacintho an. ℥ ß.
Electuarii de gemmis ʒj.
Magisterii corallorum rubeorum ʒj. ß.
Salis perlarum ʒj.
Ossis de corde cerui. ʒß.
Confect. cordialis,
Confect. liberantis,
Aromatici rosati an. ℈j. ß.
Dianthos ʒj.
Vnicornu veri aut mineralis ℈j.
Diaphoretici Bezoartici solaris ʒj. *Diaphoreticum auri.*
Lapidis Bezoar veri ʒß.
Moschi, ambræ an. gr. vij.
Tinctura auri, ʒj. ß. *Tinctura auri.*
Tincturæ sachari,
Tinct. cinnam. an. ℥j.
Conseruar. florum buglossæ,
Violarum rosarum an. ℥iij.
Spiritus rosarum ℥iij.
Aquæ caponis aureæ & aromatisatæ ℥j. ß. *vel eius loco* aquæ cinnamomi ℥ij. *Aqua caponis aurea.*

Misce: Fiat conditum regium aduersus omnia venena, & confortatiuum egregium excellentissimumq; omnium septem membrorum principaliorum.

Puluis lætificans ex Rhedonæo.

℞ Sem. ozimi, croci,
Zedoariæ, ſantali citrini,
Caryophyllorum, cort. citri,
Galangæ, macis,
Nucis moſchatæ,
Styracis calamitæ an. ℥ij. ß.
Raſuræ eboris,
Sem. aniſi, epithymi,
Thymi an. ℥j.
Ambræ, moſchi,
Margaritarum,
Oſſis de corde cerui an. ʒß.
Foliorum auri,
Foliorum argenti, an. ℈ß.
Fiat omnium puluis, ut artis est.

Quinta eſſentia aurea atque aromatica, ad exhilarandos ſpiritus naturales, vitales ac animales, item ad vires proſtratas & omnes affectus à cauſa accidentali proficiſcentes. Iohannis Danielis Mylii.

℞ Caſſiæ ligneæ,
Rad. enulæ campanæ an. ℥iv.
Galangæ ʒvij.
Caryophyll. piperis,
Cardamomi vtriuſque,
Zingiberis, macis,
Nucis moſchatæ,
Ligni aloes an. ℥iij.

Fiat horum extractio cum Alkohole vini, extractis ad medietatem inſpiſſandum, cui adde
Tincturæ cinnamomi ex ℥xv.
Solutionis croci cum aqua theriacali ʒj.
Solutionis moſchi cum ſpiritu roſarum ℈ij.

Tin-

Tinctura solis ℥ß. *Tinctura solis vel auri.*

Tincturæ sachari, de manibus Christi cum aqua cinnamomi præpar. ℥xij.

Tincturæ perlarum ℥j.

Tincturæ corallorum ℥ß.

Misce fiat in digestione Quinta essentia aurea, sinnamomo aromatica, sin simpliciorem mauis, omitte tincturam solis, perlarum ac corallorum.

Elixir vitæ ex Libauio.

℞ Pulueris moiabani ℥ij.
Sem. petroselini, fœniculi,
Pimpinellæ, anisi an. ℥ß.
Pulueris scordii ℥vj.

Digerantur aqua cinnamomi & destillatæ Angelicæ an. lib. ß.

Digestione peracta destillentur. Ex facibus fiat Alkali cum aqua scordii. In destillatione soluantur huius Alkali,

Sal absynthii, sal scordii,
Sal ligni quaiaci an. ℥j.
Liquoris corallorum,
Liquoris margaritarum an. ℥ß.
Tincturæ croci ℈ß.
Liquoris solis ℈j. *Liquor solis seu auri.*
Essentiæ sachari ℥iij.
... aquæ flor: tunicæ lib. ß. *solutæ stent in circulatione donec vniantur.*

Elixir Dornæi.

℞ *Salis auri, per Mercurium & spiritum vini facti,* *Sal auri.*
Salis melissæ an. ℥ß.
Salis communis puri ℥viij. *Fiat.*

Laudanum opiatum aureum.

℞ Opii Thebaici ℥ij.

Huic spiritum vini affunde, & in balneo Mariæ pone ad digerendum, tincturamque extrahe, idque tantisper facias, dum præter faces nihil in fundo subsideat, & totam tincturam in vase mundo vitreo serua, postea

℞ Succi Hyosciami, *ex sole exsiccati* ℥j.

Eodem modo tincturam cum spiritu vini extrahito, & praecedenti misce, tunc

℞ Diambræ ℥ j.

Infunde etiam cum spiritu vini ad eminentiam trium digitorum, vase bene obturato, stent in B. Mariæ vel alio tepido calore, & tincturam elice sicuti fecisti cum prioribus, seorsim autem hanc reseruabis, donec dixero, iam

℞ Tincturæ croci Orientalis ex ℥j.
Tincturæ mumiæ ex ℥ß.

Misce has tincturas & in M. balneo per 15. dies digerite, tum spiritum vini omnem inde destilla, ad crassitiem, & superaffunde vnam partem tincturæ diambræ (trina vice opus erit) *& digere in calore balnei per 6. hebdomadas, tandem*

℞ Essentiæ corallorum,
Essentiæ succini pellucidi an. ℥j.
Magisterii perlarum ℈j.
Cornu vnicornu gr. vij.
Ossis de corde cerui ℈ ß.
Auri potabilis, vel *tincturæ auri* ℥ß.
Tincturam opii cum tinctura hyosciami,
Tincturæ diambræ partem secundam,

Aurum potabile vel tinctura auri.

Vicissim digerant commiscendo per 7. dies in balneo Mariæ, spiritum vini lenissime elapso hoc tempore inde abstrahe, & residuum de tinctura diambræ superaffunde, digere ad coagulationem, demum adde

Olei succini, olei masticis,
Olei cinnamomi an. ℈j.
Extractionis moschi cum s. vini ℈ß.

Fiat laudanum aureum, cuius Dosis gra. iij. ad vj. *In forma pilularum, vel cum conuenienti liquore.*

Elyxir Balsami Paracelsi. Tomo 6. Archidox. libr. 8.

℞ Veri ac optimi Balsami nobis cogniti, lib. j.

Hoc ponatur in vitrum coopertum alembico caeco, & vna cum eo

Quinta essentia auri, ℥ij.
Quintæ essentiæ circulati maioris ℥ ß.

Quinta essentia auri.

Infundas, quae simul omnia digerantur igne lento, sit vt noctes atque dies vapores ascendant. Postmodum augeatur ignis, vt guttae quaedam adhaereant, decidant-

dantque guttatim, duobus mensibus. Tandem in equino fimo quatuor mensibus maneant, vt absque intermißione suam digestionem habeant. Quo peracto completum est Elixir. Intelligendum hoc Balsamum aut Elixir fieri fermentum, quod in radice vitæ coquitur & immiscetur, potestatemque redigendi vitam habet in essentia bona, sic vt natura nulla resistere valeat. Nam secus ac Arsenicum naturam in malum vincit, Elixir hoc in bonum ex aduerso illam superat, corpora defendens.

Elixir Paracelsi aliud, eodem tom. fol. 87.

℞ Sal optime præpar. albiss. ac mundissimum, *Hoc in pelicanum ponatur cum aqua vitæ soluentis tanta quantitate, quæ sexies pondus illius superet: In fimo digerantur equino simul vno mense: postea separetur aqua soluens per destillationem, & rursus affundatur ac separetur vt prius, idque toties donec sal in oleum conuertatur, cui iungatur:*

Quintæ essentiæ auri pars octaua, *Quinta essentia auri.*

Simulque digerantur in pelicano & in equino ventre, per quatuor menses, & postmodum circulentur per mensem, addaturque pars altera vini circulati: sic maneant in ascensione per mensem adhuc.

Elixir Paracelsi, tom. 6. in Archidoxis libr. 8. cap. 88. & 89.

℞ Throni *quantum voles, quod in pelicano positum sit ad digestionem in sole duobus mensibus; melius tamen per æstatem, postmodum addatur*

Quintæ essentiæ auri, pars quarta, & ita circulentur simul duobus mensibus, & erit Elixir.

Elixir Quintarum essentiarum eiusdem.

℞ Quintæ essentiæ chelidoniæ,
Q. essent. melissæ an. ℥ij.
Quintæ essentiæ auri, *Quinta essentia auri.*
Quintæ essentiæ Mercurii an. ℥ß.
Q. Essentiæ croci,
Q. Essentiæ myrobalan. omnium an. ℥j.

Omnia permixta simul in digestione solis clausa cæco maneant Alembico mense bino: postmodum adde:

Quintæ essentiæ vini,
Magisterii eiusdem ana ℥j. ß.

Et iterum digerantur per mensem vt supra. Tandem in thesaurum seruato, nec dum ad præseruationem tantum, sed etiam ad restaurationem.

Elixir auri cum Mercurio, fol. 148. tom. 6. lib. 3. cap. 8.

Reduc Mercurium in eleuatione tantisper, dum in fixum crystallum abeat. Deinde in resolutionem ac coagulationem digere, & cum AVRO *coniunge, ita vt fermentum eius hoc ipsum fiat; proinde age iuxta præscriptum Hermetis, age vsq; in finem lapidis, cuius Dosis est granum vnum. Huius vis ac virtus corpus reseruat integrum.*

Arcanum Conseruationis libro de vita longa. fol. 118.

℞ Florum sectarum ℥j.
Fol. dauri ℥v.
Quintæ essentiæ auri,
Q. Essentiæ perlarum,
Q. Essentiæ croci,
Q. Essentiæ chelidoniæ,
Q. Essentiæ melissæ an. ℥v.

Quinta essentia auri.

Mixta simul omnia secundum Artistarum morem, & in compositum vnum, organis vitreis ad vsum seruabis. Hæc Medicina sufficiens est ad curam expulsionis morborum accidentalium.

Arcanum Quintæ Essentiæ cum sulphure & antimonio.

℞ Florum sulphuris lib. ß.
Flor. Antimonii alborum, *Spiritu vitrioli vel nitri correctorum,* ℥j. ß.
Succi auri, ℥j.
Aquæ vitæ circulatæ ℥x.

Succus auri.

Digerantur ad mensem. & in massam duram congelantur. Huius quolibet vice administrabis ℥j. Paracelsus de contract. tract. 2.

Elixir salis Paracelsi secundum Libauium.

℞ Olei salis partem vnam,
Quintæ essentiæ auri, tantundem,
Digere in pelicano in ventre equino per menses quatuor, adde

Quinta essentia auri.

Vini

Vini circulati, partem vnam,

Digere vicißim circulando per mensem: adiice deinde & partem aliam, & similiter age.

Rotulæ Spagyricæ aureæ Mylii.

℞ Tinctura solis ʒij. *Tinctura auri.*
Essent. perlarum ʒß.
Tinctura corallor. ʒj.
Olei cinnamomi gutt. vj.
Sachari *in aqua calendulæ q.s. dissoluti.*
Fiant Rotulæ aureæ deauratæ.

Sal Bezoarticus regius ac sudorificus Ioh. Danielis Mylii.

℞ Magister: omnium gemmarum,
Salis perlarum,
Salis Theriacalis,
Alkoholis de serpentibus ana ℥ij.
Lapidis Bezoar ʒß.
Bezoartici mineralis ℥ij.
Bezoartici solis ℥j. *Bezoartici solis.*
Antimonii diaphoretici fixiss. ʒß.
Terræ sigillatæ ℥j.
Misce, Fiat puluis regius ac diaphoreticus.

Spagyricum nostrum Arcanum de serpentibus.

℞ *Corda, hepata, carnemque cum spinis de serpentibus: His rite præparatis adde*
Rad. Angelicæ, Valerianæ,
Tormentillæ, gentianæ,
Aristolochiæ ana ℥j.
Rutæ ℥iij. Absinthii ℥j.
C. cerui, corall. rubeor. ana ℥j.

Misceantur omnia & calcinentur in cineres, & quibus cum vino simplici extrahe salem, quem semel aut bis adhuc correctum habebis pro magno secreto: Dosis ℈j. pro illustrioribus adde ad ℥j.
Salis spagyrici,
Magisterii perlarum,

Magi-

Magist. gemmarum,
Bezoartici solis ana ʒj.
Vnicornu, ambræ an. ℈ij.
Lapid. Bezoartici præpar.
Dosis ℈ß. *cum conserua rosarum,*

Bezoarticū solis.

Sol hic Spagyricus etiam à quibusdam cum terra sigillata miscetur & datur cum aqua carduibenedicti aut vino maluatico.

Mixtura ad lepram composita D. Graßbecks.


℞ Spiritus Aquæ Theriacalis ℥ij.
Spiritus tartari correcti ℥j.ß.
Spiritus vitrioli rectificati ℥j.
Spiritus corallorum rubeor. ℥ß.
Liquoris cornu cerui ℥j.
Tincturæ auri, ʒj.
Tincturæ argenti, ℥ß.
Essent. confectionis viperinæ ℥j.
Essent. gemmarum omnium an. ʒß.
Essent. Antimonii fixi ℥ß.
Extract. spec. diambræ ℥j.
Essentiæ croci ʒij.
Syr. coralliorum ℥iij.
Syr. margaritarum ℥j.
Syr. gemmarum ana ʒj.
Syrupi de terra sigillata ℥ß.
Tincturæ Theriacæ q. v.

Tinctura auri. Tinctura Lunæ.

Misceantur omnia & digerantur, clarificentur colenturque: colatura Dosis ʒj. *per se vel cum aqua theriacali.*

* * *

IOAN-



IOANNIS-DANIELIS MYLII PHILOSOPHIÆ ET MEDICINÆ DOCTORIS,

ANATOMIÆ AVRI

Siue

TYROCINII MEDICO-CHYMICI,

PARS III.

De Auri potabilis præparatione tam vulgari quam Philosophica.

Auri præparatio Chymica simplex.



VRI potabilis præparationem dicimus duplicem; vnam simplicem, alteram Philosophicam. Simplex præparatio fit primo per calcinationem, quæ est *corporis in calcem per ignem reductio:* vel vt *Geber* vult, *Rei per ignem puluerisatio, cum priuatione humiditatis accidentalis, non vero essentialis, quæ partes consolidabat & continuebat.* Hinc calcinationem simplicem dicimus etiam actualem, Philosophicam vero potentialem: Quia *actualis calcinatio*, ignis vi rem materialem in calcem redigit; *potentialis* vero igne essentiali, more Philosophico & syncera via artificiali ac naturali. Calcinationi auri inseruiunt, *amalgamatio, præcipitatio, stratificatio*, & *fumigatio.* *Simplex auri calcinatio.* *Calcinatio actualis ac potentialis.*

Forma Amalgamationis auri talis est. Aurum cæmentatum vel per Antimo *Auri Amalgatio.*

timonium fusum, in tenuissimas lamellas & bracteolas ducitur, seu in minutas particulas forfice cōcinditur, interim Mercurius optime per acetum ac salem purificatus atq; pręparatus prole mundato siue ignito catino aut tigillo, (ab intus creta optime illinito) cumque incipit exhalare, additur aurum concissum vel foliatum, & extra ignem agitatur baccillo ligneo donec optime incorporentur, tunc subito extinguitur Amalgama proiiciendo in vas aqua pura plenum, in quo abluitur vsque dum omnem nigredinem quam contraxit vel à Mercurio non satis purificato aut ligno vsto deposuerit. Si iam calx nuda quæritur, Amalgama per corium recipimus, vel loculum ex pelle caprino confectum, & abundantem Mercurium separamus, globum vero siue massam in corio relictam, admouemus igni in tigillo, continuo baculo ligneo agitando, donec totus *Mercurius* exhalauerit, (verum hac ratione magna pars auri perit) tunc abluitur: magna etiam cura ignis habenda est ne fragorem, vti solet, edat acutissimum: Ad meliorem operis præcautionem, solent nonnulli amalgamati adiicere duplum sui ponderis salis communis decrepidati, diligentissimeq; terunt in mortario marmoreo, postmodum ab igne Mercurium euolare permittunt, sic sine periculo fit calx solis absque naufragio vllo, hoc tamen etiam insuper animaduertendum, ne aurum tuum rursus fluere facias, & nota quando de sale adhuc aliquid apud calcem solis est residuum, illud aqua limpida dulci calida per ablutionem siue edulcorationem venit separandum.

Præcautio in amalgamādo.

Aurum à fluxu animaduertendū.

Sin vero mauis calcem adhuc subtiliorem, non opus est edulcoratione, sed totum ita pone in caucibulo adaptato, cooperto ac lutato, paruo tamen, vt si quid de Mercurio restaret, foramine peruio, igne rotæ per dies duodecim, aut quantum vis reuerbera; iam euolato Mercurio & edulcata calce, reperies aurum calcinatum redditum: quod summa adhibita cautione exsiccandum, sin vero calcem mauis esse *Alkohol*, aurum denuo Amalgama, & per corium traiice vt supra, tandem abundantia *Mercurii* sic separata, globum illum cum duplo ponderis sui florum sulphuris commisce, optime terendo, inque scutellam terream vitreatam ponendo, tandem *Alkohol vini* absque omni phlegmate desuper fundendo, hunc inde suis adminiculis deflagrando atque accendendo. Post cuius deflagrationem videlicet sulphuris, spiritus vini, & Mercurii, spongiosum, attenuatumque etiam sic repe-

Calx solis subtilior.

Aurum calcinatum probe.

Alkohol auri.

Alkohol vini, id est spiritus vini rectificatus.

reperies, & si hæc operatio siue processus tertia vice adhuc repeteretur, videlicet amalgamando & cum sulphure calcinando, *aurum summe Alkoholisatum* existit.

Nonnulli Amalgama solis calcinant cum sulphure crudo, sale tartari, cinnabari factitio & aliis, verum hæc iam dicta optima & probabilis existere atque constare videtur.

Dosis restat dicenda, auri & Mercurii, quanta sit vnius cuiusq; in Amalgamando: Aurifabri vulgariter recipiunt Mercurii partes tres, auri partem vnam, alii recipiunt partes octo plus minusve etiam sex Mercurii ad vnam partem auri: Sennertus præscribit sextuplam partem Mercurii, cum duplo sulphuris viui ad vnam partem auri &c. In hoc nemini præscribitur, sed cuilibet suo arbitrio ac libitu relinquitur ac proponitur, melius tamen concedimus esse excedere Dosin sulphuris, salis, Mercurii &c. quam auri, ne imminens fiat periculum, vti enim salis nitri vis & natura instar fulguris agit sursum, sic aurum si lege artis non tractatur, vergit deorsum: vide de hoc pluries Basilicam nostram Chymicam libr. 1. capite 1. sequitur auri præcipitatio.

Dosis Mercurii & auri in Amalgamatione.

Secunda calcinationis auri species, est eius præcipitatio per aquam Philosophicam, vel aquam regiam; modus præparandi aquam regiam talis est: Recipe libram semis aquæ fortis communis, solue in illa vnciam vnã salis armoniaci, vel quantum soluere potest in paruo calore: ita habebis aquam regiam, in qua tantum solues auri fini quantum libuerit, solutio effundatur in vitrum capax, & guttatim saltem propter ebullitionis strepitum ac periculum, instilla de bono olei tartari in cella per se resoluti: in huius defectu sal tartari in aqua communi solutum accipiatur: requiritur autem olei tartari bona quantitas, tunc aurum ex repercussione petit fundum: vbi tota auri calx soluta fundum petiisse videbitur (quod animaduertes è colore aquæ regis, qui debet esse albus, nam si adhuc flauus sit, signum est totum aurum nondum repercussum, plus igitur olei tartari guttatim effundatur, vsque dum solutio & omnia sint nigra reddita) tunc post subsidentiam aliquot horarum in calido liquorem superiorem effunde, & calcem postea in balneo Mariæ prudenter exsicca, & si placet reuerbera aut calcina, amplius enim non repercutit: calcem collectam ad suos vsus in vitreo vasculo reconde, & si placet adulcorare poteris, attamen

Aqua regia dicitur quia aurum reliquorum metallorũ Rex.

Auri repercussio.

Signum veræ præcipitationis auri.

Calx solis diaphoretica.

hæc calx reductilis est. Dosis est granorum trium ad quatuor, mouet sudorem, & datur cum appropriatis. De auro fulminante, quod instar fulminis dissiliendo fragorem edit acutissimum vide Basilicam Crollii Chymicam fol. 211. Ceraunocrison auri diaphoreticum vide apud Beguinum in Tyrocinio Chymico cap. 16. fol. 153.

Calcinatio auri probabilior, D. Doctoris Iohannis Hartmanni hæc est: Recipe aurum per cementum purgatum, hoc in particulas minutissimas forficibus scinde, inque crucibulum mundum inter carbones ardentes ponito, vt aurum aliquantulum incandescat; postmodum ex alio tigillo, *Mercurium* probe mundatum ac calefactum, auro desuper affunde, baccilloque extra ignem pro diligenti incorporatione misceto: postmodum in aquam frigidam effundito, massam optime lotam per corium traiicito, Mercurium superfluum inde separando vt massa dura instar globi remaneat, quam cum duplo sui ponderis salis præparati teres, inque mortario vitreo vel marmoreo peragendum est, ita tamen vt nihil de amalgamate appareat vel pereat: Hoc totum pone in crucibulum coopertum & lutatum paruo saltem foramine peruium, & igne rotę reuerbera, per duodecim horas, tali cautione, ne aurum igne violento in fluxum reducas; calcinatum probe iam edulcora, & ad calidam fornacem calcem exsicca. Hanc calcem denuo amalgama, & massam ex marsupio sumptam ac duram cum florum sulphuris duplo sui ponderis immisce, optime contere, & in scutellam terream vitreatam ponito, superfundendo spiritum vini deplegmatum, tandem accende, hinc aurum fit spongiosum. Hæc Amalgamatio, ac cum sulphure commixtio, item & cum spiritu vini accensio, bis vel ter adhuc repetatur, vt aurum sit spongiosius: quod sic ad summum gradum perfectionis duces; Recipe Mercurium sublimatum, eundem bis vel ter ab auro sublima, (si enim aliquoties institueretur hæc sublimatio, spirituum fieret vnio in his duobus metallis) & calx auri erit tenuissima in omni liquore homogeneo solubilis.

Adhibenda cautio in reuerberatione auri.

Mercurii sublimatio ab auro. Vnio sublimati & auri.

Calcinatio auri, Doctoris Antonii in Anglia hæc est in præparatione sui auri potabilis: Recipe auri quantum vis, purga bis vel ter per Antimonium, deinde Amalgama cum Mercurio vt artis est, separa superfluum Mercurii per corium, deinde misce cum sublimatis floribus sulphuris, & pone in vase calcinatorio seu testa ad calcinandum,

dum, ſpatula ferrea ſemper mouendo, donec Mercurius & ſulphur euanuerint, & aurum ſit ſubtili modo calcinatum. Hanc calcem ſolis miſce viciſſim cum ſale fuſo, atque iterum calcina igne mediocri per 24. horas, deinde edulcora & ſecunda calcinatio eſt abſoluta. Tertio hunc auri puluerem quater cum ſale tartari calcinato, ſemper per octo horas laborem abſoluendo, tandem edulcorato, & aurum egregie eſt calcinatum. Hi duo modi aurum calcinandi fiunt abſque præcipitatione cum aqua regis, & ſunt boni atque veri, ſed redibimus ad præcipitationes ſolis varios, vel per ſe vel cum mixtis. *Prima calcinatio cum ſulphure. 2. cum ſale fuſo. 3. cum ſale tartari.*

Præcipitatio auri Diaphoretica, per ſe etiam fit, ſi primo aurum probe ſolutum ſit per aquam regiam, ac deinde ſit præcipitatum cum oleo tartari, vnde calx ſolis etiam liberetur ab omni fragore & impetu percutiendi: quæ calx poſtmodũ ſingulari menſtruo vinoſo per menſem circulata, cohobata, ſpiritu roſaceo edulcorata, fit puluis Diaphoreticus magnarum virtutum. Doſis granum vnum ad tria: vide de hoc Baſilicæ noſtræ Chymicæ lib. 1. c. 2. pag. 10. Alia etiam *auri præcipitatio eſt per ſe*, poſt abſtractionem aquæ regiæ, hanc deſcripſimus lib. 1. Baſilicæ Chym. cap. 2. pag. 24. taliter autem intitulatur, puluis auri vitæ alius. Cuius doſis eſt ab obulo dimidio ad obulum integrum, curat peſtem, reſiſtit venenis & philtris mirifice. Præcipitati compoſiti atque mixti, multiplices ac varii etiam ſunt, horum talis à nobis fit mentio. *Oleum tartari infunditur ſolutioni, vſque omnia nigra reddita ſint. Calcinatio auri abſque edulcoratione calcis ex aqua regis. Doſis.*

Primo fit *præcipitatus ſolis cum Mercurio Diaphoreticus* præſtans talem in modum: Recipe Leonis ſiue auri per Antimonium repurgatiſſimi partem vnam, ſeu drachmam integram, aquilæ mineralis partes duodecim ſeu vnciam vnam ac ſemis, mixtis ſuperfunde liquorẽ colcotharis rubei dephlegmati, quantum in totum ponderant illa duo; procedeque in omnibus vti docemus lib. 1. Baſilicæ Chym. cap. 2. fol. 11. Doſis huius eſt grana tria ad quinque. Adhibetur in omnibus contracturis: hydrope: pleuriſi; peſte; epilepſia; fiunt etiam inde pilulæ cum appropriatis addendo ſpiritus vitrioli guttulos aliquot. *Etiam ſex grana in Hydrope.*

Secundo fit *præcipitatus compoſitus cum auro* talis: accipe reguli Antimonii drachmam vnam, ſolue in aqua forti: recipe deinde auri fini drachmas duas ſolue in aqua regia: iã & Mercurii viui repurgati accipe vncias quatuor, ſolue etiam in aqua forti: tandem tres ſolutiones cõiunge, & in arena menſtrua abſtrahito ad ſiccitatem, calcem triplicem *Solutio Antimonii. Solutio auri. Solutio Mercurii viui.*

attamen vnam iam aqua destillata probe edulcorato, exsiccatoque, & cum oleo salis gemmæ, septies cohoba, tandem edulcora & cum spiritu vini rectifica abstrahendo, ab hac calce si & aquam rosaceam fragrantem exhalaueris, habebis puluerem aurei flauique coloris præstantissimum: cuius dosis, grana dua ad tria, cum conserua borraginis aut rosarum; sudores pellit, omniaque venena è corpore aufert.

Oleum salis gemmæ fit cũ Spiritu vini præstans.
Dosis.

Tertio fit & *præcipitatus seu puluis Bezoarticus solis* cum oleo antimonii; de quo vide Beguini Tyrocinium Chymicum cap. 16. fol. 153. A Crollio etiam talis fit puluis quem vocat diaphoreticum Antimonii, vide eius Basilicam fol. 155. 156. & 157. Item Basilicam nostram Chymicam lib. 1. cap. 2. fol. 13. & 14.

Bezoarticum metallicum Beguini. Diaphoreticum Crollii.

Quarto fit *præcipitatus auri diaphoreticus*, cum Mercurio & Regulo, à secundo dicto differens, quem genuine præscribimus in Basilica dicta nostra Chymica lib. 1. cap. 2. fol. 12.

Quinto fit *præcipitatus solis cum Mercurio* præstans, qui valde laboriosus & periculosus est, quare velim in phiola eius institueretur præcipitatio, tali enim modo non adeo metuenda esset disruptio vasorum, quamuis tamen & sic etiam summe prospiciendum est, & singulari operatione manuum procedendum, tempusque longius obseruandum, vide in nostra Basil. Chymica lib. 1. cap. 2. fol. 15.

Sexto fit *præcipitatus cum Mercurio viuo, & oleo Antimonii per saccharum candi præparatũ*, cuius dosis grana tria ad sex; datur in peste, hydrope, podagra, icteritia, febribus, lue venerea, catharris, & morbis chronicis, vide ibidem Basilicam nostram Chymicam libro 1. capite 2. folio 16.

Dosis.

Hic præcipitatus taliter applicatur & commiscetur: Recipe de hoc præcipitato solari drachmam vnam, præcipitati de Luna drachmam dimidiam, salis corallorum, scrupulos duos, extracti aloes cum rhabarbara, extracti liliorum conuallium ana drachmam vnam, moschi drachmam dimidiam, essentiæ croci scrupulum vnum & semis, myrrhæ scrupulos duos, olibani scrupulum semis, cum oleo Therebinthinæ fiant pilulæ triginta. Pro cura dantur in triginta diebus, triginta pilulæ singulis noctibus post somnum primum, vna operatione per sputum plus quam per secessum operantur: in preseruatione morborum singulis octo vel decem diebus datur vna. Hæ pilulæ vocantur

Præcipitati huius applicatio.
Pilulæ ex hoc præcipitato.
Pilulæ præcipitati aurea.

tur aureæ merito quia curant generaliores vt supra dictum, morbos, tam inueteratos quam chronicos.

Septimo fit *præcipitatus solis miraculosus*, ex auri puri vncia dimidia, Mercurii vnciis duabus, salis ex sanguine Virginis præparati drachmis tribus &c. quem describimus in Basilica nostra Chymica lib.1.cap.2.fol.17.eo lectorem remittimus legendum.

Octauo fit *præcipitatus auri fixus*, magnarum virtutum, ex sulphure vitrioli, auro calcinato, & aqua Mercuriali, cuius descriptionem aliquantulum obscuram ex nostra Basilica Chymica pete, lib.1. cap.2. fol.19. & 20.

Nono, fit & *præcipitatus auri fixus*, beneficio & gratia aquæ Mercurialis, quæ destillatur in oleum vt aurum præcipitet, vide eundem in nostra Basilica lib.1.cap.2.fol.17.& 18.

Decimo, fit *præcipitatis solis*, ex reguli Antimonii vnciis quatuor, Mercurii sublimati vncia vna ac semis, item & calce auri vncia semis, cum oleo salis vel spiritu nitri soluantur in vnam solutionem, cohobentur quinquies, sexto in totum inde fiat destillatio, tandem sublimatio, & vltimo cum spiritu vini rectificatio. Dosis eius est granum vnum ad summum tria, eius ambiguam descriptionem vide in nostra Basilica Chymica lib.1.cap.2.fol.19. *Dosis. Vsus cum vehiculis.*

Vndecimo, fit & *præcipitatus auri cum Mercurio & Luna*, videlicet parte vna auri, partibus tribus Lunæ finę, simul fusis & laminatis, postmodum in limaturam redactis, & cum duodecim partibus Mercurii amalgamatis: Amalgama phiolæ inditum & præcipitatum. Huius dosis est grana tria ad quatuor. Redigitur etiam in oleum cum spiritu Saturni, cuius dosis guttula vna. In hydrope, paralysi, contracturis & lue venerea. *Basilica chymica libr. 1. cap. 2. fol. 18.*

Duodecimo, fit & *præcipitatus compositus*. Ex auri calcinati vncia vna ac semis, cinnabaris rectificati drachmis tribus, Mercurii sublimati vnciis quatuor, humectatis & putrefactis cum oleo vitrioli in cella per duas septimanas, tandem cum Alkohole vini fiant præcipitatus, quem vide Basil. Chymica lib.1.cap.2.fol.20.

Decimotertio, fit & *præcipitatus solis cum Luna* cum oleo quæ ex antimonio & vitriolo destillatum est; vide ibidem Basil. Chym. lib. cap.2.fol.21.

Decimoquarto, fit *præcipitatus ex Amalgemate solis cum Mercurio*, per

per aquam mercurialem cum sacharo destillatam, spiritu vitrioli corrigendus, & spiritu vini dulcificandus, vide eandem Basilicam dicto loco citato.

Decimoquinto, fit & *præcipitatus seu aurum vitæ*, ex amalgamate solis & floribus reguli Antimonii, vti videre est in nostra Basilica Chymica lib. 1. cap. 2. fol. 21. 22.

Dosis auri vitæ.

Decimo sexto, fit & *aurum vitæ* per calcinationem solis cum sale & sacharo, deinde per spiritum vini super alembicum destillando ad remanentiam pulueris, cuius dosis grana quatuor ad quinque. Vide eandem Basilicam fol. 23.

Decimo septimo, fit & *aurum vitæ pretiosum*, magnarum virtutum ex auro & vitro antimonii simulac præcipitato Mercuriali, quem vide ibidem in citata Basilica fol. 24. 24.

Auri destillatio super alembicum. Vitriolum solis.

Decimo octauo, fit & *aurum vitæ egregium* auro nempe soluto ex aqua minerali, simulac destillatis super alembicum, ita vt aurum redactum sit in vitriolum, quod postea præcipitatum euadit arcanum medicamentum solis, cuius descriptio in dicta Basilica folio 25. & 26.

Aurum vitæ ex Mercurio & auro.

Decimonono, fit & *aurum vitæ geminum*, cuius descriptionem tradit meus affinis D. Iohannes Hartmanni Archiater Mauritianus & Cassellanus, in dictatis in Crollium, cui desunt adnotationes eius D. Hartmanni in Crollium, videat nostram Basilicam Chymicam lib. 1. cap. 2. fol. 26.

Vigesimo communicamus affinis nostri *aurum vitæ geminum*, in dicta Basilica Chymica lib. 1. cap. 2. fol. 26. & 27. Hactenus de præcipitatis & pulueribus ex auro, sequuntur adhuc duæ auri calcinandi species, vt sunt stratificatio & fumigatio.

Calcinationis species tertia.

Nisi aurum prius fuerit Amalgamatum & floribus sulphuris simul mixtis, calcinatũ, difficilime procedit.

Stratificatio auri talis est: Recipe auri puri tenuissime laminati amalgamatiq; vel eius loco folia, prout libuerit quantum vis, huic auro adde triplam quantitatem cinnabaris, faciendo stratum super stratum, & pone inuicem sub tegula ad euaporandum cinnabarim ab auro, & euadet in puluerem flauum, hoc & secundo atque tertio modo sic reiterabis, tandem solem tuum inuenies flauissimo subtilissimum instar spongiæ pulcherrimæ, ad solutionem vel extractionem sat superque idoneus atque habilis.

Fumigatio auri talis est: Fusum plumbum vel Mercurius calens ollæ

ollæ anguſti orificio imponitur, & ſuppoſito igne lento ac appoſita lamina ſolis vel Lunæ & aſcendens halitus ſe corpori inſinuat & fragile reddit; poſtea ſuccedit læuigatio cum ſale ſuper marmore, & ſalis tandem ablutio aqua pura à calce.

Calcinationis ſpecies quarta.

Fumigatio per vaporem humidum.

Fumigatio auri talis etiam eſt: Recipe auri purgati quantum vis, laminati tamen, ſuſpende ſuper vrina puerorum, mixta cum acinis vuarum, in ampla cucurbita vitrea ſuperius bene ſigillata, quam in ferueentem cumulum acinorum vuarum, vt ex torculari ſumuntur, infodias, ibi ſtet per quatuordecim dies vel tres ſeptimanas, poſtea aperi & inuenies ſubtiliſſimum vitriolum ſolis adhærentem laminis, quem pede leporino collige, & in vſum quem ſcis, adhibito plura in Baſilica Chymica lib. 1. cap. 4. fol. 29.

Fumigatio per vaporem ſiccum.

Cementatio auri.

Poſt calcinationem auri, ſimulac ipſis quatuor ſpeciebus calcinationis auri, ſequitur *auri cementatio*, quæ non tantum vitia, impuritates, & omnia heterogenea ab eo aufert, verum etiam in colore apprime exaltat. Nos in Baſilica noſtra Chymica ſeptendecim cœmentationis modos de auro ſimulac quaſdam de Luna ponimus, inter quas quædam valde ſunt curioſæ, Paracelſicæ, parum frugiferæ, aliæ auri tantum purgationes eæque bonæ, aliæ ſumptuoſæ, aliæ gradatoriæ, & aliæ valde laborioſæ, quare eas vt hic omnes repetamus, ſuperuacaneum iudicamus opus, & cementatorem auri remittimus in dictam Baſilicam lib. 1. cap. 5. fol. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. & 37.

Poſt cementationem, ſequitur *auri gradatio*, quæ metallum ad gradum qualitatis ſublimiorem exaltat. Quando autem duodecim modos gradationis in Baſilica noſtra Chymica lib. 1. cap. 6. fol. 37. 38. 39. 40. 41. & 42. poſuimus, eo gradatorem auri remittimus, & quæ melior ſit probandam relinquimus.

Sunt præterea & aliæ auri purgationes ad ſoluendumque præparationes, vti auri fuſio per antimonium, auri & Lunæ fulminatio, auri granulatio, item & auri reuerberatio, de his vide cap. 7. Baſilicæ Chymicæ lib. 1. fol. 43. 44. & 45.

Auri extractiones variæ.

Ad varias auri præparationes pertinet etiam extractio eius ſulphuris, tincturæ, floris, & eſſentiæ: in Baſilica noſtra Chymica viginti & quatuor dedimus extractionis modos vtiliſſimos, eorumque obi-

Auri fusio per antimonium est auri purgatio à suis heterogeneis.

ter talis fit mentio: *Prima extractio auri*, taliter fit: Aurum ter funditur per antimonium, demum soluitur oleo salis, cohobatur vt calx auri attenuetur; attenuata edulcoratur; edulcorata cum sale armoniaco reuerberatur; reuerberata, vicissim abluitur; abluta spiritu Therebinthiaco digeritur ad extractionem tincturæ auri, quæ tinctura circulatur cum Alkohole vini artificiosissime. Huius tincturæ drachma vna mista cum vncia vna aquæ theriacalis, medicamentum diaphoreticum est, per sudores humores superfluos expurgans vniuersi corporis: Dosis misturę est scrupulus semis ad scrupulum vnum. Vide cap.8. Basilicæ Chymicæ lib.1. fol.46.& 47.

Dosis & vsus cum appropriatis.

Spiritus vini Philosophicus aurũ Philosophicũ libentissime soluit.

Extractio auri secunda talis est: auri folia soluuntur per spiritum vini proprio sale acuatum; solutis apparet anima solis, quę destillatur super alembicum, & spiritus vini cum auro fit vna medicina potabilis, potens in suis operationibus; plura in Chymia nostra Basilica lib.1.cap.8.fol.47.48.49.

Acetum tartarisatum vel loco eius spiritus vini tartarisatus.

Extractio auri tertia talis: Auri folia soluuntur per spiritum aceti sale proprio acuatum, quæ solutio tamdiu circulatur donec tincturam auri producat, quæ tinctura à menstruo liberatur, aurum sale aceti prægnans phlegmate aceti edulcoratur, & auri tinctura cum Alkohole vini digeritur, soluitur, & per alembicum destillatur, sic tertia auri extractio constat clara quam dilucidius vide in Basil.Chym.lib.1. cap.8. fol.49.50.

Spiritus vitrioli Philosophicus de sublimato factus, optimus est.

Extractio auri quarta: Recipe auri purissime calcinati quantum vis, solue cum spiritu vitrioli Philosophico, digere, vt auri essentia emineat, quam sine separatione menstrui secretissime vsurpabis, in multis magnis & desperatissimis morbis, vide Basil. Chym. lib.1.cap. 8.fol.50.51.

Spiritus nitri singularis destillatio.

Extractio auri quinta: Ex nitro per se destillatur aqua, instar aquæ fortis, in qua soluitur salis armoniaci tantum quantum soluere potest; hanc aquam flauam auri foliis superfusam, extrahet eius tincturam, quæ postea à menstruo vicissim separatur, & manebit puluis flauus instar croci, qui dicitur sanguis Leonis purpureus, venit edulcorandus & essensificandus, vt summum in Medicina fiat arcanum. Lege desuper Basil.Chym.lib.1.cap.8.fol.52.53.

Tinctura auri sanguis est Leonis purpureus.

Aurum cum antimonio

Extractio auri sexta: Aurum in igne fit fluxile, cui importatur certa quantitas vitri antimonii, igne coniunctis, refrigescunt, pulueri-

santur

lantur & reuerberantur; reuerberatis, singulari menstruo ex auro tinctura elicitur, quæ seperato vicissim menstruo edulcoratur, edulcorata abit in summam medicinam. Menstruum vide in dicta Basil. Chym. lib. 1. cap. 8. fol. 53. *vitrescere debet.*

Extractio auri septima: Hæc fit ipsius præparatione per antimonium, & mortificatione reiterata per spiritum acerrimum & sanguinem hydræ, vt in furno reuerberii reddatur corpus leue ac spongiosum & irreductile, quod rursus reuerberatur donec in purpureum prodeat coloré: ex quo cum glaciati corneoli Alkohole ipsi quatuor digitos supernatante in matracio Hermetice clauso, & per mensem in balneo digesto separatur color, qui spiritui commiscetur: illumque separato vt artis est, remanet in fundo optatus liquor, qui postea tamdiu circulari debet donec fixetur. Huius tincturæ drachma vna cum vncia vna aquæ theriacalis optimæ, ad scrupuli vnius quantitatem mane ieiuno stomacho sumitur; Hoc medicamentum diaphoreticum est, sudores superfluos & noxios expurgans vniuersi corporis humores. Videatur desuper Basil. Chym. lib. 1. cap. 8. fol. 54. *Hic processus est Iosephi Quercetani in tetrade descriptus.* *Dosis.*

Extractio auri octaua: Extractio auri nona: Extractio auri decima: Extractio auri vndecima: Extractio auri duodecima &c. Has omnes videndas tradimus in nostra Basilica Chymica libro 1. capite 8. fol. 55. 56. & 57.

Extractio auri decimæ tertia, quæ est Paracelsica, talis existit: circulatum Philosophicum cum æquali pondere auri, septimanis quatuor circulatur, in hoc tempore liquor auri supernatabit circulato, quem separa & vtere in medicina. *Circulatum Alkohol vini, proprio sale acuatum.*

Extractio auri decima quarta, quæ eiusdem est Paracelsi, hanc vide in Basilica nostra Chymica, lib. 1. cap. 8. fol. 58.

Extractio auri decima quinta sic fit: Aurum ter calcinatur cum Mercurio & sulphure: deinde subtiliatur etiam cum sale armoniaco: à sale calx solis liberatur, & per spiritum salis extrahitur; extractionem auri tincturamque spiritus vini artificiose rapit, qui quasi vehiculum tincturæ cum ea manet pro medicina. Vide citatam Basilicam lib. 1. cap. 8. fol. 59. *Edulcoratio calcis solaris.*

Extractio auri decima sexta, est eius sulphur & vitriolum, qui processus conuenit cũ fumigatione auri secunda, superius descripta, attamen videre conuenit Basilica nostra Chym. lib. 1. c. 8. fol. 59. 60. & 61.

Vitriolum solis caeruleum. *Extractio vitrioli ex auro decimaseptima*, fit per menstruum admirabile ex silicibus confectum, quod videre est in Basilicæ Chym. lib. 1. cap. 8. fol. 61.

Extractio vitrioli & sulphuris auri decima octaua, æqualis est decimæ sextæ præcedentis, modo illustrior & appropriata: vti dicta Basilica Chymica demonstrat citato libro ac capite fol. 62.

Extractio sulphuris solis decima nona: Extractio sulphuris auri vigesima: Extractio florum solis vigesima prima: de his videatur Basilica Chymica lib. 1. cap. 8. fol. 62. 63. 64. 65. 66.

Collatio cum sexta extractione. *Extractio auri vigesima secunda*, est auri cum antimonio in vitrum reductio, quod vitrum cum spiritu vini extrahitur, in puluerem vero rursus destillando præcipitatur. *Dosis.* Dosis erit granum vnum; processum tenet Basilica dicto loco fol. 66.

Extractio auri vigesima tertia, est auri reductio in vitrum, vitri autem singularis cum menstruo extractio, vti videre poteris Basilicam Chymicam lib. 1. cap. 8. fol. 67.

Extractio auri vigesima quarta, videbitur eodem in citato loco Basilicę fol. 67. 68.

Auri solutiones.

Post extractionem auri, sequitur eius *solutio*, quarum viginti sex ponimus in nostra Basilica Chymica, verum omnes non sunt nudæ auri solutiones, sed mera ex parte compositiones, prout necessarium iudicamus esse obiter recensendum: vt exempli gratia *solutio prima auri*, est auri puluerisatio cum regulo antimonii & cinnabari factitio; his vnitis oleo vitrioli reducuntur in massam: massa cum aceto extrahitur: extractio ab aceto liberatur & cum Alkohole vini fit medicina & essentia multarum virtutum, vide dictam Basilicam lib. 1. cap. 9. fol. 68. 69.

Solutio auri secunda, est eius resolutio & combinatio cum oleo vitrioli proprio sale acuati, & fatendum est egregiam esse medicinam: vide eandem Basilicam Chymicam citato loco fol. 69. 70.

Quidam volunt, hoc esse aurum potabile Antonii Angli. *Tertio*, aurum soluitur per egregium menstruum quod conficitur ex Alkohole vini & spiritu vrinæ, puto esse D. Hartmanni aurum potabile, vide Basilicæ librum 1. cap. 9. fol. 70. 71. 72.

Quarto, Aurum soluitur aceto radicato, vt sola tinctura habeatur

tur & calx alba relinquatur, quæ calx sublimatur vt exinde prodeat Mercurius solis. Tinctura post hęc soluitur in oleo salis, itidem & sublimatus solis vel Mercurius eius; vnitis abeunt in medicinam præstantissimam. Vide citatam Basilicam fol. 73 74. *Solutio hæc me a e tractio. Sublimatio calcis solis.*

Quinto, Aurum soluitur oleo Saturni, quod fit intra decem dies, soluto auro, nulla menstrui fit separatio, sed manent vnita pro aurea Medicina. De hac docet Basil. Chym. fol. 74. 75.

Sexto, Aurum soluitur per oleum vitrioli, singulari modo paratum, vide Basilicæ fol. 75. 76.

Septimo, Auri solutio fit per spiritum vini tartarisatum, quæ solutio essentificatur probe, vt fiat Medicina auri præstans. Vide Basil. fol. 76 77.

Octaua auri solutio, est Iosephi Quercetani, quam describit in tetrade fol. 44.

Nona auri solutio, etiam Iosephi Quercetani in tetrade fol. 410.

Decima auri solutio; itidem Iosephi Quercetani est, vti videre conuenit tetradem fol. 409. Nos has describimus in Basilica Chymica lib. 1. cap. 9. fol. 77 78. 79.

Auri solutio vndecima; est Oswaldi Crollii vti videre est eius Basilica folio 213. & fol. 214. Basilicam vero nostram Chymicam fol. 79. 80.

Auri solutio duodecima; fit per oleum Mercurii, quod confectum est ex Ioue & Mercurio sublimato. Vide Basilicam Chymic. fol. 81.

Auri solutio decima tertia; est solutio solis per spiritum vitrioli; solutum spiritu vini redigitur in egregiam medicinam. Basilic. Chym. fol. 82.

Auri solutio decima quarta; est combinatio auri cum essentia crystallisata reguli antimonii cum Luna vnita; Basil. Chym. fol. 82. 83.

Auri solutio decima quinta; conuenit pene cum septima, quare binæ conferendæ, vtrum nobilior vide Basilicam Chymicam fol. 83.

Solutio solis decima sexta: fit per spiritum salis, cum quo aurum vnitur, & videtur esse Bornetti, vide iatrochymiam nostram, fol. 81. Basil. fol. 84.

Solutio solis decima septima: fit per singulare menstruum, quod fit ex melle cum tartaro, quod aurum trahet per alembicum. Vide Basilicam Chymicam lib. 1. cap. 9. fol. 84. 85.

Solutio solis decima octaua: fit per spiritum vini cum sacharodestillatum, vti vide Basil. Chym. fol. 84. 85.

Solutio solis decima nona: *Solutio solis vigesima*: *Solutio solis vigesima prima*. *Solutio solis vigesima secunda*: *Solutio solis vigesima tertia*: *Solutio vigesima quarta*: vide Basilicam Chymicam lib. 1. cap. 9. fol. 86. 87. 88. 89. 90. 91. & 92.

Solutio solis vigesima quinta: est Paracelsi, eandem vide Basilica Chymica lib. 1. cap. 9. fol. 93.

Solutio auri vigesima sexta: est magisterium eiusdem Paracelsi lib. 6. Archidoxorum, eadem dicta Basilica lib. 1. cap. 9. fol. 93. Sequuntur solutiones auri in oleum.

Solutio auri vigesima septima: est auri in oleum, cum oleo Alchibit id est sulphuris, & spiritu vini radicali, qui aurum ducit super alembicum, & postea in pelicano circulat in oleum rubium ac perspicax: quod *oleum cum Mercurio antimonii in nobilem ac veram auream abit Medicinam*. Vide desuper Basilicæ Chymicæ libro 1. cap 10. fol. 94. 95.

Solutio auri vigesima octaua: itidem est auri in oleum, eaque egregia existit etiam, & fit per oleum salis verum ac genuinum Philosophice compositum, vide eandem Basilicam Chymicam libr. 1. cap. 10. fol, 96. 97.

Solutio auri vigesima nona: est pene eadem cum præcedenti, verum hoc oleum salis, quod hic requirimus fit ex sale marino, & in fine fit rectificatio ac circulatio cum spiritu vini, quod in priori solutione non fit. Videatur Basilica Chymica lib. cap. 10. fol. 97. 98. 99. 100. 101. & 102. Item Quercetan. in tetrade grauissimor: affect. capitis cap. 29.

Auri solutio trigesima: est secreta D. Hartmanni affinis ac patris mihi colendi: fit autem primo oleum salis armoniaci, ad soluendum Mercurium vt abeat in essentiam Mercurialem: quæ essentia aurum præparatum, vti nostra Basilica docet, resoluit in colorem sanguineum, remanentibus albis floribus: Hoc aurum ita resolutum cum spiritu Therebintinæ corrigitur, cumque spiritu vini in egregium aurum potabile transit. Vide Basilicam nostram, libr. 1. cap. 10. fol. 102. & 103.

Auri solutio trigesima prima: quatuor præcedentibus solutionibus non est similis, verum bona etiam cum oleo salis gemmæ, hanc mihi commu-

communicauit Dominus Eglinus, S. sanctæ Theologiæ Doctor. Vide Basilicam eandem fol. 104.

Auri solutio trigesima secunda: Aurum calcinatur, soluitur cum oleo salis, armoniaco sale commixtus, destillatur per alembicum, rectificatur spiritu vini combustione eius desuper: postea aurum fit sublimabile, & per Alkohol vini circulatur in oleum, & fit aurum potabile, cuius dosis tres aut quatuor guttæ, Basil. Chym. lib. 1. cap. 10. fol. 104. 105. 106.

Auri solutio trigesima tertia: est auri sublimatio cum Mercurio, exinde fit destillando liquor albus, quem author huius processus *Mercurium solis* nuncupat. Basil. Chym. lib. 1. cap. 10. fol. 107.

Auri solutio trigesima quarta: est commixtio olei vitrioli, cum oleo salis in quo aurum sit solutum, & spiritu vini: hoc aurum potabile est Andreę Langneri vti videre est in quarta parte eius promptuarii. Basil. Chymicæ fol. 108.

Solutio solis trigesima quinta: est Paracelsi, tract. 2. de contracturis. testis est Basilica nostra Chymica lib. 1. cap. 10. fol. 108.

Solutio solis trigesima sexta: est auri cum Turpeto solis destillatio in oleum, vt inde aurum fiat diaphoreticum. Basil. Chym. lib. 1. cap. 10. fol. 108. 109.

Solutio solis trigesima septima, videatur in Basilica Chymica lib. 1. cap. 10. fol. 109.

Sic solutio solis trigesima octaua: eodem loco perspicienda.

Solutio solis trigesima nona: est aurum tantum solutum cum aqua regis, & est Paracelsi verbalogia. Vide Basilicam Chymicam libr. 1. cap. 10. fol. 110.

Solutio auri quadragesima: est ex Basilio desumpta verum obscura propter mineralem aquam, Leonem viridem, vti Paracelsus vocat, Basilius autem aquam veram soluentem. Vide Basil. dictam lib. 1. cap. 10. fol. 110. 111.

Solutio auri quadragesima prima: miraculosa est, & videtur esse Philosophica, nam oleum circulatum salis Philosophicum, & oleum vini Philosophicum, oleum ex auro faciunt sanguineum, quod non vulgaris modus est soluendi aurum. Vide Basilicam nostram Chymicam lib. 1. cap. 10. fol. 111.

Solutio auri quadragesima secunda: talis solutio etiam Philosophica vide-

videtur cum oleo vitrioli & cygno albo. destillatur enim auri tinctura supra alembicum, vt nunquam reduci possit. Basilicam ecce Chymicam lib.1.cap.10.fol.111.

Solutio auri quadragesima tertia: est auri probe calcinati resolutio cum spiritu tartarisato arcano, cuius præparat. vide Basil. Chym.lib. 1. cap.10.fol.112.

Solutio solis quadragesima quarta: videatur in dicta Basilica Chymica lib.1. cap.10. fol. 112. 113. obscura est & Phylosophica,& habilis est ad præstantem panacæam auream ac splendidam.

Solutio auri quadragesima quinta: Est ex tribus commistis, essentia vitrioli, essentia auri, essentia vini, excellens Medicina: vide eandem Basilicam fol.113.

Solutio auri quadragesima sexta: vna est & conuenit cum solutione quadragesima prima, verum aliquantulum apertius. Basil. Chym. fol.114.

Solutio auri quadragesima septima: est merus præcipitatus solis, verum cum essentia vini tartarisata facile abit in oleum, Basilica citato loco dicta.

Solutio auri quadragesima octaua: est præcipitatus solis cum oleo Mercurii diaphoreticus, hic conuertitur in oleum cum igne Philosophico. Basilica Chymica dicta fol. 114.115.

Solutio auri quadragesima nona: est merum auri vitriolum, quod redigitur in oleum cum dicto igne Philosophico. Basil. Chym. lib. 1. cap.10.fol.115.

Solutio auri quinquagesima: est correctio præcedentis solutionis, vide eandem dicta citata Basilica.

Panacææ aureæ, siue Magisteria composita ex auro fino & puro.

Panacæa auri composita prima, est Iosephi Quercetani mihi ab amico communicata: illa fit ex duabus essentiis, vna videlicet auri, altera sulphuris vitrioli: eius descriptionem communicauimus in Basilica nostra Chymica lib.1.cap.11. fol.116.117.

Panacæa auri composita secunda: eiusdem est Quercetani, videnda in tetrade grauissimorum totius capitis affectuum, cap.31.fol.398. In Basilica vero nostra Chymica lib.1.cap.11.fol.118.119.

Panacæa aurea tertia; quæ fit ex tinctura auri, Mercurii rite præcipitati ac fixati essentia, simulac spiritu vitrioli: vocatur etiam hæc panacæa, hermophroditis flos saphiricus, autor eius est Gregorius Magnus Phœdro Rodochæus. Vide Basilicam Chymicam lib. 1. cap. 11. fol. 119. 120. 121. 122. Paracelsi opinionem vide etiam ibidem fol. 123. 124. 125. & 126.

Panacæa aurea quarta: fit per misturam, cum oleo ex regulo antimonii cum omnibus metallis facto, miscetur spiritus salis & in putrefactione fit vnio, edulcorata hac mistura funditur super aurum præparatum vt fiat Panacæa. Cuius dosis guttæ tres vel quatuor. Basilic. Chym. lib. 1. cap. 11. fol. 126. 127.

Panacæa aurea quinta: fit per sublimationem mineræ solis cum sale armoniaco, exinde vt habeatur auri sulphur purum, quod redigitur in Panacæam cum Mercurio animali ac vegetabili. Vide Basilicam Chymicam lib. 1. cap. 11. fol. 127.

Panacæa aurea sexta; hæc constat itidem ex sulphure mineræ aureæ, & oleo flauo draconis. Vide Basilicam Chymicam eodem citato loco fol. 128.

Panacæa solaris septima: fit per salem & sulphur aureæ mineræ, & cum alba columba fit Panacæa. Basilic. Chym. libr. 1. capite 11. fol. 128. 129.

Panacæa solaris octaua: fit ex oleo vitrioli solis, essentia opii, sale & tinctura auri. Vide Basilicam eodem in loco fol. 130. 131.

Panacæa solaris nona: Aurum soluitur cum aqua regis tinctura antimonii resplendente, inde aurum sublimatur; huic sublimationi additur solis tinctura fixa, & fit descripta operatione in Basilica nostra, panacæa. lib. 1. cap. 11. fol. 131. 132.

Panacæa solaris decima: est coniunctio olei sulphuris vitrioli dulcis, cum oleo solis. Vide Basilic. Chymicam libr. 1. capite 11. fol. 132. 133.

Panacæa solaris vndecima: fit ex essentia perlarum & oleo solis. Basil. Chym. lib. 1. cap. 11. fol. 133. 134.

Panacæa solis duodecima: fit ex duabus tincturis, vna ex argento, altera ex auro. Vide Basilicam Chymicam libr. 1. cap. 11. fol. 134. 135. & 136.

Panacæa solaris decima tertia; Aurum soluitur & fixatur cum men-

strio ex marcasita plumbea facto. Basilic. Chym. libr. 1. capite 11. 136. 137.

Panacea solaris decima quarta: est commistio tincturæ Rubinorum, cum essentia auri: num cum antimonio ita processus sit bonus, dubito, communicauit mihi eum aliquando Gallus studiosus Medicinæ. Basil. Chym. fol. 137. 138. 139.

Panacea solis decima quinta: fit cum auro & oleo vitrioli. Basilica Chym. fol. 139. 140. 141.

Panacea solaris decima sexta: Hæc Monachi fuit, & fit ex balsamo terræ sigillatæ & tinctura auri. Basil. Chym. fol. 141. 142.

Panacea aurea decima septima: *Panacea aurea decima octaua*: *Panacea solaris decima nona*: Vide Basilicam Chymicam lib. 1. cap. 11. fol. 142. 143. 144. 145. & 146.

Panacea solaris vigesima: Hæc consistit in vera resolutione antimonii, & vera resolutione auri. Basilica Chymica libr. 1. cap. 11. fol. 146. 147. 148. 149.

Panacea solaris vigesima prima: Consistit in vera Anatomia Mercurii & solutione solis: Basilica Chymica lib. 1. cap. 11. fol. 149. 150. 151. 152.

Panaceca auri vigesima secunda: fit cum sublimato crystallino & calce marcasitæ solari. Basil. Chymica lib. 1. cap. 11. fol. 152. 153.

Panacea auri vigesima tertia: est aquæ Mercurialis fixatio cum amalgamate solis. Vide Basilicam Chymicam libr. 1. capit. 11. fol. 153. 154.

Panacea auri vigesima quarta: Hæc constat ex tribus essentiis, vna est essentia tritici, altera essentia vini, tertia essentia auri: Basilica Chymica lib. 1. cap. 11. fol. 154. 155. 156. 157. 158.

Panacea auri vigesima quinta: Videre est in Basilica Chymica lib. 1. cap. 11. fol. 158. 159.

Panacea auri vigesima sexta: dicta Basilica Chymica vide fol. 159.

Panacea auri vigesima septima: est Begaini vt videre est eius Tyrocinium capit. 20. Vide Basilicam nostram libr. 1. capite 11. fol. 159. 160.

Laudana quatuor ex auro: Vide in nostra Basilica Chymica lib. 1. cap. 12. fol. 161. 162. 163 & 164.

Mercu-

Mercurium ex solo. Vide dictam Basil. Chymicam lib. 1. cap. 13. fol. 164. 165. 166. 167. 168. 169. 170. vsque 184.

Processus porro nobilissimos de *auro potabili* varios etiam posuimus inter consilia nostra tradita in *Basilica Philosophica* libr. 1. vti videre est *consilium tertium*, & theoria cum praxi de lapide Philosophorum: qui processus quamuis non sit verus lapis, attamen *auri solutio est egregia vsque dum fontina applicetur.* Basil. Philos. lib. 1. fol. 13. 14. 15. 16. 17. &c.

Aliud *aurum potabile*, describitur etiam in decem capitibus Basilicæ Philosophicæ lib. 1. fol. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. & 26.

Lunam potabilem descriptam vide in *consilio sexto de theoria lapidis Philosophici* lib. 1. *Basilica Philosophica* fol. 40. & 41. Simulac *aurum potabile* eodem citato loco fol. 42. & fol. 43.

Aliud itidem *aurum potabile tradit consilium septimum Basilica Philosophica* lib. 1. fol. 43. 44. & 45.

Aurum item potabile describitur Basilica Philosophica nostra lib. 1. fol. 65. 66. 67. *Consilio nono.*

Aurum potabile vide eodem *Basilica Philosophica consilio duodecimo* lib. 1. fol. 75. 76. 77. & 78. confiteor tamen sane esse Philosophicum particulare si per fortinam circulentur.

Sic & *aurum potabile* est descriptum in *consilio decimo tertio* Basil. Chym. lib. 1. fol. 80. 81. & 82.

Aurum potabile etiam est illud *consilium decimum quartum* Basil. Philosoph. lib. 1. fol. 82. 83.

Aurum potabile vide & consilio decimo quinto Basil. Philosoph. lib. 1. fol. 83. & 84.

Aurum potabile miraculosum etiam continetur in *consilio decimo sexto Basilicæ Philosophicæ*, libr. 1. fol. 84. 85. 86. ad fol. 90. cum enumeratione efficaciæ & constellatione cum cæteris metallis.

Aurum potabile etiam describimus efficacissimum, in *Basilica Philosophica* lib. 1. fol. 95. 96. & 97. *consilio decimo octauo.*

Aurum potabile aliud vide in *Basilica Philosophica consilio vigesimo primo* lib. 1. fol. 103. & 104.

Tali modo est *aurum potabile, consilium vigesimum secundum & theoria de lapide Philosophorum.* Citata videatur *Basilica Philosophica* fol. 104. 105. 106. 107. 108. 109. 110.

Aurum potabile, & *vniuersalis Medicina* etiam est *consilium vigesimum tertium*, & *theoria de lapide Philosophorum*, in defectum lapidis Philosophici, nobiliorem in talem modum non expeterem Medicinam, procedit enim artificiosissimo modo, & videtur mihi esse vnum ex secretis Philosophicis, quod parens affinisque meus D. Iohannes Hartmanni Archiator Illustris Cassellanus, in praxi sua communicauit. Vide *Basilicam nostram*, desuper Philosophicam libr. 1. fol. 110. 111. 112. & 113.

Descriptio *auri potabilis* etiam ad modum *lapidis Philosophici* in *consilio nostro vigesimo septimo*, Basil. Philosoph. lib. 1. fol. 122. 123. 124. & 125.

Aurum etiam *potabile* vide in *consilio vigesimo nono Basilicæ Philosophicæ lib. 1. fol.* 127. 128. 129.

Imò & *aurum potabile* videtur in *consilio trigesimo secundo* Basil. Philosoph. lib. 1. fol. 137. 138.

Est etiam *aurum potabile Antonii Angli*, quod à quibusdam ad nos in Germaniam translatum est, verum multos decepit, eius processum genuinum qui appetit, à me habebit syncerum ac verum, non contemnendum illum putabis, clauis enim est ad lapidem. Hæc de auri præparationibus Chymicis, nunc de Philosophica.

AVRI POTABILIS PRÆPARATIO VERA, Physica ac Philosophica: demonstrata etiam cum authoritatibus antiquorum, tam ex theoria, & praxi, quam historica fide allegata.

Aristeni Philosophi. Zenon dicit corpus dicitur in quo aurum Aqua maris. Aqua permanens. Ethelia. Numus. Flos solis.

Aurum potabile vulgare à variis varie descriptum est, vt vero Philosophorum solummodo saniorum de hoc mentem intelligamus, perplacebit & eorum desuper harmoniam in medium proferre, practica illorum talia profert. Accipite corpus quod vobis monstratum est, atq; in tabulas tenues coaptate: deinde maris nostri aqua imponite, quæ dum regitur, aqua permanens dicitur. Post imponite leui igne, donec tabulæ confringantur, & fiant aqua, & etheliæ iungite, & lento igne simul assate, donec fiat brodium saginatum, & in suam etheliam vertite, donec coaguletur, & fiat numus varius, quem solis florem nuncupamus. Coquite eum deinceps, donec nigredine priue-

priuetur, & albedo appareat; Postea regite ipsum, & animam auri commiscete, & coquite, donec fiat Ethelia rubea, quam terite cum patientia, ne vos tædeat eam cum aqua imbuere, quæ ex ea exiuit, & quæ est permanens, donec rubeum fiat. Hoc enim est æs combustum, & auri flos, & fermentum: quod cum aqua permanente dirigite, postea desiccate, donec puluis fiat, & omni humiditate priuetur. Hæc pauca sunt Philosophi Aristenis verba, quorum Harmoniam videbimus etiam cum cæteris, prima consideratio erit de corporis solutione cum aqua, ecce authoritates Philosophantium, ex vera & syncera Philosophicospagyrica methodo: *Anima auri.* *Æs combustum.* *Flos auri.* *Fermentum.*

Prima authoritas est Arislei, dicens: si æs nostrum aquæ miscueritis, rem grandem efficietis. Nam æs ipsum nostrum cum aqua maris imponitur & coquitur. *Coctio æris cum aqua maris.*

Secunda authoritas Parmenidis est, inquiens: Natura natura lætatur, & naturam continet, & natura naturam vincit: Hisce tribus verbis totum compræhenditur opus: mare conuertit (corpus) in rubeũ, & auri collam. Coquite ergo in humore, donec natura appareat abscondita: & cum videritis hoc, imbibite septies aqua permanente, coquendo, assando donec rubeum fiat. ô natura illa cœlestis, veritatis naturas Dei nutu multiplicans: ô natura fortis, naturas vincens & superans, suasque naturas gaudere faciens. Hæc est illa natura specialis & spiritualis, cui Deus posse dedit, supra ignis violentiam. *Mare est aqua permanens, soluens corpus in rubeum.*

Tertia authoritas Harmonica est zimonis: dicens, masculum & fœminam ponite in vase vitreo, & terite cum Ethelia, & aceto acerrimo coquite eos per septem dies, & ne arcanum fumiget cauete: & cum siccum fuerit, totum iterum imbuite aceto, & tandem obtinebitis arcanum: Non potestis rubeum facere, nisi primum dealbaueritis, quoniam illæ duæ naturæ nihil aliud sunt, quam album ac rubeum &c. *Acetum & ipsa fontina.* *Post albedinẽ rubedo accedit.*

Quarta authoritas Pythagoræ est: Acetum acerrimum quod fecit aurum merum esse spiritum, sine quo nec albedo, nec nigredo, nec rubedo consistit. Et scitote quod cum corpori miscetur, continetur, & vnum fit cum eo & vertit ipsum in spiritum, & spirituali tingit tinctura, inuariabilique rursus à tincto, tincturam accipit corporalem, quam deleri non potest. Et scitote, quod si corpus absque aceto super ignem posueritis, comburetur id & corrumpetur, quia humor primus *Acetum aurum soluit in spiritum & tincturam perennem.*

Aceti Philosophici operatio. *Zenon. Nisi dealbaueritis, rubeum facere non poteritis.*

est frigidus. Acetum corpus comburit, & in cinerem vertit, ipsumque corpus dealbat, & coagulat, fitque nummus intensissimæ albedinis. Coquite ergo lapidem donec diruatur, deinde soluite rursus aqua maris temperate. Totius operis spes est dealbatio, cui rubor succedit: deinde perfectio.

Quintam authoritatem inducit Socrates: Prima vis est acetum: coquite in aceto donec niger & albus, spissitudo corporis diruitur aqua cõcepta. Lapidem terite, & rore & sale, & aqua maris & pluuiæ. Terite igitur ipsum aceto acerrimo centum quinquaginta diebus, cauentes ne in fumum vertatur acetum, & pereat.

In centum ac quinquaginta diebus lapis est perfectus.

Sexta authoritas est Mundi: Gummi nihil aliud est, quam aqua permanens, ex qua quidem aqua lapis noster pretiosissimus generatur. spiritus in corpora, & corpora in spiritus vertantur.

Septima autoritas est zenonis. Æs & plumbum lapis pretiosus: miscete ea æqualiter & assate cum eis aurum, & si bene rexeritis, fit spiritus tingens in medio spirituum. Cum enim masculus fœminæ coniungitur, fit ipsa fœmina non fugiens, & totum compositum spirituale, & ex ipso spirituali composito rubeum, quod est mundi principium.

Lapis Philosophorum est mundi principium.

Octaua authoritas est Dardani. Nihil incipere oportet studiosum artis, nisi aquæ permanentis vi cognita: quia vis eius spiritualis sanguis, abque hoc à Philosophis dicta est aqua permanens. Contrita autem cum corpore, corpus illud in spiritum vertit, quoniã sibi mixta inuicem, & in vnum redacta se inuicem vertunt. Corpus scilicet incorporat spiritum, spiritus vero corpus in spiritum vertit, prout sanguis vertit. Nam omne quod spiritum habet, etiam sanguinem habet.

Aqua permanentis vis est spiritualis. *Spiritus mutat corpus in spiritum.*

Nona authoritas est Boli: Philosophi aquam permanentem vocauerunt, eiusque frequenter meminerunt: similiter etiam album & rubeum facere multipliciter descripserunt, & variis nominibus. *Lapis est hæc ipsa permanens aqua, & dum aqua est, lapis non est.* Eo modo diuersa sortita est hæc aqua nomina. Quidam enim ex conditione & statu operis aquam, gummi, venenum, acetum: deinde coruum, æs vstum, æs nigrum, plumbum, serpentem: deinde marmor, lapidem crystallum, *Etheliam albam*, aurum, regem natum: Quidam à loco vbi generatur

Aqua permanens variis intitulatur nominibus. *Lapis Philosophorum, vocatur aqua, sputum*

ratur aqua ipsa, nomen ei sumpserunt: Quidam à calore, quidam sputum Lunæ, quidam cor salis eandem nominarunt. *Luna, cor salis &c.*

Decima authoritas est Pandulphi. Scitote omnes sapientiæ investigatores, quod aqua permanens est aqua vitæ munda, & quod nullum venenum tingens generatur absque sole & sua vmbra: Qui enim sapientum venenum sole & eius vmbra tinxit, ad maximum peruenit arcanum. *Aqua permanens est aqua vita.*

Vndecima authoritas est Ardarii: coquite medicinam donec bibat collam auri, & cum siccata fuerit, imbuite eam septies, quousque duas partes sui bibat, & postea ponite eam in igne, donec suum florem extrahat, remittite eam calori, & beati estis, si intelligitis quæ dico. *Coctio lapidis septena.*

Duodecima authoritas est Theophili: Diuidite venenum in duo æqualia, in vno æs liquefacite, in altero æs terite, triturate, & humectate, donec in laminas producatur: Et iterum cum priori veneni parte coquite donec duas ebibat, & hoc facite septies: deinde 42. diebus coquite, & aperite vas, & inuenietis æs in argentum viuum versum. Abluite ipsum coquendo, quousque sua priuetur nigredine, fiatque æs vmbra carens: Item ipsum continue coquite, donec coaguletur, ipso autem coagulato, fiet maximum arcanum. *Solutio & coctio lapidis fit cohobando in pelicano Philosophico.*

Decima tertia authoritas est Ceri: Inter magnetem & ferrum est propinquitas, similiter inter æs Philosophorum, & eorum aquam permanentem, quorum vtrumque alterius attractiuum est. Coquite masculinum cum vapore suo, quousque vtrumque coalescat, & fiat lapis. *Differentia inter æs Philosophorum, & aquam permanentem.*

Decima quarta authoritas est Boratis: Si vultis argentum viuum coagulare, suo miscete compari, deinde diligenter coquite, donec vterq; fiat aqua, deinde coquite illam aquam, donec coaguletur. Hæc enim aqua, cum vapore suo compari desiccatur, & puluerisatur, ac conuertitur tota in argentum viuum coagulatum. Suo igitur vasi iterum imponite & terite aqua sua, donec crocus fiat in colore auro similis. *Argentum viuum soluitur in aquã, vnde eius principium.*

Decima quinta authoritas est Menabadi: cum corpora diligenter teritis, eaque vt oportet coquitis, resultat inde Ethelia, ignem non fugiens, & tinctura, quæ omnia corpora constringit, & spiritus omnes retinet ac colorat, eo quod Ethelia colorata omnia colorat. Sapiens dicit, quod æs nisi prius tingatur non tingit, & hæ duæ tincturæ sunt conden- *Ex corpore fiet tinctura fixa incombustibilis.*

Aurum non tingit nisi tingatur.

condensum & humidum: condensum iungitur humido, eo quod sulphura sulphuribus continentur, & iure naturæ gaudet natura, sua natura aduentante.

Decima sexta authoritas est Philosophus Chambar. Facite in liquefaciendo ignem leuem, ipsa autem in terram versa aquila, intensiorem facite ignem, & imbuite ipsam, donec colores appareant.

Aquila volans conuertatur in terram fixam.

Decima septima authoritas est Custos Philosophicans: Miror de vi huius aquæ ac natura: cum introiuit in hoc corpus, vertit ipsum in terram, deinde in puluerem, quem si vultis experiri, an sit perfectus, manu contingite: & si impalpabilem vt aquam inuenietis, optimus est; sin autem, iterate ipsum coquendo donec perficiatur. Et sciatis, quod si aliud quam æs nostrum acceperitis, & aqua nostra eum regatis, nihil efficietis. Contra autem, si æs nostrum aqua nostra rexeritis, omnia prædicta inuenietis.

Aqua corpus vertit in terram.

Heterogenea in Philosophica arte, fugienda.

Incensio fontina opus peruertit.

Decima octaua authoritas est Philosophus Bassen, inquiens: Introducite citrinum cum sua vxore post coniugium in balneum, & ne incendatis balneum plurimum, ne sensu & motu priuentur. Subire facite balneum, quousque corpus & color eorum vnum quid fiant. Deinde reddite ei sudorem suum ac iterum ne ci date, requiemque ei constituite, cauentes ne fugiant. Et tunc veneramini regem, & suam vxorem, & nolite eos comburere nimio igne, sed eos regite, donec nigri fiant, deinde albi, post rubei, vltimo fiant Venenum tingens.

Rex & regina igne Philosophico in tres abeunt colores.

Decima nona authoritas est Bonellus: Hominis spiratio ex aere est: similiter æs humore inspirato, vitam suscipit & multiplicatur ac augmentatur vt ceteræ res. Atque ob id dixere Philosophi, quod æs cum comburitur, fit melius quam fuerat. Præterea æs hoc nostrum cum primo coquitur, aqua fit: Deinde quando magis coquitur, tanto magis inspissatur, quousque lapis fit omni metallo supereminens. Postea frangitur, imbuitur, ac igne intensiori assatur, quo vsque coloretur, & fiat combusto sanguini similis: tunc numos imponite, & tinget eos in aurum. Quemadmodum enim ex sanguine sperma non fit, nisi diligenter in epate coquatur, ita opus nostrum nequaquam tinctura est, nisi diligenter coquatur, quousque puluis fiat, & ita putrefactione sperma ipsum spirituale effectum sit.

Æs humore aqua perennis vitã nobiliorem induit.

Lapis superat omnia metalla.

Putrefactio sperma reddit spirituale.

Vigesima authoritas est Nicarus Philosophus. Iubeo posteros aurum accipere quod volunt multiplicare & renouare, deinde in duas partes

tes aquam diuidere, altera quidem ac ipsa comprimere: Illud enim æs incidens in illam aquam, dicetur fermentum auri, & si bene regatis, vtraque simul coquuntur, & liquefiunt vt aqua, quæ coquendo congelatur, & tunc apparet rubedo. Hanc autem rubedinem septies imbuetis aqua residua, aut donec totam suam bibat aquam, coquite demum, donec desiccetur, & in terram vertatur aridam, deinde in accenso ponatur igne quadraginta diebus, quousque putrefiat, eiusque colores cum cinere appareant.

Diuisio aquæ in duas partes.

Æris in aquæ solutio dicitur solis fermentum.

Vigesima prima authoritas est Barsenites, dicens: corsufle rubigini æris similis est, & vituli vrina coquitur, quousque corsufle natura immutetur. In ventre namque corsufle natura vera occulta est, & hæc vera natura, est ille spiritus tingens, quam habuit ab aqua permanente nummosa & coruscante. Extrahitur autem ita, terite corsufle, & aquæ septies imponite, donec totum bibat humorem, & vim recipiat imminentem aduersus pugnam ignis, & tunc rubigo nuncupatur, diligenter ergo putrefacite, quousq; puluis fiat spiritualis in colore sicci sanguinis, quem potentia ignis colorem introducat, donec inuariabili colore induatur.

Fontina comparatur vrinæ vituli & humanæ.

Æs solutum septies impregnatur.

Vigesima secunda authoritas est Zeumon, inquiens: Nisi corpus teratis, dirnatis, imbuatis, ac diligenter regatis, donec suam pinguedinem extrahatis, & faciatis tenuem spiritum impalpabilem, in vanum laboratis. Atque ob id dixere sapientes, nisi corpora vertatis in non corpora, incorporea faciatis corporea, nondum operis huius inuenistis principium. Fiunt autem incorporea, cum Ethelia teritur quousque fit puluis, & hic puluis non fit nisi fortissima decoctione, & contritione continua, & fit igne, non manibus, cum imbibitione, putrefactione & Ethelia. Nihil aliud vobis expedit, dixerunt sapientes, quam aquam & vaporem sublimare: Nam cum videritis illas duas naturas purificatas aquam fieri, totumque corpus magnesiæ in aquam liquefactum, tunc certe omnia vapor sunt: de iure autem, tunc vapor continet suum compar, id est, aqua aquam. Quare Philosophi vtrumqu vaporem nominauerunt, eo quod simul in putrefactione & decoctione vnita sunt, & vnum alterum continet ne fugiat: Ergo permanentia fiunt. Nam natura occulta in corpore congelatur, & color eius variatur, suamque naturam exuit, & mancipatur ne fugiat. Hanc naturam, spiritum & animam Philosophi appellarunt: Insuper dixerunt,

Corpora fiāt spiritualia.

Ethelia teritur concoctione.

Ars duabus naturis indiget, quia non fit pretium absque vili, nec vile absq; pretio.

Corporis natura est spiri-

tus & anima.

Ex duobus coniunctis fiunt quatuor.

runt, spiritum humidum esse nigrum, coinquinatione carentem. Et sicuti in homine est humiditas & siccitas, sic in opere nostro nihil aliud est quam vapor & aqua: propterea dixerunt antiqui, opus ex duobus esse, & hæc duo iuncta nonnulli vocarunt compositum, eo quod illa duo quatuor sunt: inest enim siccitas & humiditas, spiritus & vapor.

Vigesima tertia authoritas est Philosophus Assetes: Aliquando æs vocant arenam, alias etiam lapidem, & in toto regimine nomina variant; tamen natura & humiditas fiunt aqua, & deinde lapis si bene commisceantur: quia quod leue & spirituale est, sursum sublimatur; quod vero ponderosum & spissum, deorsum in vase remanet. Hæc autem est contritio Philosophorum, quæ fit decoctione non manu. Et scitote, quod nisi omnia in puluerem vertatis, nondum contriuistis: coquite ergo quousque conteratur, & puluis fiat.

Spiritualia tendunt sursum, corporalia vero deorsum.

Contritio nostra est Philosophica concoctio.

Vigesima quarta authoritas est Agadmon Philosophus, dicens: Coquite æs, donec leue corpus fiat & impalbabile, ac suo vasi imponite; deinde quinquies vel septies sublimate, donec aqua descendat, scientes quod cum aqua puluis fit, diligenter contritum est. Quod si dubitatis quomodo aqua puluis fiat, scitote quod intentio Philosophorum est, vt corpus quod non erat aqua, antequam caderet, simul cum aqua, & aqua aquæ misceatur, & fiat vnum. Sciendum præterea, quod nisi vtrumque in aquam vertatis, ad opus pretiosum non peruenietis. *Oportet enim corpus flamma ignis occupatum vt diruatur, & debile fiat cum aqua in qua est, donec fiat totum aqua.* Ignari autem cum audiunt nomen aquæ, putant aquam nubis esse: quod si libros nostros legerent, scirent vtique aquam esse permanentem, quæ absque suo compari cum quo facta est vnum, permanens esse non possit. Hæc autem est aqua, quam Philosophi aquam auri nuncupauere, igneum venenum, bonum multorum nominum, arenam, quam Hermes ablui iussit multoties vt solis nigredo deleatur, quam in solutione corporis acceperat.

Aqua permanens soluit æs in aquam.

Corpus in aquam versum fit vnũ cum fontina.

Aqua gaudet suo compari, quia & hoc in principio aqua fuit.

Vigesima quinta authoritas est Philosophus Afflictus: Doctrinæ filii scitote, quod totum opus & regimen non fit nisi aqua, cui miscete Magnesiæ corpus, & vasi suo imponite, & os diligenter claudite, ac leui coquite igne, quousq; liquefiat, & in aquam vertatur: calore enim aquæ facile totum aqua fiet. Videntes autem nigredinem aquæ imminere

Aqua permanente soluitur Magnesia Philosophorum.

minere, sciatis quod corpus iam liquefactum est; Iterum suo imponite vasi, & quadraginta coquite diebus, quousque & aceti & mellis imbibat humorem. Postea abluite & nigredine priuate, quousque lapis fiat tactu siccus.

Corporis liquefactio in nigredine latet.

Vigesima sexta authoritas est Cranses, qui ait: Sapientes, accipite æs nostrum, & cum prima parte aquæ, suo imponite vasi, & coquite quadraginta diebus, ac ab omnia munditia mundate, & coquite donec peragantur dies, & lapis fiat sine humore. Deinde coquite donec remaneat fæx, postea abluite aqua, qua absumpta dimittite, vt putrescat in suo vase, donec videatis quod quæritis, nempe satis nigrum, regite postea aceto & nitro, vt fiat satis album, regite aqua permanente vt fiat satis rubeum, coquite vapore donec lapis fiat corruscans, habens splendorem: hoc vbi videritis, maximum habebitis arcanum.

Prima coctio lapidis peragitur 40 diebus.

Post coctionem lapidis, fiat ablutio vt per putrefactionẽ appareat nigredo.

Vigesima septima authoritas est Epistes, qui inquit: Animaduertite filii doctrinę, qualiter Hermes Philosophorum caput dixerit, cum docuit naturas commiscere: Dixit enim: Accipite lapidem auri, & humori commiscete (qui est aqua permanens) suoque vasi imponite super leuem ignem donec liquefiat: deinde dimittite donec arescat, & aqua cum arena se inuicem contineant, tunc fiat ignis intensior, quousque arescat & terra arefiat: Hoc peracto, scitote arcani esse initium: Hoc autem multoties facite, donec pereant aquæ partes duæ, & colores vobis appareant. Et scitote quod dealbatio non fit nisi decoctione, atque ob eam causam reperitur, conterendo & imbuendo frequentissime. Iubeo autem ne simul aquam fundatis ne ysir submergatur, sed paulatim infundite, terite, & desiccate, & hoc sæpe facite, donec arescat, & in puluerem expectati coloris vertatur.

Hermes pater Philosophorum.

Lapis Philosophorum ab auro.

Consumptis partibus duabus aquæ vitæ, colores apparent lapidis.

Vigesima octaua authoritas est Baccasser. Dixerunt Philosophi, commiscete, coquite, dealbate, terite, assate, coagulate, & terite Etheliam ac rubiginem facite: verba plurima sunt, regimen tamen vnum est. Si igitur vultis veritatem inuenire, non est opus illa operis diuisione, sed tantummodo hoc curate, complexionem aptate: deinde multo tempore leniter coquite, neque decoctionis & imbibitionis vos tædeat, quousque videatis Yxir in Tyrium & regium vestitum decoratum. His verbis quamuis mortua sunt, inest tamen vita intelligentibus.

Multa sunt apud Philosophos verba, verum vnũ saltem regimen.

Mors & vita inest lapidi.

Vigesima nona authoritas est Hyargus: qui ait: Aes de quo prædixerunt Philosophi, non est vulgi, neque vulgi stannum; verum corpus

Fontinam

Aciā pro magnesiam intelligūt Philosophi.

est nostrum, quod oportet corpori Magnesiæ admiscere, vt coquatur & teratur absque tædio, donec lapis fiat. Deinde lapis ille iterum in vase suo teri debet aqua vitæ & nitri, & totus diruı. Oportet autem vos habere aquam continue, qua quanto magis coquitis, tanto magis inspergatis, quousque acquirat rubiginem, quæ est operis fundamentum. Hanc coquite & Ægyptiaco terite aceto, & vtrumque vel æs ipsum, vel ipsum acetum & aquam æs vocate.

Acetum Ægytiacum pro fontina dicitur.

Trigesima authoritas est Cadmon, inquiens: Id est æs, quod in quatuor vertitur, & ex vna re est; oportet igitur accipere ex ære nostro partem vnam, & ex aqua permanente, quæ etiam æs vocatur, tres partes. Deinde commisce aceto, & coquite tamdiu, quousque inspissentur, & vnus fiant lapis: deinde continue coquite, & imbibite, donec terra & puluis fiat Tyrius.

Res vna ex quatuor elementis.

Æris par vna, aquæ partes tres.

Trigesima prima authoritas est Ascanius Philosophus, dicens: Duo nos coniungere oportet, quam coniunctionem Philosophi comparauerunt coniugibus, ex quorum amplexu resultat aqua aurea; Irritate bellum inter æs & argentum viuum donec ad interitum veniant, & corrumpantur, tunc æs argentum viuum concipiens, coagulat ipsum. Argentum vero viuum concipiens æs, congelatur: deinde corpus vtriusque diruitur, nec puluis fit diligenti & multa imbibitione & decoctione. Rubeum masculum vero fœminæ, quæ ex vapore est, coniungite, donec masculus & fœmina fiant Ethelia. Qui enim per Etheliam eos in spiritum vertit, deinde rubeos facit, omne corpus tingit, eo quod cum corpus diligenter teritur, munda ex eo anima spiritualis ac sublimis extrahitur, quæ omne corpus tingit, & est sulphur naturæ, quæ variis nominibus nuncupatur.

Coniugium Philosophicū auream fōtinam demonstrat.

Anima spiritualis in lapide corpora tingit, quia sulphur est fixissimum natura.

Ethelia pro aqua permanente volunt aliquandō Philosophi.

Trigesima secunda authoritas est Dardaris Philosophus, dicens: inuestigatores non possunt extrahere occultam naturam illam sulphuream, nisi per Etheliam, qua corpora fiunt non corpora coquendi continuitate, & ipsius Etheliæ sublimatione: corporibus bene tritis & exaltatis, fit Ethelia natura, calorem non fugiens, sed tingens æs. Sunt etiam sulphura animæ occultæ in quatuor elementis, quæ per artem extractæ, se inuicem continent naturaliter & coniunguntur. Si autem occultum quod est in ventre sulphuris aqua regatis, & bene mundetis, occultum obuians suæ naturæ lætatur, similiter aqua pari suo: sed hæc quatuor non tinguntur, verum quintum tingit.

Anima sulphuris occulta aqua mundanda.

Quatuor elementa non tingunt sed quintum ex eis creatum.

Trige-

Trigesima tertia authoritas est Mosius dicens: Hoc vnum, quod sæpe nominatum est, Philosophi multis nominibus nuncuparunt, aliquando duobus nominibus, quandoq; etiam tribus nominauerunt: vnum quidem est argentum viuum igneum: Duo, corpus in eo compositum, & tertium est aqua sulphuris, qua abluitur, & teritur, ac regitur vnum, donec opus peragatur. Argentum viuum quod tingit aurum, aliquando est cambar id est magnesia, aliquando auripigmentum seu sulphur quod ascendit de composito misto.

Argentum viuum tingit aurum.
Auri pigmentum est sulphur quod ascendit de composito misto.

Trigesima quarta authoritas est Plato, inquiens: Cauete cum corpora soluitis, ne comburatis, quia oportet coquendo abluere ea aqua marina, quousque totum eorum sal in dulcorem vertatur, & clarescat ac tingat. Spiritu itaque separato à corpore, in altero spiritu occultus, factus est vterque fugiens, quod sapientes expresserunt his verbis: fuge, ianuam reserate non fugienti. Conuertens namque sulphureum in spiritum similem sibi, fit vterque fugiens: Non fugientes autem similiter fiunt: quia per ignis intercessionem se inuicem amplexantur & continent. Accipite itaque ea quæ non fugiunt, iungite, & abluite corpus incorporeo, & corpore carente, corpore solidate, quousque vertatis ipsum in corpus, corporibus non fugientibus: & vertite terram in aquam, aquam in ignem, ignem vero in aerem, & celate ignem in intimis terræ, terram vero in aeris ventre, & calidum miscete humido, siccum vero frigido: quia natura naturam superat; deinde vero naturà naturæ congaudet: tandem natura naturam continet; continens autem omnia terra est. Cum enim quatuor naturæ in cœlum ascenderunt, rursus tandem descenderunt, ita vt ignis in aerem, aer in aquam: aqua in terram incidat: finis itaque totius operis puluis ac cinis fiunt.

Corpora soluenda aqua marina.
Duorum spirituum fiat vnio.
Sulphur conuertatur in spiritum fugientem.
Corpora fiāt incorporea.
Ex terra fiet aqua.
Ex aqua ignis.
Ex igne aer.
Ex aere lapis artificiosus.

Trigesima quinta authoritas est Actomanus, dicens: Rubigo est rubefactio in secundo opere, quod ex solo auro fit: In primo enim rubiginem facere, est dealbare opus, in quo Philosophi iusserunt poni auri florem, & aurum æqualiter.

Lapidis rubedo ab aere solari.

Trigesima sexta authoritas est Morsoleus, qui ait: Oportet lento igne primum humiditatem comburi, vt exemplo nobis monstratur in generatione pulli, & vbi augmentatur ignis, vas vndique obduretur, ne corpus æris, & spiritus eius fugiens extrahatur, & hoc inuenerunt sapientes, cum dixerunt: Accipite argentum viuum ex æris flore, quem, scili-

Humidum radicale praparatur per combustionem Philosophicam.

Flores æris est igneum venenum, ab hominibus ex ære Philosophico extractum.

scilicet æris florem, nostri aquam dixerunt, & igneum venenum ab hominibus extractum est. Et iterum dixerunt: cum omnia vnum fiunt, facta sunt corporea incorporea, & è conuerso. Preterea dixerunt, quod omne corpus dissoluitur cum spiritu, cui mixtum est, & procul dubio similiter fit spirituale: & omnis spiritus à corporibus alteratur & coloratur, cui spiritui color tingens, ac contra ignem constans miscetur.

Argentum viuũ requirit tincturam.

Combinatio argenti viui cum argento viuo.

Trigesima septima authoritas est Yximidius, dicens: Aes non tingit, cum tamen tingitur tingit: eo quod argentum viuum, cum suæ misceatur tincturæ, tingit. Aqua munda vmbram æris delet. Item: Argentum viuum argento viuo jubeo miscere, quousq; vna eademq; aqua fiunt munda, ex duobus composita: Hoc est maximum arcanum.

Aqua permanens quãuis multifariam appelletur, aqua est & permanet.

Aqua sublimatur cum corpore insito.

Trigesima octaua authoritas est Eximenus, Philosophizans: multis & omnibus pene metallorum nominibus Philosophi aquam nostram, & opus nostrum nuncupauerunt: vtcunq; autem vocent, semper ipsam aquam significant. Ipsa aqua cum rebus suis in vase suo posita, prohibet ne res comburantur, & quanto magis ipsę res flamma occupantur, tanto magis in aquæ intimis absconduntur, ne ignis calore lędantur, Aqua autem eas in suo vase recipit, & ignis flammam ab eis repellit. Et ita rebus cum aqua diligenter tritis, Ethelia scandit, & opus deinceps sola imbibitione aquæ ad verum operis finẽ perducit.

Aqua sulphure concoquenda.

Concoctio sulphuris producit rubiginem.

Trigesima nona authoritas est Anaxagoras, dicens: Notifico vobis, sitiens & ad bibendum apta est Ethelia, quæ præcedente sulphure cocta est: vitreo ergo vasi imponite, & coquite quousque cambar fiat: Iubeo autem vos continue coquere, & iterate, nec vos tædeat. Et scitote, quod operis huius perfectio est aqua sulphuris, quæ cum eo sulphure coquitur, donec rubigo fiat. Omnes enim Philosophi dixerunt: Qui potest aurum in rubiginem vertere, veneni propositum iam inuenit: qui vero minime, in nihilo est.

Æs numosum aurificum cũ fontina coquitur ad lauãdum regem & reginam.

Quadragesima authoritas est Aziratus, aiens: Iubeo posteros de numis accipere, quos Philosophi fecerunt, mixtis æris partibus, & vasi ad coquendum imponere ipso vase clauso optime: Tum vero cum æs numis contritum, & in aquam versum est, nigredo apparebit de Kuhul, quæ de nigredine numorum est, & nigredine consumpta pretiosa albedo illis apparebit: deinde coquendo desiccentur, quousque in lapidem vertantur.

Quadra-

Quadragesima prima authoritas est Obsemeganus, qui ait: Argentum viuum apud visum album est, cumque autem fumus ei aduenit vertitur in rubeum & fit cambar. Quare ars est, secundum quam iussere Philosophi aurum numosum facere, & eum calcinare, sublimare, figere, terere, dealbare, coagulare, coquere, & in rubeum vertere, & vocauerunt Etheliam ignem, & vas cribrum, aquam sulphuris copulam: & hoc totum nihil aliud est, quam contritio & dealbatio. *Argentum viuum Philosophorum albicãs et per præparationem rubeũ.*

Quadragesima secunda authoritas est Arzoch Philosophus: Nisi res igne conterantur, Ethelia non ascendet, & ea non ascendente, nihil facitis. Videtis enim quod ventus meridiei plurimus cum exaltatur, nubes sublimari facit, marisque vapores eleuat. Hoc est vas & testa, in qua inest sulphur incombustibile. Moneo autem vos vt argentum viuum, quod ex pluribus est confectum, congeletis, vt duo tria fiant, & quatuor vnum, ac duo vnum. *Aquæ fiat ascensio, veluti maris esset exhalatio, & in aera sublimatio.*

Quadragesima tertia authoritas est Pithem, qui inquit: Dico, quod cum magister de aqua ista primo tractasset, postea in fine libri sui loqui voluit de fermento auri. Quare mirum est, cur inuidi finem ante principium in suis tractatibus posuerunt, præcipiendo in auri fermento aquam sulphuris mundam cum aliquantulo suæ gummæ commisceri. Præterea putrefactionem omiserunt, de qua pauca dicam. Putrefactio non fit absque humido & sicco, & ex vtroque nascitur operis principium, licet in tres partes inuidi hoc opus diuiserunt. *Duo sufficiunt ad operis Philosophici perfectionẽ. Azoth & ignis. Per putrefactionem operis principiũ declaratur.*

Quadragesima quarta authoritas est Constans, dicens: Certum est hoc opus quatuor habere naturas, quæ sunt, ignis, aqua, aer & terra: quæ nisi habeantur, nihil vnquam generatur, nec quicquam absoluitur in arte. Iungite ergo siccum humido, hoc est, terram & aquam, & coquite igne & aere, quousq; spiritus in anima desiccetur: scientes quod tenue tingens sumit virtutem ex tenuissima terræ, aeris & aquæ parte, & exsiccatur. Hic enim est modus operis nostri, vt omnia in terram vertatur. *Generatio lapidis ex quatuor constat qualitatibus. Operis Philosophici modus perfectus ac secretus.*

Quadragesima quinta authoritas est Astratus, dicens ac referens totum processum auri potabilis, tali modo: Qui veritatem vult assequi capiat solis humorem & sputum Lunæ. Veritatem dico, nec aduersa adfero: numos enim, quos Philosophi capere iusserunt, numi Hermetis sunt, de quibus partem sumi iussit, & ex ære Philosophorum partem, & *Æs Hermetis solis humor. Sputum Lunæ argentum viuum. Numi hermetis.*

numis

numis miscere, ac vasi imponere, obstructo diligenter ore, & coquere septem diebus, & tunc vertitur æs in numos. Coquatur ergo iterum, & non tædeat vos decoctione: postea aperiatur vas & nigredo inuenietur; qua absumpta apparebit albedo nobilissima. Postea ponatur in locum suum, & iterum coquatur, donec lapilli in siccum vertantur, postea coquatur igne fortiori, quousque lapis durior fiat, & confringatur, ac in cinerem vertatur, ô quam pretiosus est cinis ille. Viri sapientes, intelligite illud, aquæ iterum suæ coquite, donec liquefiat. Post coquite ipsum, & imbuite ipsum cum aqua permanente, donec compositio dulcis & suauis ac rubea appareat. Postea imbuite, donec humida fiat; demum coquite igne fortiori, & vt dictum est os vasis claudite. Hoc est regimen, quo corpora fugientia, non fugientia fient, & spiritus in corpora, & corpora in spiritus vertuntur, & se inuicem nectuntur, ac vltimo fient corpora spiritus, animam habentes, & tingentes, ac germinantes. Quapropter diligenti opera æs dealbate aqua permanente, donec accidat ei rubigo, & congeletur, fiatq; corpus Magnesiæ: deinde coquite, donec totum corpus confringatur, & ita fugiens vertetur in cinerem, & efficietur æs vmbra carens, & tinctura Philosophorum.

Caput corui nigredo. *Cygnus albedo.* *Cinis Philosophicus.* *Salamandra rubedo.* *Spiritus fiūt corpora, & corpora spiritus.* *Fugitiuum fiet fixum.*

Quadragesima sexta authoritas est Anastratus, dicens: Nihil est pretiosius arena maris rubea, & est sputum Lunæ, quod solis lumini iungitur & congelatur. Et quanto plures transeunt dies, tanto fortius congelatur, & non comburitur. Solis enim beneficio coctum congelatum est, & albedo illa præstantissima facit eum terrenum ignem superare.

Thesaurus maximus in arena maris rubea, & sputo Lunæ. *Solis influentia ingreditur lapidem.*

Quadragesima septima authoritas est Balgus, qui ait: Accipe illam arborem albam, ædifica ei domum rotundam, tenebrosam, ex rore circundatam, & impone ei magnæ ætatis hominem centum annorum, & claude domum, ne ventus aut puluis ad eos perueniat: deinde dimitte eos in sua domo octoginta diebus: dico vobis in veritate, quod senex ille non cessat comedere de fructu arboris illius, donec iuuenis fiat. ô quam miranda natura, quæ illius senis animam in corpus iuuenile transformauit, & pater filius factus est: *Benedictus sit creator optimus.*

Fontina regem includit, & ex sene facit iuuenem. *Natura opificio anima senis redditur iuuenilis.*

Quadragesima octaua authoritas est Bodillus, inquiens: Sciendum est omnes discipuli, quod ex elementis non fit vtile absq; commixtione

Coitus masculi & fœ-

maris & fœminæ, & regimine caloris: quia sperma generatur ex sanguine & libidine; viro namque mulieri commixto vteri humore sperma nutritur, & sanguine humectante & caliditate, partus quadraginta noctibus formatur. Si enim humiditas & calor non essent, sperma non maneret, nec fœtus peragereturr. Deus autem illum sanguinem & calorem ad nutriendum sperma constituit, quousque extrahat ipsum ad libitum. Fœtus autem extractus, non nisi lacte nutritur, & igne, per se & paulatim dum paruulus est, & quanto magis exuritur, ossibus confortatis, in iuuentutem decutitur: in quam perueniens sibi sufficit. Et scitote quod absque calore nihil vnquam generatur, & quod balneum intensi caloris perire facit: si vero frigidum sit, fugiat: si autem temperatum sit, corpori conueniens & suaue est: Quare leues fiunt, & aluntur & caro augmentatur.

mella igne natu-a coo-perante generat natū Philosophicum.

Fœtus Philosophicus, lacte columbino nutriendus, & igne salamandrino fouendus est.

Quadragesima nona authoritas est Moscus, dicens: Nulla instrumenta fiunt nisi ex nostro puluere albo, stellato, splendido, & ex lapide candido: à quo puluere fiunt apta instrumenta pro ouo: non tamen nominauerunt ouum, vel cuius auis ouum sit. Porro eorum regimen, quod diximus, difficilimum inquiunt est: nam si compositum plus quam oportet regatis, eius lumen à pelago sumptum extinguitur: & ideo iusserunt Philosophi hoc opus subtili meditatione regi. Accipite ergo & regite ipsum Luna & arenæ imponite: quousque dealbetur, scientes, quod nisi patientiam habeatis, errabitis in eius regimine, & corpus corrumpetis. Coquite leni igne donec appareat album, deinde aceto extinguite, & tum videbitis vnum à tribus sociis dimissum. Et scitote quod primum commiscet, secundum comburit, tertium liquefacit. Iungite ergo primo nouem partes de aceto cum calescit vas, & iterum nouem partes, cum calefactum est vas, apponite.

Aliquando fit comparatio lapidis cū ouo, & aliquando pro instrumento vitreo ouali ouum indigitatur à Philosophis.

Ex tribus principiis vnum resultat arcanum arcanorum.

Quinquagesima authoritas est Rarson dicens. Omnis nostra scientia est masculi & fœminæ: & maximum nostrum arcanum est Magnesia: Diligenter igitur ipsam Magnesiam in suo vase coquite, quousque totum coaguletur, & seipsum contineat. Et si audieritis pelagus nominari, scitote quod id humorem & aquam significat, & nigredinem quæ ablui debet, numos vocant.

Masculi cum fœmina congressio, facit eclipsin, vnde prodigia & miracula in inferioribus exoriuntur.

Quinquagesima prima authoritas est Agadimon, ait enim; Coquite æs donec exeat nigredo, quam numum vocant, & res artis nostræ, bene misce-

Æris solutio & co-io in nigredinem

plumbum sapientum demonstrat. miscete, & inuenietis nigredinem statim, quæ est plumbum sapientum, de quo sapientes in libris suis multa tractauere.

Ignis balnei frigidus requiritur. *Quinquagesima secunda authoritas est Orsulus, qui dicit:* In principio miscendi oportet elementa cruda, syncera, & amœna, & recta super ignem lentum commiscere, & cauere ignis intensionem, donec seipsa contingant elementa, ac plane complexione paulum morari decet, quousque in illo leui igne desiccentur. *Æs abluendum & igne dealbandũ.* Post primam autem combustionem oportet æs ablui ac mundificari, & in igne dealbari, quousque omnis res fiant vnus color: cui postea oportet vos totius humoris residuum miscere, & tunc eius rubor exaltabitur. Elementa igitur *Elementorũ lætitia est coctio.* igne diligenter cocta lætantur, & in alienas vertuntur naturas, eo quod liquefactio est caput huius artis, & quod liquefactum est, fit non liquefactum, humidum vero siccum, & spissum corpus spiritus, *Conuersio elementorum.* & spiritus fugiens fortis contra ignem pugnans. Quare conuertite elementa & quod quæritis inuenietis. Conuertere autem elementa, est humidum facere siccum, & fugiens fixum. His peractis hac dispositione dimittantur deinceps in igne, quousque spissum attenuetur, & rarum tingens remaneat. *Elementorũ mors & vita ab igne.* Et scitote quod elementorum mors & vita ab igne fiunt, & quod compositum generat seipsum, & in se ipso germinet id quod quæritis, nempe colores croci & coralli nostri: quibus apparentibus, vltimo miracula videbitis, & hoc quousque tyrius color peragatur, donante Deo, cui laus in æternum.

Definitio artis est corporis liquefactio, & animæ à corpore separatio. *Quinquagesima tertia authoritas est Emiganus:* Comburite æs, comburite argentum viuum, & comburite aurum. Comburere non est nisi vnum, scilicet dealbare, & rubeum facere est, viuificare. Definitio huius artis est corporis liquefactio, & animæ à corpore separatio, eo quod ęs nostrum habet animã & corpus, sicut homo. Oportet ergo dirui corpus, & animam ab eo separari: proinde dixerunt Philosophi, corpus non penetrat corpus: verum subtile naturæ, & est anima ipsa, *Saturnus in sublimatione tenebrosus.* quæ corpus penetrat & tingit. Saturni splendor dum scandit in aera, non apparet nisi tenebrosus, & Mercurius radiis solis occurrit: deinde argentum viuum virtute ignea corpus viuificat & perficit.

Apud quosdam Philosophos maxima est, obscu- *Quinquagesima quarta authoritas est Attamanus:* Accipite Alzum, & lapides marinos veteres, & assate carbonibus, quousque albi fiant, & extinguite aceto albo: si Alzon fuerint vnciæ viginti quatuor, extinguite calorem illorum, tertia parte sui, scilicet octo vnciis, & aceto

terite

terite albo per quadraginta dies. Opus vero secundum fit à mandato & abluto corpore. Sed huic operi secundo acetum nolite imponere, sed dimittite ipsum coqui, donec acetum suum totum biberit, & terra fixa fiat vt terra Ægyptiaca. Et scitote, quod operum aliud citius coagulatur, aliud vero tardius, hoc autem accidit ex coquendi diuersitate: Si enim locus vbi coquitur, humidus & roscidus fuerit, citius congelatur: si vero siccius, tardius: mediocritas igitur quærenda.

ritas, quoniam non omnibus data est sapientia doctrinam Philosophicã aperte declarandi.

Quinquagesima quinta authoritas est Florus: Signum primæ decoctionis, est sui ruboris extractio. Cum totum videritis nigrum, scitote quod in illius nigredinis ventre albedo occulta est, & tunc oportet vos albedinem illam extrahere ab ipsa nigredine subtilissime. In secunda vero decoctione ponatur illa albedo in vase, cum suis instrumentis, & coquatur leniter, quousque omnia alba fiant. Cumque albedinem illam superuenientem in vase videritis, certi estote, quod rubor in ipsa albedine occultatus est: & tunc non oportet vos illam abstrahere, vel finem coquendi facere; sed coquere, quousque totum fiat rubeum altissimum. Prima nigredo ex natura mortach fuit, & ex illa nigredine exortus est rubor, qui rubor nigrum emendauit, & pacem inter fugiens & non fugiens composuit. Res cruciata in corpore mergitur, & vertit ipsum in naturam alterabilem. Et scitote, quod illud sulphur corpus denigrans non potest tingi, nec tractari, sed id tractat & tingit. Et scitote, quod illud quod denigrat, est quod non fugienti aperit ianuam, & in fugiens cum fugientibus vertit: quod alias nominamus etiam aquam sulphuris, vertens æs in colores inalterabiles & indelebiles.

Hæc authoritas occultat fontinam.

Prima decoctio est æris extractio.

Secunda decoctio est æris dealbatio.

Tertia decoctio est lapidis alberubificatio.

Pax componenda inter fugitiuum & corporeum.

Aqua sulphuris transmutat æs in colores inalterabiles & indelebiles.

Quinquagesima sexta authoritas est Mandinus: Qui parce regit æs, eiusque scit complexionem, extrahit ex eo naturam, omnes naturas superantem. Natura natura lætatur, natura naturam superat, & natura naturam continet: & tamen non sunt diuersæ naturæ, nec plures: verum vna tantum, forma differens suas habens res in se, aliis aliisq; accidentibus, quibus operatur, quod eius naturæ congruit. Proinde bene fecit Magister, quod ab vno orditus est, & vno finiuit. Deinde illas vnitates aquam sulphuream nuncupauit, totamque naturam vincentem.

Natura perfecta omnes naturas superans.

Principium cum suo fine correspondet in arte Alchymistica.

Quinquagesima septima authoritas est Archelaus, qui refert ita: Perbelle descripta est aqua sulphuris munda: nisi enim spissa corpora diru-

Aqua sul-

phuris in tenuissimum spiritum corpus resoluere potens est.

antur à natura corpore carente, donec fiant corpora incorporea, & velut tenuis spiritus, non potestis illam animam tenuissimam ac tingentem extrahere, quæ in intimo ventris occulta est. Et scitote, quod nisi corpus diruatur quousque moriatur, & ex eo suam abstrahatis animam, quæ est spiritus tingens, nequaquam corpus eo tingere potestis.

Flores æris in compositione cõbinata vnam abeunt in tincturam.

Auripigmẽto non inepte comparatur lapis.

Tota artis sciẽtia in directerio Hermetico perfecta sita est.

Quinquagesima octaua authoritas est Philotis, inquit enim: Nihil aliud vobis significamus, quã Albar æris eo quod tingit omne corpus quod in compositionem introiuit. Compositio autem duplicis est complexionis: vna enim humida, altera vero sicca. Cum proinde coquitur, vnum fiunt, & dicitur bonum plurimorum nominum: cum vero rubeum fit, auri flos dicitur & auri fermentum, aurum coralli, & aurum rostri. Dicitur etiam redundans rubeum, sulphur, & rubeum auripigmentum. Dum autem crudum permanet, plumbum æris dicitur, virga metalli ac lamina. Est autem totum Magisterium, *vt superius fiat inferius, & inferius superius fiat*, & coquatur, donec plumbum æris fluat cum fermento, in principio vel medio, vel fine adhibito, & tunc tingit, vt cum cera fluet proiectus.

Separatio hæc Philosophica est eius sublimatio, ascensio & descensio.

Tinctura circulũ mundi delineat miraculosũ.

Quinquagesima nona authoritas est Agmon, dicens: Qui non liquefacit & coagulat, multipliciter errat. Denigrate ergo terram, & separate eius animam & aquam, & postea dealbate, & inuenietis quod quæritis. Qui terram nigrat, & album igne dissoluit, donec fiat gladius denudatus: Et qui prius, dealbatione eius completa, ei animam inducit, totumque rabido igne figit, postquam liquefactum fuerit, felix dici merebitur, & super mundi circulos exaltari.

Conceptio Philosophica est pretiosissima margarita auri.

Sexagesima authoritas est Diamedes, qui ait: Coniungite masculinum serui rubei filium suæ odoriferæ vxori, & juncti artem gignent, quibus nolite introducere alienum, nec puluerem, nec aliam rem, & sufficiat vobis conceptio, & verus filius nascetur. ô quam prætiosissima est serui illius rubea natura, sine qua regimen constare non potest.

Corsufle est Philosophorũ Magnesia.

Numus de natura ferri, plumbi & stanni.

Sexagesima prima authoritas est Nephritus, inquiens: Corsufle est caput huius operis, non initium verum, sed post complexum rite ita vocatur. Quapropter corsufle est totum compositum, quod oportet septies asseri, & tunc omne corpus tingit & vocatur numus, aut ferri flos, etiam plumbum, stannum, & mille nominibus à Philosophis nominatur.

Sexa-

Sexagesima secunda authoritas est Lucas, aiens: Accipite album sulphureum, & solem album, & rore fumi dealbate, vel albi solis florem assate, donec candidissimus fiat. Et scitote, quod solis flos albus Ethelia est, assate ipsum per dies septem, donec fiat vt marmor coruscans: quo completo, habebis maximum arcanum, eo quod sulphur sulphuri mixtum est, & propter propinquitatem matrimonii inter se: quia naturæ suis naturis obuiantes lætantur. Accipite igitur Martec, & dealbate ipsum fumo, aceto, & aqua permanente: deinde assate, & coagulate: tamen non liquefiat in igne fortiori, & claudite os vasis diligenter, ne exeat flos, sed suo propinquo societur & eius albedinem intendi faciat. Cauete autem ignis intensionem, quoniam si intendatis ignem ante terminum, rubeum fiet, quod non proderit. cum in initio regendi quærenda est albedo, coquite postea ipsum, & rubeum facite: ignis vero sit leuis in dealbando, donec coaguletur, & cum coagulatum est, tum vocamus ipsam animam, eo quod citius à natura in naturam conuertitur.

Solis flos albus Ethelia Philosophorum.

Solutio æris in florem.

Ignis gradus quatuor; vltimus rubedinem producet.

Sexagesima tertia authoritas est Assuberes, dicens: Accipe animal, cuius aqua tyrius color est, & regite ipsum leni igne, vt consuetum est, donec terra fiat, in qua parum est coloris. Volentes igitur ad tyriam tincturam peruenire, sumite eius humiditatem, quam eiecit, & ponite totum in vase cum eodem. Deinde coquite ipsum aqua marina, donec humescat: deinde humectatum dimittite, postea denuo ipsum imbuite, & paulatim desiccate, & aliter coquendo, humectando, imbuendo, & desiccando, eius regimen obseruate donec suum totum abibat humorem, & dimittite eum in suo vase per dies septem, donec color tyrius appareat. Et si vultis vt sit alterius coloris, quam fuerat, ponite gumam in aquam permanentem, & ipsam per vices tingite, deinde in sole desiccate; deinde aquæ prædictæ reddite, & magis tyrius color intendetur. Et scitote, quod non tingetis colorem purpureum nisi in frigido. Accipite ergo aquam, quæ est de frigoris natura, & in ea Lunam decoquite, donec tincturæ vim accipiat ab aqua, quam aquæ florem nuncupauere Philosophi. Propositum ergo verum sit in illa aqua: In ea ponite quod in vase est dies & noctes, donec pretiosissimum tyrium vestiat colorem.

Metalla etiam animalem spiritum secũ gerunt.

Color tyrius est instar serpentis variabundus.

Aqua permanens non solum de natura frigoris, sed etiam de natura caloris est.

Sexagesima quarta authoritas est Frictes, qui ait: Est acetum acerrimum, quod aurum facit esse merum spiritum, sine quo aceto nec

Acetum Phi-

losophorum soluit aurum in merũ spiritum.

albedo, nec nigredo, nec rubedo consistit: & cum miscetur corpori, continetur, & vnum fit cum eo, & vertit eum in spiritum, ipsumque tingit tinctura spirituali, quæ nunquam deleri potest; si autem corpus posueritis super ignem sine aceto, comburetur & corrumpetur. Sicuti etiam quod humor primus est frigidus: cauete ergo ab igne, quoniam inimicus est humori. Quare Philosophi & sapientes iusserunt nos suauiter regere, donec fiat sulphur incremabile & hoc quousque innuerunt, dicentes: optimum est quod pauca vis sulphuris forte corpus comburit. Ideoque eum venerantur, & describunt in libris suis, Philosophi dicentes: Hoc acetum corpora comburit, in cinerem vertit, & dealbat: & si coquatur bene, & à nigredine priuetur, fiet lapis & numus albissimus. Coquite ergo ipsum donec diruatur: deinde soluite, & aquæ maris imponite: & scitote quod principium huius operis est dealbatio, cui rubor succedit. Postea per acetum fit corporis perfectio: Hoc acetum, inquit Tristes, longo labore inuestigaui, tandem nutu Dei Altissimi naturam vnam vidi, quæ est omnibus naturis potentior, nobilior & fortior; & hæc natura nihil aliud est, quam aqua munda, acetum acerrimum, & aqua permanens, quæ illuminat omnia corpora & lumen præbet omnibus, qui legunt nostros libros.

Ignis elemẽtaris humori est inimicus: quare igne naturæ opus est.

Aliquando principium operis est nigredo, aliquando albedo, nihil refert in his dictis, si recte intellexeris & perfectum albedinẽ pro principio tincturæ agnoueris.

Sexagesima quinta authoritas est Menebdus: Qui dicit, suadeo posteris, vt corpora faciant non corpora, & incorporea vera corpora: Hoc enim regimine acquiritur compositum, & eius naturæ occultum extrahitur, & argentum viuum corpori iungitur, & Magnesia ac fœmina viro & adueniente Ethelia, natura extrahitur occulta, per quam corpora colorantur. Hoc ergo regimen si intelligitis, corpora fiunt non corpora, & incorporea corpora: & si res diligenter igne rexeritis, ac Etheliæ iunxeritis, fiunt res mundæ & non fugientes. Scientes quod argentum viuum est ignis corpora comburens, mortificans & confringens vno regimine, & quanto magis corpori miscetur & teritur, tanto magis corpus diruitur, & argentum viuum attenuatur ac viuum fit. Cum autem corpora diligenter teritis, eaque, vt oportet, coquitis, resultat inde Ethelia, ignem non fugiens, omni tinctura apta, quæ omnia corpora confringit, superat, & omnes spiritus retinet ac colorat, eo quod Ethelia omnia colorata colorat. Et scitote, quod corpus non potest tingere seipsum, nisi spiritus occultus extrahatur è ventre

Lapidis compositio non ex vno sed ex duobus, vel ex tribus.

Argentum viuum est ignis corpora comburens, mortificans, & vno regimine confringens.

Corpus non

ventre ipſius, & fiat corpus & anima abſque ſpiritu (qui eſt ſpiritualis tinctura, ex quo etiam colores apparent) non tingit, eo quod ſpiſſum tenue non tingit, verum tenue naturæ, quod in corpus immutatur. Cum autem corpus æris regitis, & ex eo tenuiſſimum extrahitis, vertitur in tenuiſſimum in tincturam, & colorat. Ideoque dixit ſapiens: quod æs niſi prius tingatur, non tingit: Et hæ duæ tincturæ ſunt, condenſum & humidum: condenſum iungitur humido: eo quod ſulphura ſulphuribus continentur, gaudet natura, ſua natura adiuuante, & naturam continet & ſuperat.

poteſt ſibi ipſum tingere, niſi ſpiritus occultus extrahatur è ventre ipſius.

Duplex tinctura.

Sexageſima ſexta authoritas eſt Admion, dicens: Qui laborat in libris noſtris legendis, eiſque vacat, nec variis eſt implicitus cogitationibus, Deumque precatur, in regno regnabit, donec morietur. Quod enim quæritur, non eſt parui precii, ſed eſt donum Dei, ob id patientia & labore opus eſt. Videmus enim qui arbores inſerit, tempore fructus ſperat: qui ſeminat, poſt menſes metit: Spectate ergo, & diſcite commiſcere, coquere, ſimulare, aſſare, calefacere, dealbare, terere, æquare Etheliam, & rubiginem facere, ac demum tingere. Hæc plura ſunt nomina, regimen tamen vnum eſt: ſed decoctio eſt continua ob quam reiterarunt ſæpe, vt teratur compoſitum, & coquatur iugiter, neque laboris vos tædeat. Finis autem eſt, vt complexiones aptetis: deinde multipliciter coquatis, decoctiones imbuatis, & eo-uſque coquatis, donec ſpiritus fiant impalbabiles. Et videatis yſir veſtitum veſte regia, & in colorem tyrium verſum, tunc dicta Philoſophorum intelligetis.

Studiū Philoſophicum requiritotiū, laborem, preces & ſapientiam.

Donum Dei requirit patientiā & laborem.

Vnum regimen, vnum vas. Vna materia.

Decoctio lapidis in ſpiritum impalpabilem.

Sexageſima ſeptima authoritas eſt Largus, referens: Æs, de quo primi dixere, non eſt æs, nec ſtannum vulgi: verum corpus noſtrum, quod oportet corpori Magneſiæ admiſceri, vt coquatur & teratur abſque tædio, donec lapis fiat: deinde lapis ille in vaſe teritur aqua nitri, & liquefit, donec diruatur. Oportet autem vos habere aquam, quæ quanto magis coquitur, tanto magis inſpiſſatur, donec acquirat rubiginem, quæ eſt operis fundamentum; Hanc coquite & Ægyptiaco terite aceto.

Æs cum magneſia ſeu fontina coquitur in lapidem.

Ægyptiacum acetum eſt aqua perennis.

Sexageſima octaua authoritas eſt Yſimidrus: ait ille, Philoſophorum intentio innuit, vt argentum viuum album vel rubeum ſulphuri ſui generis miſceatur, & proculdubio non fugiet. Argentum ergo viuum, argento viuo ſui generis iungite quo peracto maximum habetis arcanum:

Simile gaudet ſuo ſimili.

Arcanum consistit in cognitione gummi & floribus Philosophicis.

canum. Eius confectio ex eius gumma & floribus lento igne coctis constat, & hoc est acetum, sal, & nitrum, & Muchal, cum est factum rubeum, & quodlibet elementum in numo nostro consistens versum est in rubiginem.

Crocus metallorũ tingens corpora imperfecta metallorum, in verum aurum.

Sexagesima nona authoritas est Allegoria super turbam, in qua Philosophorum crocus taliter præparatur: Sumatur radix eius cum stipite, postquam fuerit humidus; teratur cum humiditate sua in sole, & post hoc dimittatur in balneo, donec spiritus eius tingens purus & liquidus emineat, qui totus est colligendus, & corpus residens abluendum est: quoniam quædam flexibilitas & inquinatio consistit intra eam, quæ non nisi laborioso & subtili ingenio euelli potest. Capiatur ergo corpus, & abluatur, & ad lentum & tepidum ignis calorem teratur, ad modum eorum, qui linum cum cinere & aqua calcis albæ candidum faciunt, dealbetur. Deinde per noctem vnam dimitte in loco humido: post aqua maris ablutum, roretur paulatim, donec plenissimè candidetur, quo candidato reddatur ei spiritus tingens eius, & fit Elixir, omni tempore firmum & perfectum.

Corporis solutio, ac concoctio in cinerem; cineris conuersio in cygnum album Philosophicum.

Septuagesima authoritas est Allegoria sapientum & colloquium eorum cum Philosopho Arisleo: Numerus sapientum talis est, *Paris Belchiori filius, Pythagoras, Armenius Archiæ filius, Meditantalus, Phalisæus, Echamisius, Parmetrides, Eximesias Admiri filius, Auerca &c.*

Colloquium nouem Philosophorum cum Arisleo.

Auerca Philosophus quærens ex Arisleo: Possetne dicendo efficere, vt exemplo aut parabola liceret inuestigatoribus artis, ex arbore illa immortali, fructus, quam Philosophorum discipuli in turba præscripserant, colligere? *Arisleus:* lubenter quidem dicam, vt potero, sed non forte satisfacturus voluntati tuæ. *Pythagoras:* Dic quam apte poteris.

Arbor Philosophica fructus ferens immortales.

Arisleus: Vidi me & quosdam ex turba equitantes ad maris littora, & ecce habitatores maris secum inuicem concubantes, & nihil eis gignebatur, & arbores plantantes, non tamen fructificantes: & seminantes nec quicquam nasci; & dixi, quid vobis? Nunquid quamuis multi sitis, nemo Philosophus est, qui vos doceat? *Sapientum responsio:* Quid est Philosophus? *Arisleus*; qui res nouit. *Sapientes:* Quid prodest eius scientia? *Arisleus*; si in vobis Philosophus esset, filii vestri multiplicarentur, & nascerentur vobis arbores, & non morerentur, & fructus non extinguerentur, & essetis reges, omnes inimicos vestros supe-

Arbores tũ ãs plantatæ absq; fructibus.

Fructus Philosophicus regia corona dignus.

superantes. (Euntes illi, significauerunt hæc Domino regi suo marino: cumque ab illo vocati essemus, muneraque postularet, respondebamus) munera nos occulta portare generandi scilicet artem, & arbores plantandi, & seminandi, ex quibus arboribus & fructibus qui comedet, non esuriet vnquam. *Rex*: maximum munus, si hoc reuera misit Magister vester: Dicite ergo, quid habetis? *Arisleus*: Domine, quamuis rex sis, male tamen imperas & regis: masculos nempe masculis coniunxisti, sciens quod masculi non gignunt. *Generatio enim ex mare & fœmina est coniunctio, veraque fit generatio si natura naturæ, masculus fœmellæ, conueniens conuenienti, aptumque apto commiscetur.* *Rex*: Filium quidem & filiam habeo, propterea q; rex sum meorum subditorum, quoniam illi horum nihil habent: Ego tamen filium & filiam meam in cerebro gestaui. *Arisleus*: Duc ad nos filium tuum Tabritium. Quo audito, postulaui & sororem eius Beyam nobis adducendam. *Rex*: cur Beyam vultis? *Arisleus*. Quia generatio non fit absque ea, & quamuis soror sit fratris, & fœmina: tamen emendat ipsum, eo quod ex ipso est. Producta autem coram Beya, ecce puella candida, tenera & suauis. Coniungentibus autem nobis Tabritim & Beyam, En ait *Rex*: nunquid vir duxit vxorem suam? *Arisleus*: Sic pater noster Adam iussit filios suos, & tu si in hoc loco acquiesces, ô rex, beatus eris, & generabunt tibi reges ac reginas, nepotes & neptes plurimos: & filius tuus Tabritis, & soror eius Beya lucrabuntur tibi, & si mortui fuerint, reuiuiscent. Acquiescente autem rege, & fratre cum sorore concubante, ecce confestim mortuus est Thabritis. Quare rex, me & vos vituperans, in domo vitrea incarcerauit, supra quam domum aliam ædificauit, supra quam etiam aliam, & in tribus domibus capti fuimus. Tunc dixi regi: ex qua causa festinans, pœnam nobis intulisti? Trade nobis saltem denuo filiam tuam, forte est reddituravitam filio tuo Thabriti. *Rex*: nunquid vultis meam interficere filiam? *Arisleus*: Noli festinare rex, & cruciatus nobis inferre: sustine aliquantulum, & tuam nobis trade filiam, & paulo post habebis & filium & filiam denuo viuentes. Tradita autem illa, mansit nobiscum in carcere octuaginta diebus, & mansimus in tenebris vndarum, & intenso æstatis calore, ac maris perturbationem, cuiusmodi nunquam accidit nobis. *Sapientes*: Nos fessi, vidimus magistrum in somniis, & petiuimus, vt nobis subsidium ferret, & mitteret discipulum suum Harforetum, qui nutrimen-

Vera generatio fit ex masculo & fœmina.

Filius cum sorore inibit coniugium.

Multiplicatio in lapide.

Vnius corruptio alterius est generatio.

Filia regis 80 diebus fuit incarcerata.

trimenti author est; eo autem concesso, gauisi sumus, ad Regem dicentes: Quod filius tuus viuit, qui morti fuerat deputatus.

Pisciculi Philosophici virtutes. *Septuagesima prima authoritas est Ænigma tale Philosophicum:* Est in mari nostro pisciculus rotundus, ossibus & corticibus carens, & habet in se pinguedinem, mirificamque virtutem: qui silenti igne coctus, donec eius humor pinguedoque prorsus rodatur & absumatur: postea fortissime teri debet, & aqua maris imbui, quousque lentescat: deinde per hebdomadam sepeliri: deinde assari donec candescat: cumque candeat, & satis albescat, & eius aqua sibi reddita, & postea humore suo proprio imbutus: & demum post humoris imbibitionem quousque citrinus appareat, assatus, fit collyrium Philosophorum: cuius liquore oculi liniti, arcana Philosophorum, facile possunt videri intelligique.

Pisciculi Philosophica cococtio.

Collyrium Philosophorum ad videndum lapidem.

Ex radice cũ spiritibus suis fit extractio spiritus seu salis cētralis. *Septuagesima secunda authoritas, est Ænigma aliud Philosophicum:* Radix est, quæ cum stipide suo viridi seu succoso teratur, & sua humiditate propria ad solē: postea mittantur ad balneum, lauenturq; donec spiritus eius, siue radicis sal, & lotio purus, liquidus, & veluti tingens appareat, qui colligendus est totus, & corpus siue fæces atræ, squamęue residentes, in balnea penitus abluendæ. Quoniam fluxibile quid & inquinatum consistit in eis, quod nisi laborioso ingenio & subtili euelli non possunt. Capiatur ergo corpus, & abluatur, & ad tepidum ignis calorem teratur, & aqua maris roretur paulatim, donec plenissime candidetur, quo candidato, reddetur ei spiritus eius siue lotio, & fit elixir successu temporis firmum & perfectum: sublimatur etiam hæc radix per retortam in frigidam, & Mercuriascit.

Corpus aqua roris roretur vsq; omnino fiat candidum.

Vipera venenum in capite & cauda est. *Septuagesima tertia authoritas est & Ænigma Philosophicum tale:* Viperam sume, & priua eam capite & cauda: in his enim duobus locis quiescit eius venenum, ex quo procedit. Diuide ergo caput, & caudam, vnumquodque in vitreo vase per se repone. Sume residuum corporis, & coque lento igne, quousque caro ab ossibus secernatur: & postea pone super laminam, & tamdiu coque, donec vertatur corpus in spiritum, & auferatur ab eo fluxibilitas; non enim potest attenuari quod lentum est: Deinde capiti suo iungito, & cum eo tamdiu tere, quamdiu fluxibilitas in eo consistit. Sicca corpus huiusmodi ad solem vel ad ignem, vt videas quod inquiris. Hoc itaque completo, scito quod habes corpus corpora perforans, & naturam

Solutio corporis in spiritum.

ram naturam continentem, quæ compositio Theriaca Philosophorum dicitur. *Theriaca Philosophorum.*

Septuagesima quarta authoritas est Mercurius Philosophorum loquens: Mater me genuit, & per me gignitur ipsa: Dominabatur denuo mihi; de cætero autem dominabor ipsi: quia persecutor matris meæ factus sum: Ipsa tamen me vt pia nō fouet, & nutrit filium suum quē genuit, donec ad statum veniet perfectum: ponas ergo me in humido igne, contere donec finis operis inducatur: deinde cum opus perfectum est, me ad rubedinem igne forti agito: Quia me caliditatis humor augmentat, & siccitatis consumptio necat. *Mercurius persecutor matris suæ.* *Contritio est Philosophorum solutio.*

Septuagesima quinta authoritas est Ænigma Philosophicum etiam tale: Super matrem prægnantem seruum rubicundum æqualiter conde: Matrem mortifica, manus eius ac pedes abscindens: seruum ipsum balnea, & desponsa hos ambo in linteo vitreo, quod sera dicitur, & desuper pone Thonar: & obstrue bene cum luto sapientiæ. Et tunc accipe vitrum cum sponso & sponsa, & proiice eos in fornacem, & fac assare per tres dies, & tunc erunt duo in carne vna. Demum accipe illum album hominem de vase, & mole eum per molendinum, & adde sibi clauem artis cum aquila, & iterum tere cum oleo oliuæ tamdiu, donec siccetur. Hoc fac ter, & habet perfectionis extremum. *Mortua mater cum seruo in balneo recuperat vitam.* *Coniunctio Solis ac Lunæ.*

Septuagesima sexta authoritas est Ænigma aliud Philosophicum: Colligatur vaporis terrei primordialis quantitas duodenaria, omni abstracta terreitate inordinata, lotione decibili, menstruosaque infectione præcisa. Addatur germinis fructificandi granum solitarium, in die desponsationis serie alteratione exponendum aluo Philosophico inducatur, solubili amplexu maturandum imprægnantia hoc decibili, nec sortiatur, quin minimis vnione fructiculis deducatur primæua, vt vaporis dispositio vtriusque connexionis liquorosa elucescat probabili. Tractetur experientia circumspectabili, quod filiolis congruit disciplinæ: Talis inquam vapor vnctuosus, primum Philosophorum Hyle indiuisibile, à quo deducuntur trinæ facierum qualitates proportionabiles, quas scindere nequaquam iubetur. Aluo quoque effuso, Alchymico Phœbo collocetur maturose Hyle, vt nobile vitalitate destituatur, infima dimensionalis existentia eliciatur, per mortalitatis transmutabilis fore apparentiam. Nihil splen- *Vapor terreus primordialis.* *Germen fructificandi.* *Primū Philosophorum Hyle.* *Trinæ facies proportionabiles.*

deat nisi vnum, viro lethali feruida passione prostratum in fauillarum hystostasin confricabilem. Sciatur itaque gradus plantatæ arboris primulus, ordine sub eodē frigido, aquoso, terreo, quo tractatu rursus fortem in alueolum adoptatur elemento combusto mācipetur, sagaci regatur ingenio, vsque plena luceat digestionis puritas, candidatus in fulmine. Hoc siquidem prodigium, pariterque signum, prodit lapilli digestibilis fore complementum. Iubetur fieri motu medietate manualis confusionis porphyrio sedule, quousque totaliter præcurrat, vt est prætaxatum. Notate erudiri hoc sedulo alueolo, soloque Phœbi regimine, tincturam candentem & rubentem, quę sunt perpendenda in corpore prætaxato, digestione accepta, in candoris nitore seu igneo prosternatur denuo, saxo compaginetur, paucissimas in particulas, motu tremebundo, vt vniantur rigatione, partim vniuori, irroratio triplicanda, vel quod videatur fore necessarium, lacte naturali 200. ponderis sub quantitate. Hoc per regimen vnius, Phœbo prostratus mortifero cernitur & morte acerrima suscitari. Gratularis igitur regi vitam tui ministrati incorruptibilem: Quoniam quotiens interitu concernitur, totiens vita essentiali post relucescat, quousque medicinalis perfectus, omnem indebite sanus, sine corruptione subiacens, incolumitatem restaurat. Hoc enim exigitur secundum vnctuositatem nostri sulphuris oleaginam, fluxibilissimam, in suæ sedulæ rei substantiæ mundatione, sic fructus colligitur innumerabilis iuxta discretionis gradum. Cautela vero conceruatur, cum serpens noster conspicitur prægnans, ne ictum tum pereat maturitas, in nidum dum reponitur, calidum nutritiuum cum virtute exsiccationis purgatur, immensa susceptibili custodiatur, ne alimento superfluo eandem propriam degluriat, corrumpendo. Quoniam sub consideratione expedit intentio finalis indagati cum mundationis modo: Intentio Philosophorum inuariabilis vno ex ore resonet, vim consistere totalem humectatione inalternata, cum terreitate subsequenda, & sic finis.

Primus gradus plantatæ arboris considerandus.

Tinctura cādens & rubens sita sunt in corpore æris.

Rex vita incorruptibili donatus.

Intentio Philosophorum inuariabilis.

Septuagesima septima authoritas est verbum Aureæ horæ, sic sonans: Quid vobis videtur affectantibus hanc diuinam sapientiam, qui rem accipitis iuxta sonum literarum, & minime consideratis in ea, vtrum sit an non, id quod speratur: an naturam imitetur vel eam priuetis, vel quem fructum habetis, in cuius fine erubescitis? non sic impii non

Diuina sapientia non secundum literam nudā intelligenda.

sic, sed tanquam puluis, quem proiicit ventus à facie terræ: sic erunt operationes illorum, qui sine natura & intellectu operantur. Dicit enim Alexander: si niuem vis frigiditate dissoluere, plus ipsam coagulas: & si aquam igne vis infrigidare, plus calefacis: & si aliquam naturam vertis ad oppositum, plus opus tuum corrumpis: Numquid non legistis multotiens, quod arcanum arcanorum & thesaurus thesaurorum præeuntibus in via non ponitur? Quod si sic publicè poneretur, arcani nomine priuaretur, testante beato Gregorio: Deprædari desiderat, qui aurum publice in via portat. Nam arcanum eo quod in arca clausum esse debet, dicitur. An ignoratis quod tota diuina pagina parabolice procedit? Nam Christus Filius Dei modum seruauit eundem, & dixit: Ego sum vitis vera, & pater meus agricola est: Nunc attendite sonum verborum, & intellectum intrinsecum. Numquid filius Dei est vitis? neque vitis Christus: quia maxime distant, nec pater eius cœlestis agricola, neque agricola Pater est. Sed intellectus occultus verborum in quo figuratur, sicut alibi similitudo alia ponitur, cum dicitur, petra, cuius lapis angularis, & huiusmodi similia, ex quibus similitudines non proprietates dicuntur. Vide quomodo caute ambuletis in hoc opere diuino, non vt imprudentes sed vt sapientes & intelligentes. Notate ergo diligenter verba Philosophorum, & signate mysteria: & nolite fieri sicut equus & mulus, in quibus non est intellectus: sapientum vero vincula soluite, & eorum dicta reuoluite, donec vobis in mente sapiant.

Naturæ conuersio ad oppositum, est operis perturbatio.

Arcanũ publice expositum priuatur suo nomine.

Figurata locutio.

Differentia inter similitudines & proprietates.

Septuagesima octaua authoritas est sermo hic problematicus ac Philosophicus: Considerauiautem, inquit Hermes, à sapientibus venerabilem materiam, quæ volat dum est in Ariete, Cancro, Libra, aut Capricorno. Et acquires eam tibi perennem meris ex mineris & montanis petrosis. Diuide eius partes præcipuas, quæ post diuisionem tibi remanebunt, licet sit medica, & cum ea dominetur nigredo: tamen cum terra complexionata est, & multos in ea percipies colores. Nominat eam sapiens, terram sapientiæ, æs, plumbum. Assabis igitur eam forti igne numero minori quatuor diebus: numero medio, septem; numero maiori decem, & tunc vocatur à sapientibus terra argentea. Secunda pars eius fluens vocatur, aqua sapientiæ: Tertia pars, terra alba: hanc destillare facias quatuor vicibus numero minori,

Terra sapientiæ.
Æs Philosophorum.
Plumbum Philosophorũ
Aqua sapientia.
Terra argentea.
Aurum apparens.
Aer sapiẽtia.
Gummi aureum.

nori, medio, & maximo septem diebus, & tunc dicitur, aurum apparens. Quarta pars est magnum album habens, & dicitur, aer sapientiæ, gummi aureum, sulphur rubeum. Accipe autem ex aere partem vnam, & misce cum tribus partibus auri apparentis; & pone in balneum numero minori viginti diebus, medio triginta diebus, maximo quadraginta, postea destilla, & remanebit æs quod vocant sapientes corpus desideratum, & aurum apparens: vocatur etiam aurum singulare. Diuide ergo hoc aurum singulare in duas partes, & eius partes pone in vase amplo, donec ad solem recedat tertia pars, & tunc dicitur à sapientibus, Aqua vitæ, siue Alumen. Accipe ergo gummi aureum, & rege eum auro singulari, & pone in balneum numero minori viginti diebus, medio triginta, maximo quadraginta, & inuenies aurum singulare currens supra sulphur nigrum: & erit aurum singulare rubeum, auferas & reserua; & dicitur tinctura sapientiæ, & est ignis tinctorum, & receptum multorum nominum masculinorum, & est spiritus & anima, quæ peregrinos repatriare facit; & dicitur ignis aurei purpurei, & sulphur nigrum, vetula extenuata. Accipe hanc extenuatam vetulam, & admisce eam cum terra aluminis, & cooperi auro singulari, assa numero minori trium, medio & maximo septem, & remanebit tuum gummi album, & lucidum, simile corpori, quod in die judicii glorificatur, & dicitur à sapientibus, lac virginis. Aquam autem quam ab hoc lacte extraxisti, reserua, & dealbabis & coagulabis, & habebis diuisionem omnium corporum: cui nil potest resistere. Habemus iam duas aquas, scilicet aurum singulare & diuisionem: duo similiter vnguenta, gummi aureum purpureum, & lac virginis, & tertium horum, vehiculum, scilicet, corpus desideratum. Accipe corpus desideratum, lac virginis, & admisceas ei quartam partem diuisionis, & regas auro singulari, & pone in balneo duodecim diebus numero minori, medio triginta, maximo quadraginta & vnum, & efficitur totum aqua spissa, lucida. Hanc si tibi placuerit, diuide in duas partes: Vnam partem auri purpurei, & pone in balneo quinquaginta diebus, & erit aqua rubea, & illa aqua erit Elixir, & si volueris, congelabis illam igne leui. De hoc posuerunt Philosophi partem super mille & 80. partes simul sumptas argenti viui coagulati cum suo spiritu, & erit totum Elixir.

Sulphur rubeum. *Aurum singulare.* *Corpus desideratum.* *Aqua vitæ.* *Auri singularis diuisio.* *Gummi aureum regitur cum auro singulari.* *Tinctura sapientum.* *Ignis tinctorum.* *Spiritus & anima.* *Ignis aurei purpurei.* *Sulphur nigrum.* *Extenuata vetula.* *Lac virginis.*

Septua-

Septuagesima nona authoritas est sermo typicus Philosophicus: Tradite puellam bonam, candidam, suauem, mitem, teneram Gabrico filio suo pro vxore mortua: propter quod Philosophi sunt à rege incarcerati: & dixerunt, trade nobis filiam tuam in statu ac sensus sui colore, nec non maris conturbatione, quod ei similia nunquam acciderunt, & reuixit filius regis & multiplicatæ sunt, proles nimiæ, & gauisi sunt gaudio magno valde. Ecce quomodo mulier hæc nobilis, pauperum consolatrix Alchymia est diuersis circumlocutionibus sententiarum & colorum obuelata, vt ab imperitis celaretur, & peritos adhortaretur, quos diuitiis ditaret infinitis: quia gloriæ & diuitiæ, sunt in domo eius.

Filia cum fratre coniugium.

Alchymia pauperū consolatrix.

Gloria ac diuitia cū veris Philosophis.

Octuagesima authoritas est Natura loquens: Res non fiunt nisi secundum naturas earum, vt Homo de Homine, Leo de Leone: quare Aristoteles ait: Naturalissimum operum est generare tale quale ipsum est, vt planta plantam, vacca vaccam. Et Hermes: nihil conuenit rei, nisi quod propinquius est ei in sua natura, & generatur in illa re proles similis, hoc est: si quæris Medicinam, metalla curantem, de metallis erit eius origo, cum species à suo genere tingatur: Et senior dicit; semen viri proiectum in matricem mulieris per tenuitatem & subtilitatem adhæret ei septem diebus, donec coagulatur in omnibus membris mulieris, & peruenit ad carnem, & fit caro: & super ossa, & fit os: & super neruos & pilos, & fit ipsis simile. Coagulatur autem in decem diebus, & fit tanquam caseus: & rubificatur in septendecim diebus, & fit color eius sicut color carnis. Die vigesima quarta discernitur habere membra pilis similima: deinde quadraginta diebus formatur in formam hominis, & apparet in eo anima: & à quadragesima die incipit nutriri sanguine menstruali per cursum eius ad vmbilicum. Anima incipit à sanguine, & induratur, & infans crescit, & induratur paulatim, & figuratur: Et cum completi fuerint nouem menses, abscinditur quo nutriebatur, & ascendit ad pectus mulieris, & fit ibi sicut corona, & fit nutrimentum eius post egressioné ab vtero. Et hoc dictum est propter assignationem & præparationem lapidis, & secundum hoc præparauerunt eum. Intellige ergo hunc processum naturalem, & alios sicut formatur pullus in ouo, in quo non erat pullus, per putrefactionem caloris & galinæ; & sic diuersos naturæ processus superadduxerunt, vt

Naturalissimum operum est generare sibi simile.

Species à suo genere tingitur.

1. Coagulatur vt caseus.

2. Colorem carnis induit

3. Membra ostendit instar pilorum.

4. Formam hominis induit.

5. Apparet anima.

6. Nutritur menstruo.

7. Infans crescit.

Per putrefactionem demonstrat se pullus in ouo.

vt per hoc construerent scientiam eorum fore naturalem, & in omnibus naturam imitari.

Mater Alchymia, Nobilis Thesaurizaria.

Octuagesima prima authoritas est Parabola hac Philosophica: Rex Artus libro suo quarto refert, quod nobilis Thesaurizaria mater Alchymia, medicinalem Medicinam inter herbarum vires quærere proponit, cum qua eius ægrotum corpus curare possit, & reficere, quod ab eius infirmitate absolueretur, & sanaretur. Tunc iam colorem duplicem coloratum splendoris, & candoris à Luna & à sole receperit colorata, sic quod coloratur à vertice capitis vsque ad pectus eius corpus est aureum: & à parte pectoris vsque ad femur, corpus videtur argenteum: & de femore vsque ad genua, corpus apparet hydropicum: Et de genibus vsque ad plantam pedis corpus indicat paralyticum: Ideo mater Alchymia, corpus ægrotum habere dicitur, quod non potest se erigere, neque surgere: ergo infirmatur. Et nuntios ad peritissimum Physicum omnium herbarum magistrum, qui viribus herbarum corpora languida curat, & sanat, misit, quod veniret ad eam, & naturaliores herbas meliores & fortiores colligat, & vnam secum adducat, vt ab Hydropica & Paralytica infirmitate ipsam absoluat, ob quam ipsam & tunc, si sanabitur, & remedium inueniret, illum ditare velit, & largiflue remunerare. Magister consentiens eius petitionibus, iuit ad montem Mambracum, in quo multas & nobilissimas collegit herbas, meliores, fortiores & nobiliores: & cum sic ascendit montem, vidit herbam speciosam colore vario coloratam, quam radicitus extraxit, & coniecturabatur, se amplius tam odoriferam & curialem herbam non vidisse: descenditque ad Alchymiam matrem nobilissimam, & festinanter venit ad eam, quam cum contegisset & respexisset, ait: mi Alchymia, dico quod nunquam vidi magis corpus pulchrius: In parte namque superiori, caput tuum est aureum, & pectus argenteum, sed in parte inferiori, deformius nunquam vidi: quia hydropisia in te, & Paralytica apparet complexio: Ergo in plenum admirari non sufficio vnde hoc fiat, quod tam bene decorata es à vertice capitis vsque ad femur, & in femore infecta vsque ad plantam pedis. Cui mater Alchymia respondit: ne mireris: à sole namque decorata sum vsque ad pectus, & à Luna vsque ad femur, sed à femore vsque ad genua infecta & hydropica: ratione cuius corpus meum adhuc incompletum est, & non

Corpus aureum. Argenteum. Hydropicū, Paralyticū. Ægrotum &c.

Mons Mambracus.

Herba odorifera ac curialis.

Superius caput aureum, pectus argenteum, inferius deforme.

Alchymia à sole decorata, à Luna infecta.

non perfectum. Misi pro te magister, & pater herbarum omnium, quod me curares, & membra mea non tam paralytica, quam hydropica reuocillares: Et in casu quo me sanabis & sanaueris, adstipulor abundanter te ditare. Adhibe igitur nunc tua medicamina & herbarum mihi virtutes ostende, quod possim ambulare, tunc scias, quod non solum te, sed ditabo totum mundum. Cui Magister: mi mater Alchymia, omnia quæ à me volueris, impetrabis: vtere ergo virtutibus herbarum mearũ: spero enim, quod omnia tua membra languida sanitate restituentur: hoc enim volo & desidero, quia indigens es valde. Vide igitur nunc, & elige inter omnes herbas illas nobiliores, quæ tibi magis placeat, ac tuæ melius conueniat debili naturæ. At Alchymia statim retrospiciens, odoriferam, & nimis colore variatam, coloratam quam Mater Alchymia debilis statim appetiuit, dicens: ô Magister, video quandam herbam odoriferam, & valde re splendentem, quæ multum mihi placet: dic mihi cuius virtutis illa sit, & illam vbi reperisti? At Magister ad illam: ô mi Alchymia, dico tibi; quod nuper cum vnum ad me de tuis misisti nuntiis, & expetisti auxilium, mox tuis petitionibus parui: surgens surrexi ad montem magnum Mambraicum, ibi denique omnes istas herbas collegi, & altius montem ascendendo vidi herbam hanc, tam tibi placitam, ibidem supra montem stantem, quam ob amorem tui cum suis foliis radicitus extraxi, & sic te cum illa curare valerem. Scias namque quod herba hæc magnæ virtutis est, quoniam indifferenter membra tua paralytica & hydropica penetrando curabit, quæ ab aliquibus, Muscus aromaticus appellatur. Mater Alchymia respondens ait: Nunc bene mihi, grates ago tibi venerabilis & dilecte mi Magister, quod venisti ad me, & illam nobilissimam herbam adiutricem & curatricem mei corporis tecum apportasti. Edissere, si etiam aliquo alio babtisatur nomine. At Magister: dico tibi, etiam radix Mambræ, eo quod in monte Mambraico vbi creuit, est inuenta. Inquit nobilis Alchymia cum gaudio: ô Magister, largæ experientiæ, amodo quæso tardare noli, sed festina circumcingere fortiter radicibus Mambreis infirma mea membra, vt experiam ipsius efficaciam, si corporis mei ipsam sentiam adiutricem. Et de facto te ditabo remunerando, sic tamen quod eadem radix semper mihi seruiat, & cor-

Alchymia dotare potest totum mundum.

Herba foliis omnes totius mundi colores de se spargens.

Locum vnde petiit materiam Landauer vocat pratum Megeldorfense.

Muscus Aromaticus.

Radix Mambræ.

pori meo obsequens sit ancilla. Precor etiam vt adhuc aliam mihi superaddis herbam efficatiorem, quæ melius subueniat & conueniat corpori meo, quod meum ad te nuncium non vlterius contingat destinare: neque te, neque me peramplius defatigare. Sed in officio meo sit mihi personaliter illa Medicina permanens consolatrix. Magister voluntatem matris Alchymiæ adimpleuit, & misit eam eligere postmodum herbam placibiliorem, efficaciorem & meliorem: & inter alias eligit herbam optimam, quæ vocabatur Lolium. Tunc mater Alchymia cum herbis suis duabus circumcincta sanata fuit, & completa: quæ magistrum regalibus donauit donariis, & optime remunerauit: cui etiam ad id grates maximas multiformiter retulit: Et sic magister ab ea cum diuitiis & gaudio recessit.

Lolium altera Alchymiæ herba.

Octuagesima secunda authoritas est Aurora consurgens; Quæ capite 13. sic ait: Triplex modus est argentum viuum, hoc est, ignem Philosophicum extrahere: Hoc secundum animam vitalem, dicitur ignis, siue anima, siue quinta essentia. *De primo scribit Turba Philosophorum*, dicens: Argentum viuum est ignis, qui corpora comburit & iterum, oportet ergo corpus flamma ignis occupare, vt diruatur & debile fiat: Hunc enim ignem oportet extrahere igne connaturali: vt dicit Senior. Ignis noster est aqua: si scieueris dare ignem igni, Mercurium Mercurio, sufficit tibi. *De secundo dicit Senior, & alii sapientes*: Quod anima extrahitur per putrefactionem, & cum eo nihil remansit de anima, tunc abluisti corpus à sordibus suis: Idem dicit, aufer ei animam & redde ei animam. *De tertio scribitur*: oportet te extrahere Quintam essentiam, aliter in vanum laboras. Et ob hoc triplex dicitur argentum viuum: Et proter vitam eius imponitur ei mors, prout vulgare sonat prouerbium: Qui argentum viuum sciuerit occidere & mortificare, Magister & Philosophus in hoc opere appellatur. Secundum vero argentum viuum est spiritus, & dicitur aqua permanens, siue acetum, siue menstruum, siue nutrimentum, & multis aliis nominibus intitulatur. *Turba Philosophorum* refert, quod sit acetum acerrimum, per quod aurum, merus fit spiritus, & sine quo aceto, nec nigredo, nec albedo, nec rubedo; per tale enim argentum viuum, extrahitur secundum, mortificatur, occiditur, extinguitur, & coa-

Triplex modus est argentum viuum id est ignem Philosophicum extrahendi.

Ignis est aqua.

Ignem miscere igni, Mercurium Mercurio opus complet.

Mortificatio Mercurii præsupponit artificẽ Philosophum.

Acetum, id est aqua permanens.

coagulatur, vt *Turba Philosophorum*, dicens attestatur: scitote, quod corpus non tingit, nisi prius tingatur. Ideo Philosophi illud venenum vocauerunt, ac varie ac multipliciter de illo nominibus plurimis tractauerunt. Et quemadmodum inuidi dixerunt: Est lapis, & nō lapis, verum autē gumma, vt in *Turba Philosophorum* scribitur. Notifico autem vobis gummæ dispositionem, non inuidens, arcanum in ea magnum existens. Scitote quod gumma nostra fortior est auro, & oportet eam habere auro notabiliorem: gumma autem nostra apud Philosophos est pretiosior & sublimior margaritarum, eo quod ex gumma & pauco auro multa emimus: ideoque Philosophi scribentes ne pereant cauentes: & manifeste in libris suis dispositionem eius non posuerunt, ne quilibet eam agnosceret, quam si insipientes scirent, non vilipenderent. O quam plures sunt gummæ, sed minime hanc nostram cognoscentes. Ideo huius veneni naturam absconderunt Philosophi, eo quod per ipsum totum regimen adimpletur: & tota mortificatio & occisio in ea consistit. Quartum autem argentum viuum ex prioribus resultat, & est albi coloris, antequam ei ignis aduenerit. Igne vero ei adueniente ipsum fit rubeum, & hoc à lapide diuino procedit, vnde *Elbo interfector*. Dealbate latonem, & rumpite libros, ne corda vestra rumpantur. Et *Turba*: Nummis imponite, & fit Elixir, & quod per ipsum natiuitas & vita, & aqua munda ex multis extracta tincturis & rebus: eiusque tinctura & vita ex his, quibus immergitur, & coloratio perfecta: vt *Turba Philosophorum* testatur, quod pretiosissimus color est tyrius, quem prius colorem pronunciauerit: deinde purpureus color approximabit. Hoc enim argentum viuum est fructificans suauitates odoris, & est tinctura verax & infallibilis, omni corpori præstans complementum.

Lapis venenosus.

Gumma nostra auro fortior.

Sapientes occultarunt mysterium.

Veneni natura totum adimplet regimen.

Dealbatio lapidis.

Tyrius color pretiosus cui insequitur purpureus.

Octuagesima tertia authoritas, est comparatio lapidis cum omnibus metallis in qualitatibus, in naturis, in coloribus, in mollitie, in duritie: Et hoc in manifesto & in occulto eorum. Auro & argento comparatur, ratione perfectionis colorum perseuerantium in igne, & ponderum, nec non ductibilitatem, præcipue tamen auro, cum ipsum sit nobilius & perfectius omnibus aliis corporibus, ob hanc perfectionem perpetuam, dicitur aurum Philosophicum: vt Philosophus testatur, dicens: præsentes & præteriti non fecerunt aliquid, nisi ex auro aurum,

Occultum & manifestum metallorum.

Perpetua perfectio in auro.

Ex auro fit aurum. Ex

argento fit argentum.

rum, & ex argento, argentum: non tamen illud aurum vel argentum fuit vulgi. Est autem Philosophicum aurum, quod non emitur pretio magno, vt *Alfidius* dicit: Scitote, quod hic lapis, de quo hoc arcanum agitur, Deus non emendum magno pretio posuit, quoniam via eiectus inuenitur, vt à paupere & diuite haberi possit: vt scilicet ratione & scientia ad eam quisquis leuiter possit peruenire. Et *Morienes* ait: Omnis res quæ magno emitur pretio, mendax est: quoniam modico huius gummæ, & paulo auro, multum emimus. Et *Senior* dicit; aurum nostrum non est aurum vulgi, quia sequitur dealbatio, vt ibi dicitur: dealbate aurum. Hoc igitur aurum cum dealbatum fuerit, post nigredinem suam, quæ est tinctura. Et iterum aurum commiscete cum auro, hoc est, cinerem cum aqua. Vel seminate aurum in terram albam foliatam, quæ & tertia terra, quæ est auri, tingit Elixir, & tingit eam. Et hæc est Magnesia alba perfecta, & non rubea. Inde ex auro Philosophico non fit aurum, sed argentum: vt *Turba Philosophorum* testatur, dicens: Scitote, quod nisi dealbetis scilicet aurum nostrum, non potestis rubeum facere, eo quod duæ naturæ nil aliud sunt nisi album & rubeum. Album de rubeo nigro erit, & de mundo albo: Crystallinum de rubeo citrino apparebit. Et hoc vult *Senior* cum dicit: Est enim mirabile, cum miseris super alia tria commixta, tunc iuuat album super citrinum, & rubeum dealbat ea in albedine argenti: Deinde iuuat citrinum super album & rubeum, & facit ea citrinare citrinitate auri. Deinde iuuat rubeum super citrinum & album, & facit ea in rubidine Alkasal marini. Et *Morienes* ait: Respice citrinum completum, & rubeum diminutum in sua rubedine, & omnem rubedinem. Et insuper aspice nigrum completum, & nigrum diminutum in sua nigredine, & omnem nigredinem. Et hoc patet, quod aurum Philosophicum non est aurum vulgi, nec in colore nec in substantia: ideo dicitur quod lætificat cor hominis, & argentum similiter: sed illud quod extrahitur ex eis, est *alba & rubea tinctura, vera, fixa, viua, perseuerantia, coloratiua, perpetuatiua, ingreßiua, penetratiua, perfectiua, omnibus metallis permixtiua.* Illa hominem lætificat, & cor hominis sanat, vt *Senior* dicit, & reddit hominem hilarem, & iuuenilem facit, & vigorose corpus conseruat.

Lapis in via proiectus inuenitur.

Aurum Philosophicum non est aurum vulgi.

Dealbatio auri.

Ex auro Philosophico non fit aurum sed primo argentum, postea aurum.

Aurum Philosophicum non est aurũ vulgi nec in colore nec in substantia.

Virtutes Medicinæ vniuersalis.

Octa-

Octuagesima quarta authoritas, est Basiliscus Philosophicus; de quo sic intelligendum. Philosophi antiqui Medicinam vniuersalem seu aurum potabile Philosophicum, comparauerunt Basilisco & aliis vermibus venenosis, ratione nutrimenti aut cibationis, aut infectionis. Nam sicut Basiliscus dicitur nutriri & cibari per diuersum cibum ac potum, donec magnus fiat ac maturus: post hoc moritur & occiditur & de eius puluere tunc fiunt miracula: sic corpusculum sapientiæ nostræ nutritur & augetur per aquam permanentem, vsque illud magnum & fluxibile apparebit, tunc mors eum reuelabit. Et sicut Basiliscus suo flatu & odoratu inficit animalia & homines: sic odor nostri corporis Magnesiæ, perficit argentum viuum ipsumque subito mutans de natura sua in naturam alienam. Vnde Morienes: Scito quod terra fœtida cito recipit scintillulas albas. Comparatur autem Tyriacæ, ratione curationis omnium metallorum. Comparatur etiam veneno, ratione multiplicis tincturæ albę & rubeę, nec non subitaneæ transmutationis vnius coloris in alium, de imperfectione in perfectionem: quia sicut modica qualitas veneni, repente magnum corpus inficit, sic vna pars Elixiris albi ac rubei, multas partes omnium metallorum in verum & perfectum Lunificum & Solificum transmutat corpus.

Nutrimentum, cibatio & infectio fit per aquam permanentē.

Mors reuelat corpusculum sapientiæ.

Comparatio cum Theriaca.

Comparatio cum veneno: Modicū venenum inficit, sic modica pars Elixiris multum metalli tingit.

Octuagesima quinta authoritas, sunt res minerales: Quibus antiqui comparauerunt aurum potabile Philosophorum, dum inquiunt: Quidam Philosophorum lapidem nostrum rebus mineralibus, vt aluminibus, vitriolis, salibus comparatunt: Quidam spiritibus, quidā metallorum corporibus. Horum autem quidam qui de salibus & aluminibus atque vitriolis tractauerunt, est sententia multiplex: Nam Plato vult, quod alumina splendificant, salia dissoluunt, vitriola constringunt & constringunt. Nam alumen crudum dicitur abundare in humore, calcinatum vero in summa siccitate: Ideo quamdiu humor abundat, comparatur aluminibus, sed priuato humore peccante, dicitur alumen calcinatum, album ac fixum. Proprietas vero salium est, dissoluere & rodere, & humectare, & liquefacere rem acidam: quia dicitur calcinate corpora cum sale: quia sal corrodit eorum humiditatem corrumpentem. Iam sales faciunt corpora leniter in igne fluere. Notandum, quod quædam salia sunt fixa, quædam

Comparatio lapidis cum mineralibus, cum spiritibus, ac metallorum corporibus.

Quomodo comparetur aluminibus.

Salium proprietas est ꝫ dissoluere.

Diuersa genera salium.

dam volatilia. Nam omne fixum ponitur pro corpore & pro retinaculo, & talia extrahuntur à rebus calcinatis: vt dicitur, extrahite salem Alkali, extrahunt enim, & non prosperantur in eo: quia extrahunt de eo in quo non est sal Alkali Philosophorum. Quemadmodum enim extrahitur sal Alkali à calce viua, vel cinere clauellato, vel sal tartari ab ipso Tartaro calcinato per humorem conuenientem, donec nihil remanet acuitatis; sic sal nostrum, quod est tinctura, extrahitur à calce metallorum per putrefactionem, vsque totum compositum exuat suam naturam & induat alienam. De tali *sale* dicit Senior: Primo fit cinis, postea sal, & de illo sale per diuersas operationes Mercurius Philosophorum. Salia vero non fixa ponuntur pro spiritibus, vel pro aquis acutis, acetosis, corrosiuis: sicut est sal armoniacum, quod est nobilius, quia totum est spirituale. Post hoc sal commune, & sal vrinæ. Nam sal armoniacum est secundum elementum in hoc opere necessarium, testante Aristotele, in libro septuaginta præceptorum, vbi dicit: quod Almizadic tibi solum deseruiat. Nam ipsum corpora soluit & liquefacit, & spiritualia reddit. Aliqui Philosophorum posuerunt esse totum arcanum in eo, & vocauerunt ipsum diuersis nominibus propter naturæ suæ excellentiam. Vt in libro *Turba Philosophorum* scribitur: Quia quidam vocauerunt ipsum à loco, vt gummi, sputum Lunæ: Quidam à colore vt sanguis, vrina auri: quidam à natura vt argentum viuum. Vtamini ergo illa venerabili natura: nam ex ea ars fit, & non ex alia. ô quam pretiosa est serui rubicundi natura; de ipso dicunt Philosophi, quod ipsum sit primum in origine corporum metallicorum. Nam quando argentum viuum grossum immundum occurrit sulphuri grosso, inde generatur metallum corruptum: & tale est remouendum in operatione prima: quia in prima ipsius origine producitur grossum fœtidum & immundum per naturam, vt *Auicenna* dicit. Vidimus itaque in principio rei eius siccitatem & destructionem aqueitatis fore nocuam, & ab eo vt calefiat quod pulueriſetur aut frangatur, vt *Turba Philosophorum* ait: Ecce plumbum rubeum, quod initium est operis nostri: nam sine ipso regimen stare non potest. Non autem salarmoniacum vulgi hic intelligitur, quod cum ipso opus nostrum non peragitur. Vitriolum autem & atramentum

Sal Philosophorum est tinctura extracta ex calcaris.

Et materia aliqua fit cinis, ex cinere sal, ex sale Mercurius. hic opus & hic labor est.

Lapis vocatur à loco.

Lapis dicitur à colore.

Lapis dicitur à natura.

Natura serui nostri est primum in origine corporũ metallicorum.

Plumbũ rubeum operis nostri initium.

tum ob hoc interponitur: quia omne vitriolum & attramentum Philosophorum calefactum & assatum igne debili, colore rubiginoso vestietur, vt in libro *Turba* scribitur: quod prima die apparet nigra citrina: secunda nigra rubea: tertia similis croco. Hinc vero quidam Philosophorum spiritibus mineralibus hanc sapientiam assimilauerunt, vt est sulphur, argentum viuum, arsenicum, auripigmentum, Magnesia, Marcasita: cum tamen neutrum istorum sit Philosophicum. Sulphuri simile dicitur propter tres actiones ipsi argento viuo inferens. Primo stringit ipsum à sua humiditate: secundo denigrat sua adustione: Tertio ipsum rubificat sua tinctura adustiua. Nam *Senior* dicit: Sulphur nostrum non est sulphur vulgi quod comburit & comburitur combustione nigredinis & destructionis: Sulphur enim nostrum comburit combustione albedinis & meliorationis. Et *Auicenna*: Nisi quod illud quod aduritur, est vulgi: & aliud non aduritur quod est sapientum. Et Turba Philosophorum dicit: Argentum viuum accipite, & in Magnesiæ corpus coagulate, vel in sulphure quod non comburitur. Hoc autem sulphur quod non comburitur, nuncupamus æs. Terite ergo ipsum aceto acerrime, & coquite & cauete ne acetum in fumum vertatur, quia periret opus.

In tribus diebus tres colores.

Lapis sulphuri similis est propter tres actiones.

Sulphur enim Philosophorum, non est sulphur combustibile.

Sulphur nostrum est æs.

Octuagesima sexta authoritas, sunt res naturales. Medicina enim vniuersalis semini humano virili assimilatur ob hanc causam: cum ipsum trahitur ab omnibus membris hominis, & possidet omnium membrorum virtutem, & in vas naturale, quod est matrix, funditur: vbi moritur, & humore connaturali nutritur, donec formatur homo numero dierum suorum, & non amplius: sic semen huius scientiæ à corpore metallico educitur, omnem virtutem habens metallorum in potentia; in vas naturale collocatur quod est aqua permanens & acetum Philosophorum, in quo moritur, putrescit, & vegetatur, & crescit illud æs, & aliæ res nutrimentum recipientes. Hoc autem *vas est vnum per totum opus*, complens albam ac rubeam tincturam. Nam de ipso factæ sunt diuersæ sapientum descriptiones: quia *est vnum in quo sunt tria, scilicet aqua, aer & ignis: quæ sunt tria alembica vitrea, in quibus genitus Philosophorum generatur.* Propter quod nominauerunt tincturam, sanguinem

Semen ab omnibus membris in vas matricis funditur.

Semen nostri scientiæ ex metallico corpore extrahitur.

Vnum vas ad albam & rubeam tincturam.

Tria gignũt filium Philosophorum.

nem, & ouum. Nam in ipsis fertur anima vel aqua, quemadmodum tinctura tinctorum super pannos: portatur in aqua. Est etiam vas sublimationis in quo fumus argenti viui sublimatur, & ascendit in eo: namque quando æstimabitur quod finitus sit fumus argenti viui, & dicitur Aludel longum & altum, & vas inferius dicitur scutella, siue furnus Philosophorum, in quo est ignis Philosophorum: qui cum egreditur denigrat ipsum vas, & comburit omne metallum: quia omnis calidi oleum est pinguedo, & omnis frigidi oleum est humiditas. Est etiam vas resolutionis, in quo corpora resoluuntur: Resoluitur enim in eo aliquid post aliquid, parum post parum ordine suo, & non fit resolutio omnium partium vna vice, sed secundum Elixiri modum resoluitur illud & extrahitur: vt *Senior* attestatur, dicens: cum non egreditur, ab hoc lapide anima eorum vna vice, sed pluribus: & propter hoc nuncupata est anima hæc, animæ flos & flores, sanguis & sanguines, pinguedo & pinguedines, & tamen est anima & spiritus viuus eam educens. Et corpora sunt duo, scilicet masculus & fœmina, quæ sunt terra & aqua: & tres sorores ingredientes super ipsis principiis, sunt nutrimentum & augmentum ipsius aliti & augmentati: vt quantum in vno quo alitur & augetur vitello & albumine, & cortice tegitur. Nam habet totum in se quibus eget operator in operatione. Et soror prima egrediens super ipsis, dicitur salsatura prima ex tribus, quam vocant hic aerem, & facti sunt duo masculi: scilicet frigiditas & caliditas: & inter eos vna fœtida est aqua. Deinde ingreditur soror secunda, hæc est salsatura secunda ex tribus secundis: & facti sunt duo masculi, qui sunt terra & ignis: & duæ fœminæ, quæ sunt aqua & aer. Post hoc ingreditur tertia soror, quæ est tertia salsatura ex nouem, & perfecta est domus quatuor angulos habens & rectos: quæ sunt quinque. Et hæc est Magnesia vere alba, & non falsa, ab armatis perfecta, vt *Senior* dicit. Hæc quinque quando congregata & collecta fuerint, fient vnum, quod sapientum naturalis lapis perfectus est, cum nisi duæ perfectæ tertiæ, perfectæ fuerint, fiet totum. Et *Auicenna*: cum ad has quinque perueniemus, perueniet ad vos intentio nostra. Et notandum quod inter elementa sunt duo masculi, scilicet terra & ignis, & duæ fœminæ, scilicet aqua & aer: Et hæc

Vas sublimationis.

Ignis Philosophorum.

Vas resolutionis.

Anima animæ.

Duo corpora masculus & fœmina.

Tres sorores, vt tria principia: inter qua duo faciunt fontinam, tertiū est rex senior volens iuuenescere.

Tertia salsatura.

Ex quinque fit lapis perfectus.

Terra & ignis sunt duo masculi.

Duæ fœminæ sunt aer & aqua.

hæc quatuor in humido vnctuoso, quod est radicale, naturaliter intelliguntur, vel in terra & aqua, quæ in manifesto sunt existentes, &c.

Octuagesima septima authoritas: Sunt quatuor res ex homine quibus Medicina nostra assimilatur, scilicet stercori, vrinæ, sanguini & capillis. stercori dicitur simile in qualitate terræ fœtidæ infectæ, vel ratione mali odoris inficientis. Et est lutum quo vasa firmantur. Vrinæ vero in qualite aquæ mundificantis, vel abluentis, siue remouentis fœtorem terræ: vel ex acuitate salis exiccantis. Sanguini in qualitate aeris penetrantis, aut mollificantis duritiem terræ, aut ratione coloris rubei remanentis super terram. Capillis autem, in qualitate ignis comburentis & egredientis de terra &c.

Vrina in qualitate aqua. Sanguis in qualitate aeris. Capilli in qualitate ignis.

Octuagesima octaua authoritas, sunt quatuor interiora in corpore humano, cerebrum, cor, epar & testiculi. Cerebro, in aquæ frigiditate: Cordi, in ignis caliditate: Epati, in aeris humiditate: Testiculis, in terræ siccitate. Nam sedes phlegmatis in cerebro; sedes choleræ rubeæ in corde; sedes sanguinis, in epate; & sedes melancholiæ in genitalibus collocatur. Et hæc prædicta notanter in vno corpore natura constituit: sed situs & operationes eorum diuersificantur. Nam in cholera virtus appetitiua intelligitur, quia colorat: In melancholia, virtus retentiua, quia retinet colores: In sanguinea, virtus digestiua; quia tollit superflua: In phlegmate virtus expulsiua, siue mundicatiua, quia dat veros ac perfectos colores. Quinta autem virtus nec grauis nec leuis, nec dura nec mollis: sed proprie dicitur vita, quæ has quatuor coniungit in vnum, eisque tribuit vitam robustam atque perfectam.

Cerebrũ frigidum, cor calidum, epar humidum, testiculi siccitatem demonstrant. In cholera virtus appetitiua. In Melancholia virtus retentiua. In sanguinea virtus digestiua. In phlegmate virtus expulsiua.

Octuagesima nona authoritas, est Ouum: Hæc enim scientia ouo comparatur: Quia in eo sunt quatuor coniuncta: cortex apparens est terra: albedo est aqua: cortex vero tenuis qui in cortici spisso iunctus, separans aquam à terra, est aer: rubeum quoque oui est ignis: cortex rubeum continens est aer, separans aquam ab igne, & vtrumque est vnum ac idem. Aer vero terram separans ab aqua, spissior est aere altiori: aer vero altior, est calidior & subtilior. Nam ignis est sibi propinquior quam aeri inferiori: In Ouo igitur sunt quatuor, scilicet terra, aqua, aer & ignis: His quatuor

Quatuor in oua coniuncta. In Ouo sunt 4. Elementa.

exceptis in medio rubei est quintum, quod est pullus. Hoc non intelligitur de ouo volatilium, sed de quo Philosophi loquuntur: Ideoque omnes Philosophi in hac excellentissima arte ouum descripserunt ipsum, & alia multa exempla suo operi posuerunt: vt doctrinæ filii inde intellectum caperent & naturam inuestigarent.

Arsenicum pro masculo, auripigmentum pro fœmina intelliges.

Nonagesima authoritas, est Arsenicum & Auripigmentum; Quibus etiam comparatur, ratione vnctuositatis, & adustiuæ humiditatis, nec non vaporis ab igne: quibus corpora denigrat & exsiccat. Et Arsanicum dicitur masculus, ratione coloris & siccitatis: Auripigmentum ratione caloris & humiditatis fœmina. Vt Turba Philosophorum dicit: Demonstraui vobis fœminam in auripigmento, masculum vero in plumbo. Et sciendum quod Philosophi vnam dicunt naturam Arsenici & Auripigmenti ratione fugæ, vel ratione causarum prædictarum. Nam multotiens ponitur pro igne sulphureo, & sæpius pro spiritu, qui est egrediens à corpore, qui est aqua: qua omnia vegetantur & augmentantur.

Macasitæ color argenteus & aureus.

Nonagesima prima authoritas, sunt Markasita, Magnesia & Tutia: His enim & Philosophi artem lapidis comparauerunt; Markasitæ in colore: quia sicut Markasita scintillas argenteas & aureas habet mixtas in terra: sic in opere Philosophico signa apparent similia: vt testatur *Morienes* dicens: scito quod terra fœtida cito recipit scintillas aureas, vt supra. Dicitur etiam Magnesiæ esse similis, ratione ponderositatis, & fractionis omnium metallorum. Dicitur etiam Thutiæ esse similis, ratione extinctionis. Nam sicut præcipitur Thutiam extingui septies, vel nouies, vel decies, vel duodecies, vt eius subtilietur terreitas, & sulphureitas deleatur: sic mandant Philosophi, opus eorum iterari, vt omne superfluum in manifesto abiiciatur, absentia in profundo siue in occulto adiiciantur. Notandum vero est, quod duplex est spiritus: vnus in corpore, & hic est remouendus, id est, extrahendus, & est igneæ naturæ, vt *Turba* testatur, dicens: scitote quod corpus non potest tingere seipsum, nisi spiritus extrahatur, qui in ventre eius occultus est, & fiet aqua, & corpus absque spiritu: qui est spiritualis naturæ, ex quo colores apparent, eo quod spissum terreum non tingit, verum autem tenue naturæ, quod de cor-

Magnesia ponderosa & frangibilis.
Tutia extinguitur vt melius depuretur & purius reddatur.
Spiritus in corpore duplex.
1. In corpore qui extrahendus.

de corpore transit & colorat. Secundus vero est extra corpus, & est aqueæ naturæ, & est tingens corpus in Elixir. Vt *Turba* dicit: Masculus vero, hic est corpus, & fœmina, hæc est spiritus. 2. *Spiritus extra corpus.*

Nonagesima secunda authoritas, sunt quatuor metalla imperfecta, ferrum, cuprum, stannum & plumbum: His enim hæc scientia etiam comparatur, ratione duræ fusionis & mollis in manifesto & in occulto eorum. Nam illa quæ sunt dura in manifesto, sicut ferrum & cuprum, sunt mollia in occulto; & sic de aliis duobus est intelligendum: Idcirco ferro & cupro assimilantur propter carentiam horum fluxibilium & liquabilium in igne. Et talia sunt stringentia stannum & plumbum, quæ abundant humore, præcipue ferrum, cum ipsum sit minorum humorum, & maioris caloris, vt *Senior* dicit: Ego ferrum siccum & durum & forte & pistans, & pistatum omne bonum. Et non est res in mundo agens actionem meam: per me enim generatur secretum secretorum: quando conualesco à languoribus, tunc habeo vitam Leonis rugientis, & hoc est ferrum Alchymicum, ipsum enim non trahitur ab Adamante. Et si quis studeret aliud inuenire faciens operationes huius, non posset: Ideo magnificatum, & exaltatum est, & factum æs omnium rerum. Ideo maxime videtur argento viuo Philosophico amicari, cum ipsius sit coagulum, nisi coagulatione perpetua & firma. Necnon stannum & cuprum & plumbum eadem operatione posse firmari, vt *Turba Philosophorum* dicit: *Æs* vt plumbum lapis fiunt pretiosus: ideo ponite plumbum cum plumbo: quia Natura naturâ lætatur, & Natura naturam volare facit: & Natura naturam continuit: & Natura naturam superauit: Ideo nutu Dei fiunt illæ Naturæ multiplicantes. Dicitur etiam quod sit propinquitas inter magnetem & ferrum: maior vtique est propinquitas inter æs & aquam nostram, quæ est plumbum & stannum album, vt *Turba Philosophorum* testatur, dicens: Etenim plumbi albi dispositionem demonstraui: eo autem noto, nihil aliud est, quam opus mulierum, & ludus puerorum: absque tali enim plumbo nulla tinctura fit perfecta, eo quod vim habet, vt Hermes dicit, generandi triplicem: quod compositum in corpore stringit, & in colorem vertitur inuaporabilem. Et scitote, quod prima vis est acetum; secunda vero plumbum, de quo sapientes dixerunt: Coquite ipsum

Quæ dura in manifesto mollia in occulto.

Ferrum Alchymicum.

Ferrum amicabile est cũ argento viuo.

Æs & plumbum faciunt lapidem.

Dei nutu naturæ fiunt multiplicantes.

Notato & cognito plũbo, opus mulierum & ludus puerorũ dicitur.

stannum donec priuetur humore suo, & fiat siccum, & residuum suum bibat humorem, eo quod plumbum combustum fuit, hoc est, plumbum rubeum de quo sapientes dixerunt: Ecce hoc plumbum quod rubeum nuncupamus, nostri operis est initium, sine quo nil fit. De ipso namque dicitur, de plumbo fac ferrum, aut crocum de croco, fac album de albo tincturam. De stanno fac cuprum vel æs: de ære fac cerussam; de cerussa fac minium: de minio tincturam, & apprehendisti sapientiam. Intellige quid legas: Nam hæc ars stultos fallit. ô quam plures sunt seducti in nominibus spirituum & corporum, putantes se extrahere tincturas de rebus siccis & aridis combustibilibus, cum in eis nulla sit vtilitas, & omnia vertuntur in nihilum, & cuncta mortua sunt, & eorum causatio ad perfectionem non peruenit, vt dicit *Alphidius*: Caue ergo fili, à spiritibus & corporibus, lapidibusque mortuis te separa: quoniam in illis nullum est iter, nec etiam in eis tuum propositum inuenies: quia vita eorum non augetur, imo tendit in nihilum, sicut sunt salia, auripigmenta, arsenicum, argentum viuum, sulphur, capilli humani, sanguis, sperma, vrina puerorum, ouum, aurum, argentum, ferrum, cuprum, stannum, magnesia, marcasita, thutia & his similia: quæ omnia senior dicit esse combustibilia, & mortua, nec in eis aliqua operatio nostræ similis: Quia operatio nostra surgit per seras, seraturas aperientes. In plumbo vero est vita mortua, & hoc inter arcana arcanorum est notandum, quod dicit Philosophus: Nihil est affinius auro quam plumbum.

Plumbum rubeum.

Philosophia nostra non stultis sed sapientioribus manifestatur.

Frustraneus cauendus labor.

Operatio nostra Physica surgit per seras, seraturas aperientes.

Nonagesima tertia authoritas, sunt vegetabilia: Quidam enim Philosophorum hanc scientiam diuinam, herbis, radicibus, arboribus, floribus, & aliis diuersis vegetabilibus, nec non succis eorum & fructibus similitudinarie comparauerunt. *Galenus* dicit: de arbore Philosophica quæ septem ramos habet, vt in quodam scripto reperi tractatum de Lunatica sic procedente: Hęc est quædam herba siue planta, nomine Lunatica, siue Berissa: cuius radix est terra metallica, stipes eius rubicundus quadam nigredine perfusus: folia eius similia foliis maioranæ, & sunt triginta secundum ætatem Lunę in crescentia & in decrescentia, flos eius citrinus: post tres dies odor eius, vt odor musci in plenilunio, vel in decrescentia completa: ex eo acceptus & in

Arbor septē ramis.
Descriptio Lunaticæ herbæ.

& in eo Mercurio impositus vertitur in Lunam perfectam. Si post hoc bullitus fuerit quinque vicibus vertitur in solem. Nota quod omnium prædictorum nomina sunt posita similitudinarie in hac excellentissima scientia, pro qua omnis fidelis debet tempore vitæ suæ fideliter & constanter laborare. *Mercurii in Lunā transmutatio.*

Nonagesima quarta authoritas, est pluralitas vocabulorum in operatione hac cælesti, Vbi sic notatur: Philosophi diuersa vocabula ipsi operationi attribuerunt: Quidam eorum dixerunt, quod calcinando, soluendo, destillando & coagulando hoc opus peragitur. Et *Hermes* hoc intimat per alia verba, cum dicit: *Pater eius est Sol, mater vero eius Luna: Portauit illud ventus in ventre suo: Nutrix eius terra est.* Alii vero dixerunt, sublimando & reiterando atque figendo, donec in fundo maneat: Alii incerando, aut imbibendo, donec fluat: alii abluendo aut mundificando, donec album & pulchrum appareat: Alii occidendo, donec moriatur & albificetur: Alii viuificando, & nutriendo, donec genitum fiat: Alii putrefaciendo & corrumpendo, donec manifestum occultetur, & è contra: Alii separando elementa, & reiungendo: Alii conterendo, donec corporeum fiat spirituale, & è conuerso: Alii coquendo, donec arescat: Alii assando, donec confringatur: Alii remouendo, donec nouus adueniat: Alii corpora & spiritus rectificando, sicut Venerem dealbando, à Ioue stridorem auferendo: Saturnum indurando aut mundificando: Martem mollificando: Lunam citrinando: nec non ipsa corpora in aquam soluendo, nihilominus omnibus corporibus diminutis perfectionem præstando: Alii Mercurium coagulando, Arsenicum, auripigmentum, sulphur, Magnesiam, Marcasitam, Thutiam dealbando, atque fixando: Alii salia acuta quasi Dea inceratiua præparando: & adhuc diuersis vocabulis (quod longum esset enarrare) Elixir eorum album & rubeum compleri dixerunt, quæ omnia sunt vnum & idem intelligenti, & condependentia, ac sibi concathenata quemadmodum cathena: ita cum vnum terminatur, aliud incipitur. *Parentes Lapidis Philosophici.* *Varii variorum errores.*

Nonagesima quinta authoritas, est ipsa Astronomia. Hæc enim scientia diuina Astronomiæ vocabulis vtitur, secundum cursum planetarum, atque affectibus eorum, numero & virtute signorum duodecim circuli zodiaci, sicut Aristoteles testatur ad Alexandrum, dicens: Quod

Saturnus terram, Mercurius aquam, Iupiter aerẽ, Sol ignem tenet.

Omne vegetabile florens & ferẽs fructum Saturno & Soli attribuitur.

Omne floridum non ferens fructum attribuitur Mercurio ac Marti.

Conceptio lapidis secundum planetas.

Saturnus tenet terram, Mercurius aquam, Iupiter aerem, Sol ignem: quia omne carens lumine de numero vegetabilium à Saturno regitur, & ei attribuitur. Et quicquid vegetabilium est floridum non ferens fructum, Marti attribuitur, & per ipsum regitur: Et omne vegetabilium floridum fructuosum, Soli attribuitur, & per ipsum regitur. Et iterũ subiungit: Deinde compone & coniunge has diuisiones, & dies, omne vegetabile ferens fructum non florens, sicuti est pomum & palma, attribuitur Saturno & Soli. Et omne floridum non ferens fructum, regitur à Mercurio & Marte. *Ecce quomodo Astronomia virtutibus Planetarum hos donum Dei contexit.* Dicit enim Aristoteles, quod omne vegetabile carens lumine à Saturno regitur. Intendit terram nigram & fœculentam: & omne floridum & luminosum à Mercurio regitur, vult dealbationem primam ipsius terræ: & omne floridum non ferens fructum, à Marte regitur, vult terminationem, siue incerationem, post albedinem, quæ dicitur inceratio. Et omne floridum fructuosum à Sole regitur, vult tincturam esse completam. Dicit enim *author trium verborum*, quod in fœtu primo mense, cum semen à matrice conceptũ est, Saturnus operatur, congelando & constringendo sua frigiditate & siccitate ipsam matricem, & materiam in vnam massam. Secundo mense Iupiter operatur sua caliditate & humiditate, digerendo in quendam massam carneam, quæ Embrio vocatur. Tertio mense operatur Mars sua caliditate & siccitate, digerendo & sequestrando ipsam materiam in membra. Quarto mense operatur Sol immittendo spiritum vitæ. Quinto mense operatur Mercurius, qui formatiua & spiracula facit. Sexto mense Venus operatur, quæ disponit & ordinat supercilia, oculos, vt testiculos, & talia. Septimo mense Luna operatur ad expellendum fœtum: & si tunc nascitur, viuere potest: sin autem debilitatur virtute signorum. Idem testatur, dicens: Quando Sol est in ariete, & in sua exaltatione, tunc completur primus gradus, qui est debilis ratione caloris. Et est ordo aquæ: Quando Sol est in Leone, tunc completur secundus gradus, qui est feruidior, ratione maioris caloris, & est ordo aeris. Quando autem Sol in sagittario, tũc completur tertius gradus, qui est nullius caloris comburentis, & est ordo aeris deficientis: quia calore priuato, nullus omnino motus est, sed requies & tranquillitas vera. In hoc loco Pater suscipit filium,

hoc

hoc est, terra retinet spiritum, & amodo ipsum fugere non permittit. Senior enim dicit de virtute duorum Planetarum: Ego Sol calidus & siccus, & tu Luna frigida & humida, quando fuerimus copulati equitate status in Venere domus clausæ, recipiam à te animam adulando. *Postquam ascenderimus ordinem Seniorum, lucem lucis, tunc effundetur ex me & ex te.* Quid ergo intendit Senior per talia verba? Per Solem & Lunam vult ignem & aquam: Ignem in terram, aquam in aerem, quando hæc coniuncta fuerint in ventre, hoc est in radice domus clausæ, hoc est, corporis Magnesiæ: & hoc corpus recipit animam, hoc est, rem adulando, hoc est paulatim & donec ordo seniorum impleatur, id est maiorum humorum susceperit nutrimentum: tunc Lucerna lucis infundetur ex me, & ex te, hoc est, quando ambo fiunt resplendentes, & propalantur lucentes. Et sic oportet vnumquemque inuestigatione huius scientiæ verba sapientum subtiliter enucleare, alioquin non modicam incurrit errorum offensam, &c.

Terra retinet spiritum.

Sol & Luna volunt ignē & aquam.

Corpus recipit animam.

Sapientia opus est in Philosophia cognoscenda.

Nonagesima sexta authoritas, est Geometria, seu Arithmetica: Quæ nobilissimam hanc scientiam suis numerorum distinctionibus in parte & in toto obscurauerunt: Nam terminus & finis totius operis in numerorum diuisionibus est sigillatus: In hoc autem termino multi doctrinæ filii errauerunt conquesti. Nam Philosophi in huius scientiæ termino addiderunt & diminuerunt summam radicis, per partes integrantes ipsum totum, numero minori, mediocri & maximo. Ob hoc, ne insipientes capere possent. Dicit enim Aristoteles in libro septuaginta præceptorum capitulo alternationum: Multiplices sunt septuaginta præceptorum alternationes decem. Namque primo conueniunt, secundo quoque, tertio sequuntur. Nam decem in decem respondent: hic denique diuisiones sequi necesse est. Sed priorem ordinem lector noster attendat. Quando & author trium verborum dicit: Quod à tribus duo intelliguntur numeri: Nam longitudo dierum septem completur. Et *Senior* ait: Quod in septem diebus forsitan apparebit albedo. Et quidem in secundo refert, quod vniuersa erunt decem iuxta numerum aquilarium nouem, & terræ nigræ. Intellige principium numeri primi & secundi: dicis duo, qui sunt tres numero: deinde dicis tria, quæ sunt numero sex: deinde dicis quatuor, quæ sunt numero decem: quatuor occulti, decem manifesti. His numeris perficitur Magnesia alba. Hinc refert *Hermes*,

Terminus & finis totius operis in numerorum diuisionibus est sigillatū.

Septē in diebus apparebit albedo.

pater

pater Philosophorum, quod non perficiuntur quousque sui colores peragantur, quæ est aqua, quæ diuidit ipsam in alias quatuor, vna scilicet duabus, & tria vni, quarum colori tertia pars est: humori vero duæ tertiæ, quæ aquæ sunt: Pondera sapientum. Et scito quod vitis sapientum succus in quinto extrahitur, eius quoque vnum in fine triginta peragitur intelligite proportionem. Decoctio namque minuit, tritura autem augmentat, hoc est initium & finis. Nam Philosophi alii asserunt complementum fieri in septem diebus: alii in quatuor diebus: alii in tribus vicibus: alii in quatuor vicibus: alii in decem diebus: alii in quadraginta: alii in vno anno. Turba Philosophorum & Alphidius, qui dicunt in quatuor anni partibus, scilicet hyemis, veris, æstatis & autumni: alii in tribus annis, vt Geber, & rex Artus: alii per mensem: alii per hebdomadam: alii per diem; quæ omnia idem & vnum sunt in toto, sed in radice differũt: quæ omnia oportet artificiose subtiliter explorare, alioquin eius operatio frustrabitur, & ad nihilum reuertetur.

Pondera sapientum.

In toto vnũ differentia in radice.

Nonagesima septima authoritas: est *Tabula Smaragdina Hermetis*, quæ sic ait: Verum est certum & verissimum. Quod est superius, naturam habet inferioris, & ascendens naturam descendentis: coniungas vnica via dispositioneque. *Sol est eius coniugii Pater & alba Luna Mater, tertius succedit, vt gubernator, ignis.* Crassum fac subtile & hoc spissum reddito: ad hunc modum gloriam habebis huius mundi. Vide symbola aureæ mensæ D. Maieri lib. 1. fol. 25. 26.

Lapis Philosophorum.

Gloria mundi.

Historia de Phœnice.

Nonagesima octaua authoritas: est *Phœnix Philosophicus*, de quo dicitur, eum confecto quippe annorum numero, vbi mors propinquet, suis in terris struere nidum, eiq; vim genitalem affundere, ex qua fœtum oriri, & primam adulto curam sepeliendo patris; neq; id temere, sed sublato myrrhæ pondere, tentatoq; per longum iter, vbi par oneri, par meatui sit, subire patrium corpus, inque Solis aram perferre atque adolere. Hæc incerta & fabulosis aucta: cæterum aspici in Ægypto eam volucrem non ambigitur. Vide desuper aureæ mensæ symbola D. Maieri lib. 1. fol. 29 30. & 31.

Nonagesima nona authoritas: Sunt Reges, & Philosophi Ægyptii, vt *Mena, Busiris, Simandius, Sesostris, Miris, Chemnis, Amasis, Sethon, Adfar Alexandrinus, & Calid Rex Ægypti Saracenus*. Legantur symbola aureæ mensæ D. Maieri. lib. 1. fol. 31. 32.

Cente-

Centesima Authoritas: sunt Ægyptiorum coloniæ Chymicæ, Item *Phœnices, Cadmus, terra Rhodus, Tyrii principes, Colchi, Phryges. Danaus, Belus, Dipedes. Erichtheus, Eumolpides*: Item Ægyptiis confines, *Sphynx Philosophica: Collegium Gymnosophistarum apud Æthiopas: Collegium magorum apud Persas: Collegium Brachmanum apud Indos*, &c. Vide Symbola Aureæ mensæ D. Maieri, lib. 1. fol. 33. ad fol. 46.

Centesima prima authoritas: Sunt quatuor fœminæ Chymicæ; Maria Hebræa, Moysis soror, Cleopatra Ægypti Regina, Taphuntia & Medera. Inter has Maria Hebræa expresse loquitur de duobus gummis, albo ac rubeo, eorumque matrimonio; Item de duobus fumis, herba alba & clara crescente super monticulis: At totum arcanum dicit esse in scientia vasis Hermetis; quia illud sit Diuinum & de sapientia Domini gentibus occultatum; & illi, qui illud ignorant, nesciunt Regimen veritatis, propter vasis Hermetis ignorantiam. Illud autem vas, inquit Maria, quod Stoici occultauerunt, non est vas nigromanticum, sed est mensura ignis tui. Symbola vide D. M. folio 63. 64.

Hermolaus Barbarus Corollar. in Diescor. l. 5. c. 115. citat tres fœminas habuisse lapidem Philosophorum.

Centesima secunda authoritas: est *Moyses*, & *filius Dauidis*, *Salomon*, de quibus ambigue recitant Symbola Aureæ mensæ D. Maieri, lib. 2. fol. 59. 60. 61. 62. 63. 64. 65. 66. 67. 68. 69. 70. & 71.

Centesima tertia authoritas: sunt congentiles Hebræi, vt *Caled filius Regis Iazichi*: *Musa* Calidis discipulus: *Hamech* Hebræus: *Isaac* Iudæus de Moiros: *Iacob Albartane* Iudæus: Item *Iohannes Euangelista* citatur ab Auicenna Dict. 1. ad finem cap. 7. de Anima. Imo & à Vincentio Monacho in Speculo Naturali: sic & Chaldaice de Chymia scripsisse traduntur, *Haly* Chaldæus, & *Thobit* Chaldæus: His etiam adnumerantur Syri, Hebræis finitimi. Verba Regis Calidis talia extant, in libro eius Secretorum Alchymiæ dicto: Scias, inquit, frater, quod hoc nostrum magisterium de lapide secreto, & officium honoratum est: *Secretum secretorum Dei*, quod celauit suo populo, nec voluit vllis reuelare, nisi illis, qui fideliter tanquam filii meruerunt, & qui eius bonitatem & magnitudinem cognouerunt. Qui enim secretum Dei postulat, necesse est ei hoc secretum magisterii plus quam aliud. Capite vero 14. ait: Et dixit quidam sapiens: Non est tibi datum à Deo hoc magisterium solum pro tua audacia, fortitudine & calliditate, sine omni labore. Nam laborant homines, & Deus tribuit fortunam hominibus:

Magisterium lapidis secreti, officium honoratum, & Secretum secretorum Dei.

Labor penes homines, Fortuna penes Deum.

nibus: Adora ergo Deum creatorem, qui tibi tantam gratiam suis operibus benedictis voluit exhibere.

Centesima quarta authoritas; sunt Græci, inter quos primus dicitur *Democritus*, deinde *Orpheus*, *Linus*, *Musæus*, *Homerus*, *Eelusinia sacra*, *Samothracia*, *Lampadophoria*, *Pythia*, *Pelopidæ*, *Pythagoras*, *Xamolxis*, *Anaxagoras*, *Clazomenius*, *Heracletus Philosophus*, *Apollonius Tyanæus*, *Michael Psellus*, *Olympiodorus*, *Heliodorus*, *Stephanus Philosophus*, *Zosimus*, *Isaac Monachus*, *Blemidas*, *Pelagius*, *Africanus*, *Synesius*, *Theophylus*, *Ptolomæus*, *Euclides*, *Dardanus*, *Demetrius*, *Abugazal præceptor Platonis*, *Plato iunior*, *Hamech*, *Seneca*, &c.

Centesima quinta authoritas; est Morienus Romanus, qui dicit in secunda dispositione de transmutatione metallorum: Sume fumum album, & Leonem viridem, & Almagra rubeum, & immunditiam mortui: hæc omnia dissolue; quibus dissolutis, fac ea ascēdere, & post ascensionem in vnum coniungere; ita scilicet quod in vnaquaque parte viridis Leonis tres partes de immunditia mortui apponantur. Similiter de fumo albo vnam facies partem, & de Almagra duas, quæ in vase viridi omnia ponantur, & in eo coquantur. Os autem eius vasis firmiter claudatur. Postea vero hoc in Sole ponatur, & desiccetur ibi; & quando desiccatum fuerit, Elixir sibi appone, ac demum pone super ipsum aquam sanguinis, quanta super eum natet. Post tres dies similiter & noctes riga cum aqua fœtida, cauendo ne de suis diebus aliquem minuas, neque eius ignis extinguatur, aut ardendo inualescat, aut minuendo eius adustio minuatur. Transactis igitur septendecim noctibus, prædictum vas aperies, & aquam quam intus inueneris extrahas, & iterum alteram fœtidam aquam in eo reponas: quod scilicet tribus noctibus agendum est, cauendo etiam ne vas vllatenus à sua fornace remoueatur; apposito vero aquæ fœtidæ, semel in vnaquaque noctium trium, fiat. Inde vero transactis viginti vna noctibus, vas à fornace extrahas, vt Elixir quod in eo fuerit, desicces, postea corpus album sumas, in quo videlicet album iam fixisti, & ponas eum in vase paruissimo, quod est iuxta quantitatem fornacis magisterii, quam postquam construxeris fiat. Inde vero vas illud firmiter fornaci coniunge, ne cum flamma ignis comburat, vel contingat. Elixir quoque quod superius in eo diximus, debet proiici taliter, vt si de albo corpore partem ei proieceris, de Elixir partes vndecim proiicias: quibus

Fumus albus. *Leo viridis.* *Almagra rubeum.* *Immunditia mortui.*

Aqua sanguinis. *Aqua fœtida.*

quibus commixtis super vnamquamque huius corporis commixti vnciam, quartam partem vnius drachmatis de Eudica solum proiicias. Hoc ita facto, in magna fornace pone hoc vas & per duos dies, & totidē noctes eum ibi dimittas: super eius caput ignis per tot dies & noctes non extinguatur. His igitur diebus & noctibus completis, hoc quod in vase veneris extrahas, & lauda Creatorem altissimum magnum, super ea quæ tibi tribuit.

Centesima sexta authoritas; est Aureus Ramus Virgilii ita descriptus:

Accipe quæ peragenda prius, latet arbore opaca
Aureus & foliis & lento vimine ramus,
Iunoni infernæ dictus sacer, hunc regit omnis
Lucus & obscuris claudunt in vallibus vmbræ.
Sed non ante datur telluris operta subire,
Auricomos nisi quis decerpserit arbore fœtus:
Hoc sibi pulchra suum ferri Proserpina munus
Instituit, primo auulso, non deficit alter
Aureus, & simul frondescit virga metallo.
Ergo altè vestigia oculis & rite repertum
Carpe manu: namque ipse volens facilisque sequetur,
Si te fata vocant, aliter non viribus vllis
Vincere, nec duro poteris conuellere ferro.

Mineræ sub terra instar arborum super terram.

Aureus ramus decerptus recrescit.

Aureus ramus non vi sed fato acquiritur.

Centesima septima authoritas; est Auicenna Arabs, qui tertio capite tractatuli sui dicit: Certum est omnem rem esse ex eo in quod resoluitur. Nam gelu conuertitur in aquam calore mediante. Clarum est ergo illud prius fuisse aquam quam glaciem. Omnia vero metalla ex Mercurio sunt generata, ideo ipsa in ipsum resoluuntur. Primum ergo regimen lapidis est ipsum dissoluere sicut grossum argentum viuum, vt in suam primam reducatur materiam: Hoc autem totum fit per argentum viuum, eo quod ipsum habet posse Solem & Lunam in eorum naturam & materiam primam redigere. Sed cum argentum viuum habet in se fæculentiam & adustionem absque inflammatione, & aqueitatis substantiam; necesse est ergo eius superflua demere, & absentia adimplere, si completam Medicinam ex illo volueris facere. Terram autem fæculentam omnino oportet sublimatione demere, & absentia adimplere, ne liuidum in proiectione creet colorem,

Omnis res ex eo in quod resoluitur.

Ex quo aliquid generatum in illud est resoluendum.

Requisita completæ Medicinæ.

rem,

rem, & aqueitatem ipsius simili modo delere, ne & totam materiam in proiectione faciat fugitiuam. De cuius proprietate, substantiam Medicinæ saluare, non aduri, sed figere, & ab adustione defendere: Ideo contingit ex illo creari Saturnum, Iouem, Venerē, ferrum, &c. quod ex impuritate necesse est accidere. Et notandum, quod duplex est materia prima. Quædam est propinqua, quædam vero remota: Materia propinqua est argentum viuum; Remota est aqua: Quia argentum viuum prius fuit aqua, & postea argentum viuum. Verum ergo principium nostri operis est Dissolutio lapidis, quia corpora soluta ad naturam Spiritus sunt redacta, quia magis fixa. Nam solutio corporis est cum congelatione spiritus. Patiens ergo sis, coque, tere, & incera, & non tædeat te multoties hæc reiterare: quia quæ imbibuntur, per aquam mollificantur. Quanto magis teris, tanto magis mollificas, & partes grossas subtilias, donec satis existat. Et hæ partes diuiduntur, cum spiritus impastantur, & omnia quæ impastantur ex toto dissoluuntur: Et impastatio fit cum nimia contritione, inceratione & assatione. Nam per contritionem, assationem & ignem, diuiduntur partes ligatæ & viscosæ, quæ sunt in corporibus. Corpora vero soluta & ad naturam spiritus redacta, nunquam separantur, sicut nec aqua permixta aquæ. Quippe natura lætatur cum sponsus & spōsa copulantur. Quia intentio operis nostri non est, nisi quod eligatur purissima Mercurii substantia ex ipsis corporibus, quoniam Elixir constat solummodo ex ipsis. Primus autem modus solutionis & naturæ est putrefacere. Sed tamen multæ sunt species putrefactionis & corruptionis. Primum ergo principium naturale est materia sensitiua materialis, prout dixi. Secundum, calor mouens ipsam materiam & putrefactionem. Signa vero putrefactionis est color niger, odor fœtidus, & materia in tactu subtilis & discontinua, ac si esset primus Mercurius. Quia calor agens in humido primo generat nigredinem, quæ nigredo est caput corui, hoc est, principium operis. Item nota, quod ingressio, submersio, connexio, coniunctio, complexio, compositio & mixtio idem significant in hac arte. Nihil enim submergitur, coniungitur, connectitur, quin & misceatur. Quia commixtio est commiscibilium per minima: id est, per indiuisibilia sibi iuncta vnio. Scias etiam firmiter, quod tota fortitudo huius magisterii non est nisi in putrefactione. Si enim putridum non fuerit, solui nec fundi poterit: &

Causa creationis Saturni, Iouis, Veneris, ferri, &c.

Argentum viuum prius fuit aqua.

Solutio corporis cum congelatione spiritus.

Impastatio per contritionem, incerationem, & assationē.

Sponsi & sponsæ copulatio naturæ gaudium.

Signa Philosophica putrefactionis.

Caput corui nigrum, initium operis.

Fortitudo magisterii in putrefactione.

rit:& si solutum non fuerit, ad nihilum deueniet. Item scias, quod in vnoquoque opere sunt tres dimensiones, scilicet latitudo, altitudo & profunditas: & hoc manifeste apparet de corpore, quod visui nostro subiacet. Verbi gratia: Lapis noster in prima sui creatione est albus, & ita apparet in facie; quare dicimus ipsum frigidum & humidum, quia ita est. Vnde studeamus quare Lapis noster aquaticus, quia frigidus & humidus est, naturalis dispositio dicitur corpus manifestum seu altum. Latitudo autē est ista dispositio media, per quam itur ad profundam dispositionem. Quæ vero media est inter profunditatem & altitudinem, tanquam inter contenta, seu contraria, est impossibilis transitus per ea, nisi altera qualitas destruatur, quoniam frigida & humida est eius dispositio alta: Destruatur ergo altera qualitas, videlicet humiditas per putrefactionem, tunc inspissatur, & eius humiditas conuertitur in siccitatem, & sic fit transitus ab alta ad mediam dispositionem, quæ est frigiditas & siccitas; & dicitur latitudo, quia tenet à frigido & humido frigiditatem: à sicco & calido siccitatem; ergo media. Postquam vero per calorem existentem, frigiditas quæ remansit in corpore transmutatur in caliditatem, quæ sunt extranea: contraria est dispositio profunda, quia caliditas est occultum corporis, quod optime apparet per Aristotelem, &c. Postquam materia fuerit putrefacta, ad faciendum corpus & spiritum, quod tamen impossibile est fieri in aëre, hoc est, per sublimationem. Scias ergo quod *Lapis noster diuiditur in duas partes principales; videlicet in partem superiorem quæ ascendit, & in partem inferiorem, quæ remanet in fundo fixa*: Et tamen istæ duæ partes concordant in virtute. Hac de causa Philosophus dicit: quod illud quod est inferius, & sicut illud quod est superius. Et ista diuisio est necessaria, ad perpetranda miracula rei vnius, scilicet lapidis, quæ *pars inferior est terra, & dicitur nutrix ac fermentum: & pars superior est anima, quæ totum lapidem viuificat, & reuiuificere facit.* Vnde facta separatione celebrata, coniunctione lapidis multa miracula perpetrantur. Et notandum, quamuis apud aliquos lapis noster non diuidatur in partes quatuor, videlicet in quatuor Elementa in prima operatione, sicut superius dictum est: Quatuor partes principales, videlicet vna quæ ascendit superius nō fixa: alia quæ remanet inferius, quæ dicitur fixa; & terra vel fermentum, quæ totum lapidem nutrit ac fermentat, vti dictum est. Dei illa vero parte non fixa, oportet habere

Operis dimensio trina.

Lapis in prima creatione est albus.

Naturalis dispositio corpus manifestum.

Humiditatis conuersio in siccitatem.

Lapidis diuisio in duas principales partes, in virtute tamē concordantes.

Pars inferior est terra, superior vero anima.

Superius est spiritus. Inferius est corpus.

in bona quantitate,& dare lapidi, qui eſt mundiſſimus, abſque ſorde totus, donec totum lapidem virtute ſpiritus non fixi ſuperius d'fferat ſublimando. Et hoc eſt quod dicit Philoſophus: *Aſcendit de terra in cœlum.* Poſtea ipſum lapidem ſic exaltatum oportet reiterare ſuper marmor, cum elemẽto ab ipſo lapide in prima operatione extracto. Elementum illud dicitur aqua lapidis: Et debet toties aſſari, donec ſubtilitate lapis iterato deſcendat in terram, & ſic recipit ſuperiorem vim ſublimando & inferiorem deſcendendo, vt corporeum fiat ſpirituale ſublimando, & cum eſt ſpirituale fiat iterato corporeum deſcendendo. Et ſic habes gloriam claritatis huius mundi, & fugit à te omnis obſcuritas & omnis inopia & ægritudo; quia ſic compoſitus, curat omnem ægritudinem. Et hic lapis totius fortitudinis, quia nulla eſt comparatio huius lapidis ad alias fortitudines. Nam vincit viſibiliter, omnem rem ſolidam perforabit, penetrabit & deuincendo conuertit. Philoſophi dixerunt quod ſola aqua per ſeipſam omnia faciat, omnia ſoluit, omnia congelat, omnia diruit ſine alicuius adminiculo: In ipſa ſolent apparere colores amœni: Permutatio corporis in aquam eſt tinctura cuiuslibet corporis: Inſuper èſt differentia inter tincturam aquæ & tincturam olei. Nam *tinctura aquæ abluit & mundat, & tinctura olei tingit ac colorat.* Funde igitur aquã ſuper terram ſuam, & permiſce conterendo, ſtatim paulatim imbibendo, hebdomadatim decoquendo, & poſtea leniter calcinando, quouſque terra bibat de ſua aqua quintam ſui partem. Scias quod terram oportet nutriri, primo modice aqua ſua, & poſtea maiori, ſicut eſt videre de infantis educatione. Idcirco multoties contere terram, & paulatim imbibe eã de octo in octo diebus; decoque, & poſtea mediocriter calcina in igne, ne tædeat te opus multoties reiterare, quia terra fructum nõ gerit abſque frequenti irrigatione. Vnde cum aridum fit, vt multum ſitiens bibit ſuum humidum & aqueum: & trituratio non eſt bona, donec terra & aqua fiat vnum & idem corpus. Ergo non ſuſpendas manum tuam à trituratione & aſſatione, donec terra ſit ſicca & alba, quæ albedo generatur ex tali frequenti & ſicca trituratione & aſſatione. Caueas tamen ne imbibas terram niſi paulatim, & cum longa contritione poſt ſiccationem terræ. Vnde in hoc eſt pondus vbique notandum, ne ſcilicet nimia ſiccitas vel ſuperflua humiditas opus corrumpant. Et in tantum decoque aſſando, quantum

De cœlo ruit in terram, & de terra aſcẽdit in cœlum.

Elementum aqua lapidis.

Gloria claritatis huius mundi.

Sola aqua omnia perficit, ſoluit, cõgelat, & diruit.

Alia tinctura eſt aquæ, alia eſt olei.

Nutritio terræ Philoſophicæ.

Trituratione quando opus erit.

Nimia ſiccitas & ſuperflua humiditas opus corrumpunt.

quantum dissolutio exposcit imbibendo. Et nota: omni vice post calcinationem terræ superfunde aquam terræ temperatæ, videlicet non multum nec parum. Quia si multum, fit pelagus conturbationis: si parum, comburetur in fauillam, quia suauiter & non festinanter, de octo in octo diebus, terram irrigando, decoquendo & calcinando, donec biberit aquam suam. Continua igitur opus multis vicibus, quia nisi per longum non videbis tincturam, neque perfecte perficies, donec opus sit perfectum. Audias ergo cum in opere fueris omnia signa quæ in qualibet decoctione apparent, in mente recordare, & eorum causas inuestigare. Tres quippe colores sunt principales: niger, albus & citrinus; cum ergo egreditur nigra, perfecta est, sed nondum completa. Qualibet ergo vice vigora ignem in calcinatione, quousque terra egrediatur alba ex ignis fortitudine. Nam sicut calor agens in humido generat nigredinem, ita agens in sicco generat albedinem. Idcirco cum terra non fuerit alba, tere eam cum aqua sua, & iterato eam calcina, quia azoth & ignis terram abluunt, & obscuritatem eius penitus ab eo eripiunt. Nam præparatio est cum aqua semper, & qualis sit aptitudo aquæ, talis erit & limpitudo terræ. Et quanto magis fuerit ablutio, tanto magis erit & alba terra. Vnde quidam Philosophus ait: cum inueneris ipsum nigrum, scias hoc initium operis esse. Post vero putrefactionem rubescit non rubedine vera: etiam citrinescit; de quo sic Philosophorum quidam ait: Sæpius rubescit, & sæpius citrinescit, sæpius liquescit, & sæpius etiam coagulatur ante veram albedinem. Vnde & alius dicit: seipsum dissoluit, seipsum coagulat, seipsum rubore decorat. Ante albedinem etiam fit viridis: Apparet etiam ante albedinem color pauonis; de hoc sic ait alius Philosophus: Scias quod omnes colores mundi qui excogitari possunt, apparent ante albedinem, & deinde sequitur albedo vera: Vtilitas igitur eius expectanda est: tam diu itaque decoquatur, donec purus appareat veluti oculi piscium elucescũt, & tunc scias quod noster lapis in rectitudine est coagulatus. Alius Philosophus inquit: cum albedinem inueneris supereminentem in omnibus, ratus esto, quod in illa albedine rubedo est occulta, & tunc non oportet illã extrahere, verum tamen decoquere donec totaliter rubedo fiat. Sed tamen inter veram rubedinem & veram albedinem citrinum crisei coloris. De quo sic dicitur: Calore ignis augmentato peruenitur ad citrinum. Et alius:

Festinatio in opere Philosophico est periculosa.

Tres sunt principales colores in nostro opere.

Azoth & ignis terram abluunt.

Quo magis ablutio fit, eo magis dealbescit terra.

Lapis seipsũ dissoluit. Seipsum congelat. Seipsum rubificat.

Omnes colores totius mundi apparent ante albedinem.

Medium inter veram albedinem & rubedinem.

alius: Cinerem ne vilipendas, quia Deus illi reddet liquefactionem, & tunc vltimo Rex diademate rubeo diuino nutu coronatur. Oportet te ergo hoc magisterium tentare: Nam compositio non erit sine matrimonio & putrefactione: Et matrimonium est commiscere subtile cum spisso, & putrefacere, & terere & assare, rigare quousque cõmisceatur insimul, vt fiat vnum, & non sit diuersitas sicut aqua mixta aquæ. Tunc conabitur spissum subtile retinere, & conabitur anima pugnare cum igne & pati ipsum, & conabitur spiritus submergi, & cum corporibus fundi. Scias autem, cum corpus miscueris cum humiditate, & ipsi aduenerit ignis caliditas, vertitur humiditas super corpus, & soluit ipsum, & tunc non potest spiritus ab eo exire, quia imbibit se in igne, & spiritus aliàs sunt fugabiles, quousque commisceantur cum corpore, tunc conatur pugnare cum igne & eius flamma, attamen non conueniunt istæ partes nisi cum bona temperatione, continuatione & longo labore. Antiqui vero Philosophi lapidi nostro imposuerunt multa nomina, vt Amalgama, vitriolum, sanguinem propter colorem rubeum, aliisque nominibus infinitum, vocauerunt ipsum ferreum, propter impossibilem fusionem. Nam istud corpus cum priuatur humiditate, necesse est corpus siccum non fluere, quod prius per humiditatem fluebat, & erat volatile. Nam necessario corpora figuntur per priuationem humiditatis, quæ à Philosophis dicitur calcinatio, & rei putrefactio seu puluerisatio ab humiditate partes consolidatas, & per calcinationem spiritus iam figuntur, & fit molle durum, & volatile fixum, & sic mutatur de Natura in naturam. Hinc *Turba* dicit: Fiat mutatio complexionum, videlicet à frigida & humida in calidam & siccam, seu à phlegmatica in cholericã secundum Medicos: Calore Solis & leui decoctione coagulantur spiritus. Intenso vero & nimio calore destruitur opus, vt ait Bonellus. Quoniam si incenderis ignem fortem, ante incrementum rubei, fit quod nihil nobis prodest. Nam omnes Philosophi & veri, ignem leuem asserunt fieri, & testantur propter rationes ante dictas. Inquiunt enim, quod nos oportet suauiter regere ignem, donec sulphur nostrum fiat incremabile: Vnde de semine; Semina non oportet metere, donec tempus messis aduenerit. Philosophi hunc lapidem nostrum vocauerunt *Salamandram*, quia sicut Salamandra solo igne nutritur & viuit; id est, perficitur, ita & Lapis noster.

Compositio lapidis non potest fieri sine matrimonio & putrefactione.

Solutio corporis in opere Physico.

Varia nomina lapidi imposita.

Corpora figuntur per priuationem humiditatis.

Complexiones mutantur in præparatione lapidis Philosophici.

Ignis regimẽ in opere Philosophico suaue requiritur.

Centesima

Centesima octaua authoritas; est *Geber Arabs, Rex Arabum* à quibusdam intitulatus; qui sic ait: Lapis Philosophorum est vna Medicina, in qua totum magisterium consistit, cui non admiscetur extraneum, neque diminuitur, nisi quod superfluum est in operatione amoueatur, & est prima purificatio, quæ per sublimationem perficitur. *De sublimatione sic dicit:* Cum eo sublimetur lapis, donec vltimo deueniat in sublimationis puritatem. Dixit enim cum eo; hoc est sine alio adiuncto, vel alia re extranea, propter hoc decepti sunt omnes laborantes, qui sublimant cum fecibus & nesciunt quid faciunt: Vel quis sit lapis Philosophicus, & nihil proficiunt, quia sublimationem Philosophicam ignorant. Idem: Iam sufficienter demonstraui, quando velis facere nostram sublimationem, quod in nostro lapide nil addas vel diminuas, imo totam substantiam in vase rato ponas, prout dicit Auicenna in prima dispositione, firmiter claudendo: Et pone ipsum in furnum, & coapta cum cineribus subtus & inferius, ita quod duæ partes vasis sint discoopertæ tamdiu quousque materia dissoluatur, & postea administra ignem lentum, donec maior pars in puluerem vertatur, quod fit in triginta diebus: & quando factæ sunt operationes quas diximus, facta est sublimatio, solutio, destillatio, descensio, putrefactio, ablutio, creatio, coagulatio vel fixio. Et scias quod Philosophi posuerunt multa talia & diuersa nomina operationum & laborum, quæ tamen in rei veritate non sunt nisi vnum & idem, & vnica operatione omnia simul & semel, & eodem tempore & labore perpetrantur: & hoc ideo fecerunt, vt esset indignis scientia obscura. *Idem:* Vt enim terra cum aqua imbuitur & teritur, & per temperatum nostri Solis calorem desiccatur, & in terram vertitur tota materia, qui saltem scit facere nostram operationem. Vnde dixit *Hermes pater Philosophorum: Vis eius integra est, si versa fuerit in terram:* id est, *aqua vertatur in terram.* Idem lib. 3. Summæ perfect. cap. 79. ait: Iam igitur, laudetur sublimis naturarum Deus benedictus & gloriosus, qui nobis omnium Medicinarum reuelauit seriem cum illius experientia, quam illius instigationis bonitate & nostri laboris instantia perquisiuimus & oculo vidimus & manu tetigimus complementũ illius nostro magisterio indagatum.

In vna Medicina totum magisterium consistit.

Prima lapidis purificatio est eius sublimatio.

Vasis vitrei occasio.

Post dissolutionem materia in triginta diebus vertitur in puluerem.

Vnica saltem operatio Philosophica ac vera.

Indignis scientia est obscura.

Geber religiosus.

Bonitas Iehoua & laboris instantia Gebro magisterium dederunt.

Centesima nona authoritas; est *Artephius & Alphidius Arabes:* Artephius in suo libro, qui in multorum manibus versatur, scribit: Quod

Totius mundi sapientia circa tria versatur.

omnis sapientia huius mundi circa ista tria versatur: scilicet, circa adligamentum animæ corporalis, cum anima corporali: Et animę spiritualis cum anima corporali, & spiritualis cum spirituali: sed adligamentũ animæ corporalis cum corporali propinquius est, & facilius, quam spiritualis cum spirituali: De tertio pauca scribere voluerunt Sapientes antiqui. *Alphidius inquit:* Scito fili, quod istam scientiam habere non potes, quousque mentem tuam Deo purifices, & sciat Deus te habere certum animum ac rectum, ac tunc mundo dominari te faciet. *Idem:* Scito, quod hunc lapidem, de quo hoc arcanum agitur, Deus non posuit magno pretio emendum; quoniam in via eiectus inuenitur, quatenus tam à paupere, quam diuite haberi possit, vt ratione & scientia ad eum quisque possit leniter peruenire.

Pius ac rectus animus dominatur mundo.

Ratio ac scientia dant instructionē ad lapidem.

Centesima decima authoritas; Est *Gilgil Maurus*, qui à Gebro citatur, de hoc vide Symbola Aureæ mensæ D. Maieri, lib. 5. pag. 209. Itē *Hamuel Author Tabulæ*: quam & iam citatus author egregie describit, citato lib. 5. pag. 210.

Tabula comprehendit duas aquilas & tres soles.

Centesima vndecima authoritas; Est *Senior*, qui ait in suis parabolis: Si parentes dilecti mei de vite gestauerint, & lacte meo lactati fuerint, & meo albo inebriati fuerint, & in lectulo meo nupserint, generabunt filium Lunæ, qui totam parentelam suam præualebit: Etsi dilectus meus de riuulo rubeæ petræ potauerit, & fontem matris suæ gustauerit, & inde copulatus fuerit, & vino meo rubeo mecum inebriatus fuerit, & in lectu suo mihi amicabiliter concubuerit, & in amore meo sperma suum cellulam meam subintrauerit, concipiam & ero prægnans, & tempore meo pariam filium potentissimum, dominantem & regnantem præ cunctis Regibus & Principibus terræ, coronatum aureâ coronâ victoriæ.

Filius Lunæ.

Conceptio filii potentissimi dominātis ac regnātis præ cunctis Regibus.

Centesima duodecima authoritas; est *Rhasis antiquus ille Arabum Medicus præstantissimus*, qui sic ait in Epistola sua: Exemplum scientię nostrę, senex supra montem, in eo sunt naturæ coniunctæ cum complemento, terra, aqua, ignis eius & aër: Et omnia hæc in Saturno; cum eo aperiuntur portæ scientiarum, sicut dicit Hermes & præcedentes sui primi. *Idem:* Cum hoc, habebis scientiam, in qua pigritauerunt Arabes. Gumen nostrum coagulat lac nostrum, & lac nostrum dissoluit gumen nostrum, & post apparebit rubedo Orientalis & rubedo sanguinis. *Idem:* Terra nostra vertit æs tuum in argentum primum & vltimo in au-

Scientia lapidis est senex in monte, in quo naturæ sunt coniunctæ cū complemento.

Rubedo Orientalis & rubedo sanguinis.

in aurum, inueteratur, & habebis ſcientiam in qua pigritauerunt Arabes. *Idem*: Quicunque ignorat pondera, non laboret in noſtris libris; quia Philoſophi nil ſuarum rerum poſuerunt, nec aliud occultauerunt, niſi hæc. *Error multorum in ponderibus accidit.*

Centeſima decima tertia authoritas; eſt *Roſinus*, hic ſcripſit duos libellos ad *Euthiciam*: Item ad *Sarratantam* libellos duos: Item & egregios duos libellos de diuinis Interpretationibus ſcripſit ad eundem Epiſcopum Sarratantam, &c. Paucis placet allegare, qui egregie ſic diſputat, dum ait: Hic eſt lapis, quẽ aſſimulant Sapientes artis lapidi Aquilæ. Eſt enim lapis Aquilæ lapis cognitus, & eſt lapis in eius ventre qui mouetur. *Lapis Phyſicus.* *Lapis Aquilæ.* *Idem*: Ignorans ignoranter ſerit coloquintidam, & ſperat inde mel comedere; ſed quando, quod ſperauerat, non viderit, redit ad cogitationem ſuam & extendit eam, & dicit: Hoc eſt ex infortunio. Et ſi diceretur ſibi, ouis peperit homines, aut grana tritici fructificant galbanos, aut palma portauit mala granata, aut volatilia pariunt piſces: reſponderet, falſum dicis, nõ generant res, niſi ſimilia, nec fructificant res, niſi fructus ſuos. *Inſcitia cum ignorante eſt magiſterii infortuniũ.* *Idem libro definitionum*: Lapis, qui in hoc opere neceſſarius, de animatâ re eſt: Hunc inuenies vbique in planitie, in montibus, & in aquis omnibus, habentque eum tam diuites, quam pauperes, eſtque ſimul viliſſimus, cariſſimus, ex carne & ſanguine, quam pretioſus omni cognoſcenti illum. *Lapis de re animata eſt.* *Libro ad Sarrantantam dicit*: Hic lapis proiectus eſt in valles, & in montibus, & in aëre habitat, & in flumine paſcitur, & in cacumine montium quieſcit, cuius mater virgo eſt, & pater non concubuit: Idem lapis in ſterquiliniis calcatur pedibus, & ſæpe ſtulti fodiunt, vt eum extrahant, & non poſſunt eum inuenire. *Lapidis mater virgo eſt, cuius pater etiam non concubuit.*

Centeſima decimaquarta authoritas; eſt *Euticia fœmina Philoſopha*, quam *Roſinus* vt ante dictum, inſtruxit: Item *Philoſophus Maſſarai*, à Roſino citatus. Item *Mitigo Philoſophus* à Gebro citatus. Item Philoſophi tales: *Malus, Dantius, Galienus, Mahomet.* Vide Aureæ menſæ Symbola D. Maieri, lib. 5. fol. 213. & 214.

Centeſima decimaquinta authoritas; eſt *Hercules Rex & Philoſophus*, quem citat *Morienus*. Hic ait: Hoc magiſterium ex vna primum radice procedit, quæ poſtmodum in plures expanditur, & iterum ad vnum reuertitur. *Idem*: Lapillus autem dactili ex palma nutritur, & palma ex ſuo lapillo, ex cuius etiam radice plurimi ramuli concreſcunt, qui *Vna radix ſeſe expandit in multos ramos & ſurculos, radix vero vna manet.*

 ſuum

suum numerum multiplicent & augeant propter eam.

Quatuor elementa ex vno fonte procedunt, vnde multi riuuli.

Centesima decimasexta authoritas; est *Arsenicanus Philosophus*, qui ait: Quatuor autem elementa, ex vno fonte procedunt, & eorum quædam alia ex aliis iisdem conficiuntur. Ex his vero quatuor quædam sunt quasi radices, & quædam quasi ex his composita, terra & aër. *Idem ad Mariam dicit:* Nostra aqua nostram terram habet superantem, quæ est magna, lucida & pura. Nam & de grossitie aquæ terra concreatur.

Imperfecta rubedo ante albedinem apparet.

Omnis res constat ex materia lapidis, & nulla creatura viuit sine ea.

Centesima decimaseptima authoritas: est *Datin Philosophus*, qui ait: Noster quidem Lato quamuis primum sit rubeus, tamen est inutilis, sed si post rubedinem in album vertatur, multum valebit. *Ad Euthicen dicit: ô Euthice*, ista restant hic firma & omnino bene credita. *Idem dicit:* Si Laton cum sulphure comburatur, & mollities super eum frequenter fundatur, eius natura de bono in melius auxilio Dei conuertetur. *Idem:* Omnis res non est nisi de eo & cum eo, & omnis tinctura à suo simili procedit: Vnde est quidem, quod ex eo processit, & in illum reuertetur.

Centesima decimaoctaua authoritas; est *Euthices Philosophus*, qui quæstiones ad Datin Philosophicas retulit: Item *Adarmath Philosophus*, *Azinabam*, *Elbo interfector: Ademarus* qui in Gebrum commentatus est: *Albugazal* Platonis præceptor à Bernhardo dicitur: *Bolzain, Bendegid*, *Haly*, qui & *Calid* dicitur; *Alfarabi* ab Auicenna citatus, &c.

Lapidis pater Sol est, Luna vero mater, Auus est Saturnus.

Serui lapidis tantarum virtutum non sunt prout Dominus.

Lapis extollit & humiliat cuncta.

Centesima decimanona authoritas; est *Belinus Philosophus*, cuius metaphora apud Rosarii authorem de Sole pulcherrima extat huiusmodi: Scitote, quod pater meus Sol dedit mihi potestatem super omnẽ potentiam, & induit me vestimẽto gloriæ, & totus mundus me quærit, & currit post me: Ego enim sum maximus; iam sciuerunt virtutem meam & altitudinem: Ego enim vnicus sum & assimilior patri meo, qui vnicus est, qui dedit mihi virtutem istam ex gratia sua, & homines quærunt à seruis meis frustra id, quod quæritur à me, & non peruenerunt ad id, nisi per me, & terra cum omnibus viribus suis non potest me humiliare. Imo ego sum super eam & super seruos meos, donec humiliem eos, & extraho de potentia & natura eorum, & induo eos de splendore & lumine meo pulchro, quem dedit mihi pater meus in omnibus operibus eorum: Ego enim sum excellens, qui exalto & deprimo cuncta, & nullus seruorum

meorum

meorum potest super me, nisi vnus cui datum est, quod contrarius est mihi; & ipse destruit me, non tamen destruit naturam meam: Et ipse est Saturnus, qui separat omnia mea membra: postea vado ad matrem meam, quæ congregat omnia membra mea diuisa & separata, &c.

Destructor filii Solis.

Centesima vigesima authoritas; sunt *Philosophi Arabes*, quos citat Auicenna pro veris Philosophis: vt, *Abimezer*, *Iabie Abendinon*, *Pizagros*, *Nitafors*, *Abul*, *Caradiffe*, *Iacobalmenum*, *Abumazar*, *Albateli*, *Alaua*, *Cotabiua*, *Higer*, *Geben*, *Asses Philosophus*, *Abuzalem*, *filius Auicennæ*, *Batlanuntz*, *Costabenluca*, &c.

Centesima vigesima prima authoritas: est *Halisartes Philosophus Morieno citante*; Ego, inquit, veritatem dico, quod nihil aliud huius magisterii artifices in errores detrusit, nisi varietas & eius nominum multitudo. Sed si quis recte cognouerit, quod hæc nomina non sunt, nisi colores in coniunctione apparentes, in huius magisterii via non deuiabit.

Varietas & multitudo variorum nominum multos artifices in errores intruserunt.

Centesima vigesima secunda authoritas; sunt *reliqui Arabes Philosophi noti*: vt, *Xebilogar*, *Bebazuria*, *Ombre Abelhata*, *Estul*, *Abubacher* contra quem Auicenna disputat l. de an. dic. 1. c. 7. *Habebacar*, *Markos*, *Idrid*, *Melzemele*: cuius Calid meminit, *Mirtiganus ad Horsoicum*, *Rex Artus*, cuius meminit *author Auroræ*: Item horum sequentium meminit *Lullius*, *Adros*, *Cora*, *Kalistis*, *Herodi*, *Rasio in Maldee*, *Kesu*, *Marabh*, *Zeber*, *Abrachali*, &c.

Centesima vigesima tertia authoritas; est *Plato Chymicus Arabs*, qui ait, citante Rosario maiore: Lapis noster est res, quam ignis non tetigit, à qua noster Mercurius surgit. *Idem*: Nota, quod sine corruptione generatio fieri nō potest: vnde studeas in putrefactione. *Idem*: Habemus exemplum in ouo, quod putrescit primo, & tunc gignitur pullus, qui post totum corruptū est animal viuens. *Idem*: Primum regimen Saturni est, putrefacere, & Soli imponere: compositio vero fit ex quatuor noctibus. *Idem in summa*: Tu indiges, quod in corporum solutione labores: Ideo oportet ignem lentum cōtinuare super ipsum, donec soluatur, tum hoc, & per eum efficitur opus. *Calid quoq; eius meminit cap. 8. his verbis*: Vnde dixit Plato in suis sermonibus, in libro suo: Ignis addit perfecto commodū seu profectum & corrupto incommodū seu corruptionem; Vnde cum fuerit eius quantitas bona, idonea perficiet,

Sine corruptione non fit generatio. *Corruptio generantis est initium.* *Solutionis continuatio fit ignis lentus.* *Ignis perfectionis Magister.*

& cum multiplicatus fuerit in rebus vltra modum, corrumpet ambo, scilicet perfectum atque corruptum.

Centesima vigesima quarta authoritas; sunt *vltimi Arabes*, de quibus fit mentio in libris Philosophicis: vt, *Iesid*, à Bernhardo comite citatus; *Almazarus*, scripsit ad Episcopum Sarragotiæ: *Galud, Rex de Babylonia, Squiliarupiz, Leuf. Carab, Holcot, Hemus, Mirneris, Regor, Sedacerius, Arisleus, Seneca ad Adros Regem Arabiæ.*

Centesima vigesimaquinta authoritas: est historia, quam citat Aurora consurgens circa finem, dum ait: In Chronicis antiquis Imperatorum legitur, quod Imperator quidam maximum prælium cum Soldano triumphante commisit, per quod multi Nobiles exercitus Imperii in Paganismum sunt deducti: Inter quos erat Protonotarius Imperatoris, homo perdoctus, cuidam Saraceno, qui & maximus erat Philosophus in terra sua pro summa custodia assignatus, & multo tempore ab eodem detentus, quadam die motus misericordia Saracenus ille, aduocans Protonotarium dixit ei: Vis reuerti ad terram natiuitatis tuæ? qui respondit: Vtinam Domine, seruus tuus gratiam inuenisset in oculis tuis. Cui Philosophus: Misereor tui, fac, quod volo. Ait ille: Domine mi, paratus sum ad omnia. Cui Philosophus, cum reuersus fueris in partes agnitionis tuæ, supremo Domino tuo, qui terrestris vester Deus est, dices hæc verba: Magister & Dominus meus, cuius fui proprius, vobis dicit salutem, cuius dominium & magisterium vobis postea declarabo: Postea facias apportari omnia genera metallorum, quę liquefacies, & hunc puluerem, quem tibi do, intromittes: Quoniam vertentur in aurum verum. Hoc facto, crystallum liquefacies modo prædicto, & puluere immerso, mutabitur in rubinum: Postea vitrum liquefacies, & de prædicto puluere immerso reddetur malleabile. His omnibus visis ac completis, dices: Hæc est maiestas Domini mei dilecti: Postea declarabis magisterium meum: Leprosis immundissimis dabis puluerem in potu tepido, qui mox ibunt cubatum, & sudario aliquo cooperiantur: Hi ex toto citissime sanabuntur, ita vt ipsi non super terram, sed super pennas ventorum ambulare videantur: Nunc ergo vade in pace, & comple desiderium meum. Abiit autem Protonotarius gaudens & exultans, & omnia in veritate inuenit, prout à Domino suo audiuit prædicto, Pontifici & Imperatori demonstrauit, & sic probata est Medicina Philosopho-

Protonotarius Imperatoris à Saracenis captus, & ab artifice Chymico dimissus.

Humanitas Saraceni Philosophi.

Metallorum transmutatio in aurũ.

Crystallus in rubinum.

Vitrũ malleabile.

Lepræ curatio.

rum

rum coram Pontifice summo & Imperatore regnantibus illis temporibus, &c.

Centesima vigesimasexta authoritas; est *Albertus Magnus*, qui sic ait: Multas regiones & plurimas prouincias, nec non ciuitates & castella, causa scientiæ, quæ vocatur Alchymia, maximo labore perlustraui, & apud literatos viros ac sapientes de ipsa arte inquisiui, vt eam plenius inuestigarem: Et cum scripta omnia perscriberem, & in operibus ipsorum sæpissimè persudarem, non inueni tamen verum in his, quæ libri eorum affirmabant. Aspexi ergo libros contradicentiũ & affirmantium, & inueni eos vacuos esse ab omni profectu & ab omni bono alienos. Inueni enim multos prædiuites Canonicos, Physicos & illiteratos, qui pro eadem arte magnas fecerunt expensas atque labores, & tandem deficiebant, quoniam artem inuestigare non valebant: Ego vero non desperaui quin facerem labores & expensas infinitas, vigilans & de loco ad locum migrans omni tempore ac meditans, sicut dixit Auicenna, si hæc res est, quomodo est? Et si non est, quomodo non est? Tandem perseueraui studendo, meditando, laborando in operibus eiusdem, quousque quod quærebam, inueni, non ex mea scientia, sed ex Spiritus sancti gratia. Vnde cum saperem & intelligerem, quod naturam superaret, diligentius vigilare cœpi in decoctionibus & sublimationibus, solutionibus & destillationibus, cerationibus & calcinationibus atque coagulationibus Alchymiæ, & in multis aliis laboribus, donec inueni, esse possibilem transmutationem in Solem & Lunam, quod multo melius est omni naturali in omni examinatione & malleatione.

Alberti Magni peregrinationes propter Chymiæ cognitionem.

Chymia, si est, quomodo est; si non, quomodo nõ.

Centesima vigesimaseptima authoritas: est *Bernhardus Comes Treuisanus, Germanus*: hic ad Thomam de Bononia Medicum Regis Caroli octaui magnas scripsit literas, in quibus aperte agit de transmutatione metallorum, dum ait: Solutio requirit permanentiam simul, scilicet soluentis & soluti, vt ex vtraque, nempe masculino & fœminino semine noua species resultet. Amen dico tibi, quod nulla aqua naturali reductione speciem metallicam dissoluit, nisi illa, quæ permanet in eis materia & forma, & quam metalla ipsa soluta possunt recongelare: Quod in aquis fortibus non contingit, sed potius est deturbatio compositi, vtpote, corporis dissoluendi: Nec corporibus pertinet aqua in solutionibus, quæ eis in congelationibus non permanet, & tandem

Solutio requirit permanentiam soluentis & soluti.

Aquæ fortes deturbant compositum.

tandem Mercurius est huiusmodi & non aquæ fortes, seu quam fatui existimant, aquam mercurialem lympidam & diaphanam.

Basilii libri de arte Chymica.

Centesima vigesima octaua authoritas; est *Basilius Valentinus, Monachus Benedictini Ordinis, Philosophus Germanus*: Hic scripsit duodecim claues cum Theorica & Practica: Item librum de ortu septimo Planetarum mirabili: Item librum de rebus naturalibus & præternaturalibus: Itē Currum triumphalem de Antimonio. Est etiam Microcosmus clauibus annexus, aliæque appendices. Claues duodecim quas reliquit, has ad arcis Philosophicæ intimiora adita recludenda, ne qua porta clausa maneret, tanquam promus condus benignior in medium posuit: Arx autem illa est, in qua Chemia virgo residet cum omnibus suis mysteriis, & arcanis hactenus non vulgo, aut indigno, reuelatis: portæ illæ vocantur quæque suo nomine: vna materia, altera forma dicitur: tertia complexio seu coniunctio, alia coctio, alia ignis Vulcanus, alia Ignis pluuius; Est & quæ vas Hermetis, & alia, quæ Pauonis cauda appellatur: Alia solutio, alia congelatio, auditur: post hæc fixatio, & denique proiectio celebratur.

Duodecim claues Basilii.

Ignis pluuius.

Vas Hermetis,

Cauda pauonis.

Centesima vigesimanona authoritas: est *Alanus de Insulis, Flander: Isaac Holandus pater Chymicus: Isaac Holandus filius*: de quibus ambigue scribit D. Maierus in Symbolis Aureæ mensæ lib. 6. fol. 259. 260. 261. 262. 263 & 264.

Pontani peregrinationes.

Centesima trigesima authoritas: est *Iohannes Pontanus Philosophus doctissimus*, hic sic confitetur: Ego *Iohannes Pontanus* multas perlustraui regiones, vt certum quid de Lapide Philosophorum agnoscerem, & quasi totum mundum ambiens, deceptores falsos inueni & non Philosophos: Semper tamen studens & multipliciter dubitans veritatem inueni: sed cum materiam agnoscerem ducenties erraui, antequam veram materiam, operationem & practicam inuenissem, &c. Idem ille etiam describit ignem mirabilem Philosophicum, sine quo Philosophia erit falsa.

Totus Rex intrat fontinam.

Centesima trigesima prima authoritas: est *Iohannes de Padua*, scripsit magnum de hac arte Commentarium, & alibi dicit: Regem accipiēdum, occidendum ac laniandum, eiusque viscera eximenda vna cum excrementis, quæ bene abluenda sint, & iterum componenda, tum illum reuicturum magis iuuenem & fortiorem in omnibus: sed non facile per violentiam aut vim manifestam eum extingui aut interfeci: Ideoque

Ideoque in balneum introducendum, in quo si maneat aliquandiu, in somnum incidere suauissimum, quo præoccupatus demum superari queat: membra autem eius in hoc balneo ita emolliri & contabescere, vt ab inuicem inseparabilia fiant, &c. *Rex in soporem ac necẽ reducitur.*

Centesima trigesimasecunda authoritas; est *Iodocus Greuerus* Presbyter: hic arborem Philosophicam describit, prout illa per naturam producitur: cuius radix sit *Mercurius*; truncus & rami, *Saturnus*, *Iupiter*, *Venus* & *Mars*: flores, *Luna* & *Sol* quasi fructus. Quemadmodum iam insitione arborum proceditur, sic quoque in hac arte. Hanc esse arborem ait, quæ aurea mala gestat, in Hesperidum hortis custoditam à dracone horribili, Tiphonis & Echidnæ filio, cuius fructum dracone occiso si quis adipisci possit, eum votis suis fruiturum. Quadruplicem quoque ignis variationem ponit, vtpote primum gradum igneum balneorum, seu putredinis, cineris, arenæ & flammæ successiuo reliquos, &c. *Arbor Philosophica.* *Arbor gestãs aurea mala.* *Ignis quadruplex.*

Centesima trigesimatertia authoritas, est *Lambspringius ex nobili familia ortus*: hic Emblematicis figuris totam artem succincte depinxit, rythmisque Germanicis verè descripsit: *prima Emblematica figura* demonstrat duos pisces in vno mari: *secunda* refert de fera nigra & capite aquilæ: *Tertia*, dicit de ceruo & vnicornu: *Quarta*, depingit duos leones: *Quinta*, refert de lupo & cane: *Sexta* præfigurat draconem volantem deuorantem suam caudam: *Septima*, duas Aquilas volantes aperit: *Octaua*, Aquilas sese deuorantes dicit: *Nona*, Regem in throno sedentem, & calcantem draconem patefacit: *Decima*, Phœnicem in igne monstrat: *Vndecima*, Regem, eiusque filium, cum Mercurio ostendit: *Duodecima*, Angelus cum filio Philosophico prospicitur in monte, circa quos Sol, Luna & Stellæ: *Decimatertia figura*, Rex leprosus, seu Saturnus sedens in dracone deuorat filium Solis, astante Mercurio seu sene cum duabus alis: *Decimaquarta figura*, Rex leprosus seu Saturnus morbosus decumbit in lectu: *Decimaquinta figura*, sedent in throno coniuncti, Rex cum filio & Mercurio. *Quindecim figuræ Emblematicæ de lapide Physico.*

Centesima trigesimaquarta authoritas: est *Isaac* & *Arnoldus*, qui variis in locis testantur, quod Deus dederit duos lapides: vnum ad album, alterum ad rubeum; gratis, qui haberi possint absque pretio ea quantitate, qua quis velit, & addit Arnoldus, neminem ideo rogandum esse: At Maria dicit, Vnum comparari, alterum inueniri in monticulis, &c. *Lapis albus.* *Lapis rubeus.* *Vnus lapis comparatur, alter inuenitur.*

Centesima trigesima quinta authoritas; sunt *Rhythmi ex Rosario magno Philosophorum*, tales:

Hic nata est Imperatrix ditissima,
Quæ Magistris vocatur sub filia:
Augetur, donaturque multis liberis,
Qui immortales sunt, purique à maculis:
Regina hæc mortis tenetur odio
Et paupertatis est fugax auxilio:
Auro, nec non argento præstat & gemmis,
Et omnibus, quæ prostant, medicinis:
Nihil ei confertur in terræ solo,
Hinc gratias referimus cœli Deo;
Ego nudata fœmina (heu) cogor vi,
Infelix erat corpus pristinum mihi,
Non ante mater ipsamet comparaui,
Quando in lucem secundo edita fui:
Tunc vires cœpi omnibus pares herbis,
Et medicata sum feliciter morbis:
Filium spectans meum desiderio,
In vno loco congressu cum illo;
Postquam ingrauidata ex eo fui,
Et partum in fœcundo cliuo edidi,
Virgo manens, vt prius facta sum mater,
In actionibus meis hinc ridear,
Quod filius patrem meis se præstitit,
Hoc ipse Deus prouide ordinauit:
Mater quæ vtero fuit me enixa,
Mundanam in lucem per me est edita:
Vnum notandum, naturaliter iunctum
A montibus perfecte manet abditum:
Ex quo quaterna copulantur in vno
In lapidis completo magisterio;
Et sena considerata tripliciter,
Reducta in vnum essentialiter.
Si quis hæc mente perscrutabitur sua,
Huic est à Deo concessa potentia,

Vires Medicinæ.

Virtus lapidis ineffabilis.

Mater Philosophica appetit filium.

Mater fit grauida à proprio filio.

Mater est enixa filium, qui filius etiam est ante matrem.

Cuncto-

Cunctorum morbos quæ propulset generum
In metallorum sorte atque hominum:
Id absque Dei nutu nemo peraget,
Et non nisi qui sese bene agnoscet:
Ex terra mea oritur fonticulus,
Vnde propagatur rursum duplex riuus,
Quorum vnus decurrit ad Orientem,
Alter fluxu properat ad Occidentem,
Hinc Aquilæ binæ missæ cremant pennas,
Et protenus sic nudæ cadunt in terras:
Post hæc plumis vice donantur altera.
Illi obediunt terræ Sol & Luna.

Medicina vniuersalis ad omnes morbos apta.

Fonticulus ex terra.

Riui in contrarium currentes.

Aquilæ duæ Philosophicæ.

Centesima trigesima sexta authoritas: est *Author Dialogi Germanici inter aurum & lapidem*, qui iuramento protestatur, se veritatem eloqui & nudam verbis proponere: Hæc autem est eius intentio, vt probet diuersis modis & rationibus, aurum commune non esse aurum Philosophicum, sed hoc longe aliud agnosci: Lapis ab auro venenosus vermis vocitatur; Mercurius vero communis ab auro pro teste adducitur, quod nimirum ex auro & Mercurio totum fiat opus, sed à lapide, vt volatilis & inutilis reiicitur: Lapis adfirmat in sese esse Aurum Philosophicum, & non in alio, seque dominum Tincturæ verè à Philosophis dici, Aurum autem omnes decipere, quotquot in eo laborent; cum vero à verbis ad violentiam lapidi inferendam reliqui duo conuenirent, à lapide absumpti sunt: Qui sanè Philosophus dignissimus est lectu & profunda consideratione, siquidem mens eius in centro abdita, licet stylus in superficie peripheriali hæreat: De lapide, quod sit draco, serpens, vipera & venenositatis particeps, consentiunt Philosophi, at post præparationem neminem eius veneno intoxari, sed potius intoxicatos omnes curari Theriaca inde facta, &c.

Aurum vulgi non est aurum Philosophorum.

Ex auro Philosophico, & Mercurio sapientum fit lapis.

Lapis vocatur Draco, Serpens & Vipera; Item Theriaca ex vipera.

Centesima trigesima septima authoritas: est *Author Rhythmorum*, qui talem figuram appictam quasi exponit huiusmodi: septem metalla cum suis characteribus superius ponũtur cum manibus vtrinque: Inferius Leo, Aquila & Stella quædam catenatim colligantur cum signo apposito globi terreni: circulus ambiens habet verba, *Visitabis interiora terræ*, &c.

Figura cum septem metallis.

Elixirium ex auro summum.

Centesima trigesima octaua authoritas; est *Philippus Theophrastus Paracelsus*, qui sic ait lib. 2. de vita longa, cap. 3. Ex vniuersis Elixiriis summum ac potentissimum est aurum; De hoc igitur principio tractabimus: Nam huius rationem si noueris, aliorum quæ in corpore separantur noueris. Reliqua quæ à corpore non separantur, sequenti cap. 9. vbi de vino mentionem faciemus, indicabuntur. De Elixirio igitur auri quod ad praxin attinet, sic habeto. Resolue aurũ vnà cum omni substantia auri corrosiuo & idipsum tantisper, dum fiat idem cum corrosiuo. Neque interim abhorreat animus ab ista tractandi ratione: Auro enim quatenus aurum est, corrosiuum præstat, & citra corrosiuum mortuum est. Quare Quintam essentiam auri, citra corrosiuum inutilem esse asserimus: Sequitur ergo, resolutionem denuo per putrefactionem esse remouendam, & si corrosiuum etiam tenacius adhæreat: Nam si tanta vis auri est, vt corpus seruet, ac liberum reddat ab omni ægritudine, neque id corrumpi sinat, quanto magis seipsum, idque citra omnem infectionem? corrigit enim, ac emendat quicquid non est syncerum. Corrosiuum igitur in auro nullo pacto corrosiuum appellari debet: Vis enim arcani superat omne venenũ. Nam omne Realgar moritur in Elixirio auri, & in tincturã abit Medicinæ præstantem. Atqui in hunc modum gignitur, Aurum potabile post putrefactionem. Hanc dosim, seu mauis harmoniam quandã præscribit peruulgata Spagyrorum praxis. Postremo obseruabis de Elixirio cuicunque confertur Elixir, idem ita transmutat, vt haud dissimiliter sibi fixum porro maneat.

Paracelsus soluit aurum corrosiuo.

Auri essentia & non corpus ad lapidem.

Vis arcani superat omne venenum.

Centesima trigesima nona authoritas; est *Casparus Landauer*, qui nobilissimo Senatui Nurinbergensi, dicitur magnam copiam auri per Doctorem Schildkröt post obitum offerri curasse, de quo auro voluit, vt duodecim viri alerentur, qui quotidie templo adessent, & preces ad Deum funderent: Num res ita se habeat, dubito, obtulit mihi quidam Studiosus eiusdem Landaueri processum obscurum, verum filiis sapientiæ bene notum.

Innouatio cutis in microcosmo fit per Aquam auri, siue aurũ potabile.

Centesima quadragesima authoritas; est *Arnoldus de Villa noua*, qui sic scribit in libro de retardatione Senectutis, & reiuuenescentia acquirenda cap. 2. Est sciendum, quod innouatio & confortatio cutis fit cum potione Aquæ auri purissimi proprie. Ipsa namque Alopeciã curat & Tyriam & transmutat corpus humanum, sincerat & innouat ipsum,

ipsum, & virtus multarum rerum approximat huic operationi; sed ipsa est, quæ prædictum miraculum facit, & quæ non corrumpitur, & complexioni humanæ est conueniens, & neque calefacit, & neque infrigidat neque humectat neque desiccat, imo est omni temperamento temperata, omnemque rem excedit in temperantia & perennitate quam habet: Etiam subuenit stomacho frigido, timorosos facit audaces, cardiacos confortat: valet contra melancholiam & alopeciam, & calorem naturalem confortat & temperat, in quibus non est res aliqua, quæ stare possit loco eius; & virtus eius manifestatur in sua substantia, quia est in ea caliditas, ideo clarificat, & in ea est magna temperantia, ideo magnum temperamentum efficit, super omnē rem, & quia in ea est perennitas, ideo conseruat corpus humanum, & in ea est assimilatio complexioni humanæ, & ideo incorporatur, si præparetur, vt decet, & in eius præparatione est totum secretū, quod Sapientes propter inuidiam occultauerunt. Confirmat autem & sincerat cordis substantiam & suæ puritatis impressione omnem deiicit impuritatem ab eo, & tuetur illud & clarificat spirituum substantiam & mouet sanguinem ad cutim, & inducit pulchritudinē iuuenilem, & abstergit abstersione leui, &c.

Lapis est miraculosa Medicina omni temperamēto temperata.

Virtus lapidis manifestatur in sua substantia.

Sapientiores occultarunt stultis & non filiis doctrina.


Centesima quadragesima prima authoritas; est *Petrus de Villa noua Arnoldi frater:* Item *Vincentius Monachus Bellouacensis Burgundus*, qui ait: In corporibus mineralibus, ad instar operationis naturæ, conati sunt Alchymistæ facere breui tempore, quod natura facit in annis mille: Vnde & docuerunt rem quādam facere, quæ corpora, super quibus proiicitur, transmutat: Hæc vocatur ab eis Elixir, & dicitur lapis, non lapis; Lapis, quia teritur: Non lapis, quia funditur & currit in igne absque euaporatione, sicut aurum: Nec est alia res, cui proprietas illa conueniat.

Alchymia abbreuit hoc, quod natura facit in mille annis.

Elixir lapis & non lapis.

Centesima quadragesima secunda authoritas; est *Nicolaus Flamellus, Gallus*: hic dicitur, Ecclesias aliquot fundasse, & prouentibus annuis donasse: Eius Hieroglyphica signa artis mysteria significantia passim adhuc extare referunt, nempe rotundam figuram mundi cum cruce superius erecta, (antimonium Philosophi sic signare solent) ac duos serpentes seu dracones se inuicem complexos, quorum vnus sit alatus, alter vero non: Quod hodie, vt inquit Robertus Vallensis in beatorum Innocentium cœmiterio Lutetiæ Parisiorum conspicitur, asscripto numero Annorum 1393.

Signa Hieroglyphica mystica de lapide philosophico.



Centesima quadragesima tertia authoritas; est *Dionysius Zacharius*; Itē, *Iohannes Fernelius Ambianensis*; Item, *Guilielmus Parisiensis, Christophorus Parisiensis Guilielmi frater, Iohannes de Mehu*, &c. Hi omnes describuntur à D. Maiero in Symbolis Aureæ mensæ, lib. 7. fol. 334. 335. 336. 337. 338. 339. 340. 341. 342. & 343.

Centesima quadragesima quarta authoritas; quæ est *Arbos genealogica metallorum, descripta & depicta octo literis & ramis*: Per primum ramum A. signatus denotatur primus inceptor huius generationis, qui habet flammam pro symbolo in ore, quam spirat: per B. prima mater intelligitur subsequentium filiorum, & habet alas in pedibus pro symbolo: Ex coniugio horum C. filia & D. filius, gemelli vno partu editi: Hic habet cornua, illa oculos liuore turgidos: Ex matrimonio ipsius C. & D. nascuntur iterum gemini, E. filia, & F. filiolus: Hi cum adulti essent, & coniuncti coniugio, generarunt filium G. facie sanguinea, aut potius temperie calida & sicca: F. mortuo vidua E. nubit filio suo G. hoc est, Beja Gabritio; ex quibus deinde nascitur H. qui est omnium nobilissimus.

Arbos genealogico-Philosophica.
Pater generationis.
Mater creationis lapidis.
Liberi Philosophici.
Nepotes Philosophorum.
Lapis in multiplicatione.

Centesima quadragesima quinta authoritas; est *ænigma de affinitate metallorum tale*: Conuenerunt quatuor personæ vno in loco, quæ cum astantibus interrogarentur, siquidem de facie sibi inuicem assimiles essent, quoto gradu propinquitatis forent sibi mutuo coniuncti? tum respondit vna, nomine E. Ego habeo hic fratrem, duos filios, maritum, nepotem ex filio, nepotem ex fratre, & sic sumus septem numero, licet saltem quatuor videamur. Secunda, appellata F. dixit, quin ego hic habeo sororem & vxorem, filium & nepotem ex filio, sororis duos filios, & nos sumus septem numero, quamuis quatuor æstimemur. Tertia cui nomen G. respondit: Et ego hic habeo patrem & matrem, amitam auunculum; Vxorem & filium, sumusque & nos numero septem, licet quatuor videamur. Quarta ait, nomine H. habeo ego hic quoque patrem & matrem, auum & auiam, auunculum magnum & amitam magnam, atque sic septem existimus, quamuis quatuor saltem habeamur. Quæ personæ omnes, nempe quater septem, ad calculum reductæ, sunt viginti octo omnes hic præsentes: Hinc adstantes in maximam admirationem ducti, nesciuerunt, an ficta & falsa huiusmodi dicta, aut quomodo interpretanda essent: Interuenit autem

Quatuor personæ sibi similes loquuntur de lapidis confectione.
Ænigmatis Philosoph. explicatio est in personis.
Hæ omnes personæ ad vnā auiam deueniunt.

autem alia persona nomine B. alas habens in pedibus quæ sciscitata causam stuporis & silentii; En, inquit, quæ personæ relatæ, quæque hic sunt præsentaneæ, omnes me auiam agnoscut: Ex me enim omnes descendant, & præter has plures aliæ, harum parentes: Nam nepos meus F. duxit sororem suam F. Vidua E. nubit filio proprio G. ex quibus nascitur H. Atque in his ænigmatis explicatio apparet.

Vidua nubit propri filio, vnde lapis perfectus, & filius Solis.

Centesima quadragesima sexta authoritas: est *Quido de Montanor. Philippus de Raulasco, Gallus:* Item *Gratianus Philosophus: Raymundus Massiliensis: Iohannes Austri Philosophus:* & *Stephanus Philosophus.* Hos omnes describit D. Maierus in Symbolis Aureæ mensæ lib. 7. fol. 347. & 348.

Centesima quadragesima septima authoritas; sunt *varii Authores*, quorum meminit *Bernhardus*, & alii diuersi Philosophi: *Magister Daulin, Evuaralii Epistola, Aulphanes in Pandectis, Daniel in retractationibus, Marthonius, Valerandus de Bosco, Mirneris, Iohannes de Sacro Bosco, Constantinus, Miserula, Ioannitius, Ephistus, Florus, Merculinus*, &c.

Centesima quadragesima octaua authoritas; est *Thomas Aquinas*, qui inquit: Est autem materia lapidis aqua grossa; Agens autem est calor aut frigus congelans illam aquam: *Idem*, Et credas pretiosiores esse lapides qui procedunt ab animalibus, quam alii: *Et alibi Ludus puerorum de illo refert talia verba*; Hinc Beatus *Thomas de Aquino*, de forma elementorum, in eodem corpore coniunctorum ita dicit: vidi & feci per artificium natura cooperante; Nam accepi quoddam sulphur, quod erat naturæ igneæ, & transmutaui ipsum in aquam puram, quam per artem iterum transmutaui in aërem & in aquam, & cum volui transmutare in terram, vt terra purior fieret, inueni quendam lapidem rubeum, clarissimum, diaphanum & lucidum, & in eo conspexi omnes formas elementorum, & etiam eorum contrarietates in illa materia lapidis, nescio qua ex virtute, nisi ex apperitu: Ex rubedine enim respexi formam ignis, ex diaphaneitate formam aëris & ex luciditate formam aquæ.

Materia lapidis aqua grossa.

Artifex sine opificio naturæ nullus.

In lapide omnes sunt formæ elementorum.

Centesima quadragesima nona authoritas; est *Petrus Bonus, Ferrariensis*, qui scripsit *Margaritam Nouellam*: Item *Petrus de Zalento*, qui ait: Fermẽtum quod est medium coniungens, si ponitur in principio, vel in medio, opus perficitur citius, nec indiget reiteratione: Non tamen dicũt hæc Philosophi per abnegationem.

Fermentum medium coniungens accelerat opus.

Centesima quinquagesima authoritas; est *Ioannes Aurelius Augurellus*: Item

Item *Marcellus Palingenius*, Poëta moralis & sacerdos, qui lapidem describit his versibus:

Tunc mentis diuinæ homines oracula cæca
Voluentes animo ancipiti, vix tempore longo
Experti multa, & non paruis sumptibus illam
Inuenere artem, qua non ars dignior vlla est,
Fingendi lapidem Ætherium, quem scire profanis
Haudquaquam licet, & frustra plebs improba quærit:
Quem qui habet, ille potest, vbi vult, habitare decenter,
Nec fortunæ iram metuit, nec brachia furum:
Sed paucos tanto dignantur munere Diui.

Palingenius lapidem descripsit, vt viaticum viris doctis.

Et paulò pòst: Arcadium hunc iuuenem, infidum, nimiumq; fugacem,
Prendite & immersum Stygis occide lymphis, *&c.*

Centesima quinquagesima prima authoritas; est *Iohannes de Rupecissa*, Monachus ex Minorum ordine: Item *Augustinus Pantheus* Venetus Sacerdos de Voarchadumia: Item *Aloysius Marlianus*, quem citat Aureum Vellus: Item *Ianus Lacinius*: *Iohannes Chrysippus*, Fanianus: *Iohannes Thebanus*, & *Ludouicus Lazarellus*.

Centesima quinquagesima secunda authoritas; est *author Coniugii massæ Solis & Lunæ*, verus artifex: Item *author Lilii auulsi ex spinis*: Item *Liber de artibus Romanorum*: Item *Author studii Florentini*: Item *Efferarius Monachus*: Item *Clemens de Secretis naturæ*: *Gilbertus Cardinalis*, *Archelaus*, *Gallinarius*, *Sarni Lilium*, & *Iohannes de Aquino*, hîc ait: Qui auri destructionẽ ignorat, constructionem eius ex cursu naturæ necessario habet ignorare: facilius itaque est aurum construere, quam destruere.

Auri constructio facilior: Destructio difficilior.

Centesima quinquagesima tertia authoritas; est *Raymundus Lullius Hispanus*, qui Aurum potabile tali modo iubet præparare: Recipe Auri bene cementati, purificati & calcinati, (prout in tertio Canone quintæ Essentiæ tractamus) vncias quatuor. Et pone in cineribus per vnũ diem naturalem vt bulliat lentissimo igne: postea pone in Balneo per duos dies naturales: Et illud quod solutum inuenies in hoc tempore, euacua per declinationem in alio vase, & serua illud in Balneo leui. Postea superfunde de alio nouo menstruo, quantum est pondus calcis remanentis insolutæ. Et fac bullire super cinerem per vnum diem naturalem, & in Balneo per duos dies, vt supra fecisti. Postea euacua quod solutum est, & similiter cum alio seruato in Balneo, pone & ser-

Morienus: Nisi corpora solueritis, in vanum laboratis.

Solutio Auri regalis. ua: & sic continuabis nostram solutionem regalem, quousque totum aurum sit conuersum in aquam gloriosam. *Aqua gloriosa.* Fili per hoc lucidatur tibi clausula, quæ dicit in Theorica testamenti: dissolue æqua lance librata. *Et cap. Artis fundamentalis quod incipit:* omnes liquefactiones, &c. *& cap. in libro de conseruatione vitæ humanæ, quæ incipit:* Hæc solutio est *Aurum potabile: Et in Epistola abbreuiationis in illa clausula, quæ dicit:* Scias quod peracta destillatione, &c. si in ea solueris aurum & aquã euolare permiseris, & demũ in loco humido pones, in quatuor diebus per se soluetur: *Vera solutio Auri, habetur pro vero etiam Auro potabili.* Hæc solutio est *Aurum potabile. Menstruum paulò ante sic docet, inquiens:* Modus est, quod tu accipias libram vnã argenti viui vulgi, & pone in vase vitreo, & superinfunde de vegetabili menstruo, quod supernatet per quatuor digitos: pone in Balneo vel fimo, per sex dies, & totum soluetur in aquam gloriosam. *Aqua gloriosa.* Eleua menstruum per Balneum leue, & remanebit tibi in fundo vasis Lumen perlarum & Anima metallorum. *Lumen perlarum. Anima metallorum.* *Paulò post ait:* Accipe aquam gloriosam illam totam argenti viui, quæ erit libra vna, & misce cum libris septẽ de menstruo vegetabili cœlificato: *Menstruum cœlificatum docet etiam Thomas de Aquino.* Et totum fiet vna anima, cum qua dissolues omnia corpora tam perfecta quam imperfecta pro creatione sulphuris naturæ: Et scias, Fili in veritate & Dei fide, quod nullum sulphur naturæ alicuius metalli sublimaret sine ista aqua argenti viui vulgi.

Centesima quinquagesima quarta authoritas; est *Author Rosarii abbreuiati:* qui vere collegit rosas ex Philosophorum hortis dispersis, & in coronam decentem applicauit, *Corona Philosophica.* quæ imponenda est illi, qui quintam inde Essentiam elicere, superfluis abiectis, nouerit: Quod si nomen posuisset proprium, inter præcipuos recensendus foret.

Centesima quinquagesima quinta authoritas; sunt *Philosophi Chymici,* quos *Auicenna* citat, inter quos plerique Hispani, vt, *Prior Alexandriæ, Garsia Cardinalis, Hugo Apostolicus* vel *vniuersalis Archiepiscopus, Petrus Monachus, Durandus Monachus, Virgil Almordid, Dominicus, Ægidius Magister Hospitalis Hierosolymitani,* & *Antroicus Episcopus.*

Centesima quinquagesima sexta authoritas; est *Dominicus Episcopus de Ponderibus:* de quo Auicenna, & ipse Episcopus, inquit, docuit me magnũ magisterium in Africa: & dixit, quod acciperem aurum viuum & sublimarem duabus vicibus, vt facias viuum, *Aurum Philosophorum est viuum.* infunde illud in sal, & mitte id in stercore humano, & maneat ibi per duos dies, & olla sit ferrea: & in hoc magisterio est sensus magnus.

Centesima quinquagesima septima authoritas; est *Dominicus Apostolicus*, qui docuit Auicennam, vt ipse ait, duas res; vnam ad indurandum, & aliam ad incerandum, &c. Item *Epistola Demoschielis* Iudæi, & *Chronica Metanostrica*, quorum meminit *Lullius*.

Res alia induranda. Res alia inceranda.

Centesima quinquagesima octaua authoritas; est *Rocherius Bachon Anglus*, Monachus minoris ordinis; hic dicit, Elementorum fac ęquationem & habebis. Item *Hortulanus*, qui *Garlandus* aliàs nominatur, ille ait super Epistolam Hermetis scriptam: solus ille qui scit facere lapidẽ Philosophorum, intelligit verba eorum de lapide: Philosophi n. hanc artem manifeste conati sunt patefacere dignis & indignis abscondere: Et sic de virtute intentionis semper dixerunt vera, sed de virtute sermonis non, & sic dixerunt lapidem Philosophorũ fieri ex ouo; quia in ouo tria sunt similia tribus, q̃ integrant lapidem: *Hermes* ait, *Pater* eius *Sol*: *Mater* eius *Luna*. Et sic innuit, quod iam duo hic lapidis compositionem intrant, vt probat hoc *Hortulanus*: Quia aqua Solis est volatilis, & corpus eius fixum, & conuerso de Luna: Et tunc declarata sunt verba illa dicentia per Geberum & alios Philosophos: Fac fixum volatile, & volatile fixum, & fixũ volatile: persuadent enim multiplicẽ solutionem; quia totum opus stat in solutione: Item, cum dicit, q᷑ est superius, est & inferius. Hic per superius intelligitur dignius, & per inferius indignius, vt scilicet fiat vnus ex illis tribus, vel ex Sole & Luna fiat vna res, cuius partes sunt æquales, & appellatur hæc coniunctio, sublimatio Philosophorum, & dicitur sublimatio, exaltatio, siue dignificatio, quia Lunæ dignificatur & Mercurius. Nã cũ facta est vnio, In tãta dignitate est Luna, sicut Sol & Mercurius. Similiter & cũ facta est fixatio, q̃ appellatur corpus mortuum, ita vilis est Sol sicut Mercurius, & litera vult illa, & istud est ascẽdere & descẽdere Philosophorũ.

Elementorũ fiat æquatio.

Hic scit lapidem Philosophorum, qui eorũ verba intelligit.

Aqua Solis volatilis, corpus vero fixum.

Superius erit dignius, & inferius erit indignius.

Hæc tria efficiunt lapidem: Sol, Luna & Mercurius.

Centesima quinquagesima nona authoritas; est *Iohannes Dastinus*, qui tractatum Chymicum post se reliquit nõ aspernendæ doctrinæ, cuius potiorem partem *Ianus Lacinius* in suis Collectaneis posuit.

Centesima sexagesima authoritas; est *Richardus Anglicus* doctissimus ille Philosophus: Hic tractatũ scripsit, cui titulus *Correctorium fatuorum*, in quo duplicem doctrinã tradit, primo eam, q̃ spectet ad informationẽ tyronis Chymici, eiusq; stoliditatem corrigendã in electione materię & operandi modo; Secundo, q̃ declaret totius operis secreta & requisita. De vtraq; exẽpla dabimus: Quod ad tyronis institutionẽ, inprimis

Informatione opus est apud tyrones Philosophos.

vult eum studere in libris veridicis ad hanc artem pertinẽtibus: Nam studium, inquit, amouet ignorantiam, & reducit humanum intellectum ad veram cognitionẽ, & ad cuiuslibet rei scientiam, &c. qui autem studere abhorruerint, & tamẽ laborare voluerint, videant an ars ipsius naturæ sit imitatio, quam ars ipsius emendare debet: Quoniam impossibile est ei secreta Philosophorum ad perfectum finem præparare. De his Sapientes dicunt, quod ii transeunt ad practicam sicut asinus ad cœnam, nescientes, ad quid rostrum porrigant, nisi in quantum sensus exteriores sine intellectu per visum & gustum ad pabulũ adducit. Sic ipsi Asini, sine bonis veris principiis & fructuosis studiis ac sine naturarum cognitione quærunt perficere opera naturæ & secretum totius Philosophiæ, ac opus optimum quod hominem ornat moribus, ditat beneficiis, auxiliatur pauperibus, & corpus humanum incolume seruat, præbens ei sanitatem, &c. Et ideo omnes artis huius apicem diligentes, studiis conentur insistere, & ex libris haurire veritatem, & non ex mendosis, neque fabulis fictis: Quia hæc ars non inuenitur nisi per continuum studium & Philosophorum dictorum cognitionem, aut per fidelem scientem informationem. Nam qui in legendis libris deses extiterit, in præparandis rebus promptus esse non poterit: Item, nõ potest de facili Practicæ assuefacere, cuius mens studiis Theoricis renuit insudare. *Idem capite vndecimo inquit:* Aliqui scribunt in libris suis mendosis & altercatis, caue tibi ab odore eius, ne te interficiat: Ecce qualis Medicina & contrarietas, quæ cum sanare debet, inducit mortem: Non est mirum, quod res intoxatiuæ ex venenis cõpositæ hæc facere possunt: videte fatui quomodo vestra opera differunt ab opere naturæ; Quare fatigamini in huiusmodi rebus altis, ad quas venire non potestis taliter laborando, nisi miraculose eueniat, vt accidit Beato Iohanni qui de virgultis fecit aurum: Dico vobis *qualis est Medicina, tale sit & aurum.* Cum res fœtidas seminatis, merdam metetis, reuertimini ad viam veritatis propter vosmet ipsos: consulo vobis studere, dicta sapientum reuoluere, ex quibus veritatem elicite, non casualiter ad opus accedite: Non aduertatis Recipe, Recipe, hoc & hoc, nescio quid, & fac taliter, nescio qualiter: Instrue me hoc & ego docebo te illud: Sic deceptus aliũ decipit, & sic totus mundus per tales est defraudat⁹: Cæcus enim si cæco ducatum præbeat, ambo in foueam cadunt: Vbi enim videris, Recipe, cogita quod significet, Decipe,

Studium amouet ignorantiam & ad veram cognitionem & rei scientiam reducit.

Operis operati lapidis dona.

Veritas cum sanioribus est Philosophis.

Pigrities in legendis libris nihil veritatis communicat.

Qualis Medicina tale est Aurum.

Quale semen tale frumentum.

Decipe, mutato R, in D. *Quod ad artis declarationem attinet, Richardus planissimè absq; figura sic loquitur in prologo*: Quoniam, inquit, natura perficit suum gradum, quē naturaliter perficere potest, & illum præterire nequit, nisi per contrarium fuerit impedita; quamuis bene ars naturā non transcendit, faciendo nouam naturā per simplicē laborem: Et ideo dicitur ꝙ ars imitatur naturā, non quod nouam ædificet, sed quod illius naturę virtutem subtiliet; propter quod incipit ars perficere, vbi natura deficit, subtilem scilicet naturam in re inclusam detegere, & ipsam manifestare: Ex quo minera generat metalla, tincturā tamen generare nequit, quamuis bene tincturam plenam in se, quibus indiget, & quibus perficitur, nisi quod moueatur arte & operatione. *Capite sexto, sulphur vulgi ab arte reiicit, & Philosophorū sic describit*: Quod sit simplex ignis viuus, alia corpora mortua viuificans & ea maturans, ita quod naturæ defectum supplet, cum ipsum sit superfluę maturitatis, secundum quod in natura sua sit perfectū ac per artificium magis & magis depuratum: Vnde *Auicenna*: Tale sulphur non reperitur super terram, nisi in quantum extat in istis corporibus, Sole & Luna, & in alio ꝙ est illud, quod nulli dicitur, nisi ex parte Dei sibi reueletur: In Sole autē perfectius, quia magis est digestum & decoctum. *De eodem sulphure cap.* 8. Philosophi, *inquit*, subtiliter sunt imaginati, quomodo in istis corporibus perfectioribus sulphura illa elicere possent, & ipsorum qualitates per artem purgare, vt hoc haberent in arte, mediante natura, quod in ipsis antea non apparuit, quamuis plenarie & occulte plures habuerunt; & hoc nequaquam fieri concedunt sine corporis solutione, & in primam materiam reductione, ꝙ est argētum viuum, ex quo facta sunt ab initio, & hoc absque vlla permixtione rerum extranearum, quæ extraneæ naturæ lapidē nostrum non emendant, quoniam nihil conuenit rei, nisi quod propinquius est rei, cū sit Medicina simplicis & virtualis virtutis, ex aqua Mercuriali producta, in qua aurum & argentum prius sunt soluta: Exempli gratia: Si glacies ponitur in aquam simplicem soluitur in ea per calorē, & redit in substantiam primam aqueam, & sic aqua tingitur ex virtute etiam occulta, quæ fuit in glacie: si autem glacies non resoluitur per calorem in aquam, non coniungitur aquæ, in qua iacet, nec illam aquā tingit sua virtute, quæ in ea antea coagulata fuit ex parte specierum: sic eodē modo si corpus non resolueris in Mercurium cum Mercurio, occultam virtutē ex eo

Natura sæpissime accidentibus impeditur.

Ars imitatur naturā.

Minera generat metallum, non vero tincturā.

Sulphure Solis nihil est perfectius.

Corpus in primā materiam non reducitur, nisi prius soluatur in Mercurium viuum.

Solutio non fit absque aqua Mercuriali.

Corpus soluendum in Mercurium per Mercurium.

habere nō potes, scilicet sulphur digestum & decoctum per opus naturæ in minera: Si enim lapis est vnus, vna medicina, quæ secundum Philosophos dicitur Rebis ex rebina, scilicet ex corpore & spiritu albo vel rubeo, in quo multi fatui errauerunt. *Idem cap. 9.* Quamobrem in eo sulphur rubeum, id est, ignis substantia, qui hoc album plus digessit: & sic sulphur album ac rubeum ex vtraque parte existit in Sole: Quare ignis est perfectio eius, & in igne generatum est: Et ideo amicabiliter gaudet natura suæ igneæ naturæ: vnde aliquæ res extraneæ hoc in corporibus causari non possunt, cum ars nō sit aliud mediante natura, nisi decoctio & digestio illius naturæ per simplicem laborem. Exempli gratia: Mane cum surgo & video vrinā meam albam, iudico me parum dormiuisse, tunc repono me iterum ad dormiēdum & accepto somno, vrina citrinatur: Et hoc propter maiorem digestionem caloris naturalis in me existentē: sic sequere naturam per artem, similiter decoquere, digerere, maturare, substantialiter, cum iam in actu natura contineat in se ignem naturalem, quo maturatur. Hoc aliæ res non habent, ideo dare non possunt: In Luna non est, nisi sulphur albū simplex, non tamen digestum sicut rubeum, nec sic à nigredine priuatum per actionem caloris quē in se naturaliter continet; sed ignis species est obtecta & occultata, agens in eo plus per artem, quam per naturam: Et ideo non est impossibile, quod ars mediāte natura hoc plus digerat & perficiat, cum naturaliter intendat perfici, sed per se nō potest, nisi moueatur arte & operatione. Sed isti labores, vt credo, non perueniunt ad hominem duræ ceruicis: Et ideo non fit verum aurum, nisi fiat ita digestum & decoctum, vt melius melioret peius: Quia omnium Philosophorū intētio est, cum meliore peius perficere: Quod fatui cōtrarie intelligunt, quia cum peiore melius perficere nituntur, & hoc quærunt in re, quod nunquam fuit in illa, scilicet aurum & argentum in rebus adustibilibus, &c. *Et capite 10.* Quæri non immerito potest, vtrum ex aliis ægris corporib. hoc sulphur album, & rubeum ad tingendum mercurium elici possit? Dico, quod non, quia prius dictum est, quod non aliqua res maioris temperātiæ, quam in istis corporibus reperitur, quibus insunt radii tingētes, cum prius dictum est, quod ægra corpora in se contineant, sulphur fœtidum & adustibile, & non virtualis naturæ, sicut in istis, &c. Cū omnis ars non valeat, nisi præhabita natura, quam sequatur: posses tamen cum minoribus mineralibus

Rebis, id est, res bina.

Ignis lapidis perfectio & generatio.

Ars mediante natura nihil aliud est, nisi decoctio & digestio illius naturæ per simplicē laborem.

Actu natura in se continet ignem naturalem.

Aurum non fit verum, nisi fiat ita digestum & decoctum, vt melius melioret peius.

Corporibus perfectis insunt radii tingentes.

neralibus purgare metalla, quibus purgatis, tamen adhuc non habent aueream & argenteam naturã in se: quia digestio & decoctio aurea nõ fuit in illis, sicut in aliis, nec sulphur ita maturum: Et ideo ipsis immaturis succurrendũ est cum maturis, vt maturentur: Igitur non tingunt, sed tinguntur, quia tinctura auri & argenti proportionabilem naturã habet cum ipsis, scilicet immaturis vel imperfectis, quia originem ex mercurio traxerunt: Ex his manifestum patet, quod minora mineralia tingere non possunt, quia corpora metallica imperfecta, quæ non conueniunt cum auro & argento ex parte Mercurii maturi, tingere non possunt nec naturam auri vel argenti infundere: Et ideo non est tingendum nisi cum illis, quibus inest virtus tingendi: Tinge ergo cũ auro & argẽto, quia aurum aureum tribuit colorem & naturã. Quare omnia alia despicias, quib. non inest virtualiter seu naturaliter virtus tingẽdi, cũ ipsis non sit fructus, sed solũ perditio rerũ & stridor dentiũ.

Minora mineralia purgant metalla.

Imperfecta metalla non tingunt, sed tinguntur.

Cum illis tingitur, cũ quibus est virtus tingendi.

Centesima sexagesima prima authoritas; est *Georgius Ripleus*, qui ait: Ego profecto te docebo, vt intelligas, Mercurios esse tres, qui sunt claues scientiæ, quos Raymundus sua mẽstrua vocat, sine quibus nihil rectè fit; sed duo istorum sunt superficiales, tertius essentialis Solis & Lunæ, &c. Corpora perfecta cũ primo naturaliter calcinamus; sed nullũ corpus immundum ingreditur, excepto vno, quod vulgariter vocatur à Philosophis, Leo viridis, quod est medium coniungendi naturas inter Solem & Lunam cum perfectione, quemadmodum Geber ipse testatur. Cum secundo, quod est humiditas vegetabilis, reuiuificans, quod prius erat mortuum ambo principia materialia debent solui & formalia, alioqui parui essent momenti: cum tertio, ꝙ est humiditas maxime permanens, incombustibilis & vnctuosa in sua natura, Hermetis arbor in cineres cõburitur: Hic est noster naturalis ignis certissimus, noster Mercurius sulphur, nostra tinctura munda, nostra anima, noster lapis eleuatus cum vento, in terra generatus: Hæc animo reconde tuo: Hic lapis, audeo tibi dicere, est vapor potentialis metalli, hunc quo pacto acquiras oportet te esse cautum; nam inuisibile ꝑfecto est hoc monstrum, quanquam cum secunda aqua Philosophica per separationem Elementorum potest apparere ad visum in forma claræ aquæ: Ex hoc menstruo labore exuberato atque cum eo potest fieri sulphur naturæ, &c. *Et paulò post:* Augeas nec diminuas humidum radicale, donec tua massa frequenti sublimatione leuiter fluat, vt cera li-

Mercurii tres sunt: Duo superficiales, & vnus essentialis.

Leo viridis est medium coniungendi naturas.

Hermetis arbor Lapidis dicitur Mercurius, Tinctura, Anima, &c.

Confectio sulphuris naturæ.

Ratio cũ humido radicali.

cera super metallum: tum solue illam cum tuo vegetabili menstruo, donec habeas oleum inde coloris lucidi, tum est illud menstruũ conspicuum visui: Oleum extrahitur inde coloris aurei, aut huic simile ex nostro subtili rubro plumbo, quod *Raymundus* dicebat cum esset senex, multo magis, quam aurum esse in pretio: Nam cum propter senectutem vicinus esset morti, ex eo confecit Aurum potabile, q̃ illum reuiuificauit: Nam sic simul possunt circulari, hoc est illud oleum & vegetabile menstruum, & sic arte & labore exuberari & fieri per artẽ lapidis cœlestis, tam igneæ naturæ, vt inde illum vocemus nostrum Basiliscũ, magnumque magni Elixir pretii: quia quemadmodum visus Basilisci suum obiectum necat, sic occidit iste Mercurium crudum, quando super ipsum proiicitur in nictu oculi ita, vt citissime ille Mercurius tingat, stabili tinctura omnia corpora in Solẽ & Lunã perfectè.

Rubeũ Philosophorum plumbum. Ex sene mortuo fit Aurũ potabile, quod illum reuiuificat. Noster Basiliscus magnũ Elixir.

Centesima sexagesima secunda authoritas; est *Thomas Nortonus*, Bristouiensis, in arte Chymica perfectus agnoscitur magister, hic in præfatione libri sui tales descripsit Rythmos, sic sonantes:

Nortoni prima præfatio.

Istam ad scientiam multi sunt vocati,
Nobiles & pauperes, inscii, literati,
Qui nolunt labores, neque tempus pati;
Ideo non perficient, quia sunt ingrati.
Liber artis filios docet esse satis,
Quibus hæc percipere Deus dedit gratis,
Versiculis Propheticis quatuor his credatis,
Omnia dat gratis Diuinæ fons pietatis.
Hæc nobilis scientia est tantum illis data,
Qui diligunt iustitiam mente cum beata,
Dolosis & raptoribus, sed est denegata,
Propter peccata tardantur munera grata.
Sæpe Reges Angliæ decorasset hæc res,
Firma si in Domino fuisset eorum spes,
Ille sed qui capiet per hanc rem honores,
Antiquos mores mutabit in meliores.
Iste cumque venerit, Regnum reformabit,
Virtutibus & moribus & exemplum dabit,
Sempiternum Regibus, plebs tunc iubilabit,
Et mutuo se diligens laudes Deo dabit.

Angliæ Reges artis participes futuros, si emendent omnia.

O Rex

O Rex hæc facturus, Deum Regem ora,
Et eius auxilium pro re hac implora,
Tunc Regi iusto fulgenti mente decora,
Grata superueniet, quæ non sperabitur hora.

Centesima sexagesima tertia authoritas; est *Abbas Westmonasteriensis*, Cremerus, Ordinis Benedicti: Item *Eduardus Kelleus*: Item *Scotus* ille, q. proiectionibus suis, Italiã, Galliã & Germaniam in admirationem rapuit: item *Ægidius de Vadis*, qui scripsit Dialogum inter naturam & artificem doctissimum: Item *Iohannes Duns Scotus*, & *Michaël Scotus*, &c.

Centesima sexagesima quarta authoritas; est *Melchior Cibinensis Vngarus*: Item *Bauran Philosophus*, cuius meminit Calid lib. de Secret. cap. 14. Item *Albertus Brierus*, Ordin. Carmelit. Monach. ex coniuratione Spiritus testatur se lapidis conficiendi modum habuisse Anno 1560. qui profugus ex Monasterio suo S. Mariæ Magdalenæ della Stella noua, finito opere Anno 1571. venit in Germaniã, mutato habitu vbi à duobus nebulonibus pessimè circumuentus dicitur.

Centesima sexagesima quinta authoritas: sunt alii Vngari Philosophi, vt, *Rhodianus Philosophus*, author libri tertii verborum: Item *Rachaidibi*: Item *Aristoteles Chymista*, *Arda discipulus Aristotelis*, *Alexandri Epistola*, *Serapio*, *Saturni liber*, *Dumbeleius*, *Bernhardus de Grauia*, *Melchior Cardinalis & Episcop. Brixiens.* scripsit tractatum de flauo & rubeo viro: Item *Malchamech*, cuius meminit Rosarius Philosophorum: *Theodorus*, *Pontius*, *Sorin*, artificium Rosar. Philosoph. &c.

Centesima sexagesima sexta authoritas; sunt Chymici Philosophi Vngari, quorũ meminit *Auicenna*, vt *Aranus Medianus*, *Zucrat*, *Bucas*, *Flaton*, *Claron*, *Pliuus*, *Zaib*, *Zubaibar*, *Palmarius*, author Palmarii Theosophię.

Centesima sexagesima septima authoritas; est *historia Mathesii in Sarepta*, quæ narrat, quod nempe colonus quidã forte fortuna aperuerit fornicem sub terræ ruderibus contectum, ibique inuenit incredibilem copiã ducatorum aureorum, in quorũ vna parte hæc inscriptio fuit, *Theodoron*, id est *Dei donum*; ab altera parte, *Phœnix auis sese comburens ex cuius cinere pullus sit natus*: Nullius Regis aut Principis hoc genus numismatis fuisse, sed artificis Chymici, facile coniici potest.

Theodoron, Dei donum. Phœnix Philosophicus.

Centesima sexagesima octaua authoritas; est *historia mirabilis Nicolai Bamaudi*, cuius meminit in Commentariis Chymicis, de sene Medico Anshelmo de Bood, qui post obitum patris tincturã cum descriptio-

ne inter Bibliothecam eius inuenit: pulueri autẽ siue tincturæ in charta reclusæ, talia fuere inscripta verba: *Hac vera esse, probauit puluisculus hic inclusus vnius grani quantitate, cuius dimidia pars proiiciatur in drachmas aliquot Mercurii, & mutabitur in aurum:* postquam nunc dictus de Bood hoc vidit & legit, qui aliàs à Chymia abhorreret iuit ad aurifabrum, vbi experimentaretur antea relata; quod cum fecisset, optimum aurũ inuenit: vnde aurifaber stupefactus non aliter sibi persuadere potuit, quin subfuisse dolũ aut impositionẽ: petiit igitur pulueiẽ vt ipsemet omnia imponeret in ignẽ & puluisculũ proiiceret, q cum ab eo denuo repetitũ esset, rem verissimã & absq; fraude existere pro certo reperiit.

Artis nostræ vnica tantũ res est.

Centesima sexagesima nona authoritas; est *Author Cymbali aurei*, quod incipit, Artis nostræ vna tantum extat res. Item *Historia Philosophi Chymici* cum Pharmacopœio quodam, quam describit D. Maierus in Symbolis Aureæ mensæ lib. 12. fol. 557.

Aqua vera solutiua est clauis ad lapidem.

Centesima septuagesima authoritas; est *Author Rosarii minoris*, qui inquit: Vbicunque inueneris Mercurium purum & fixum habe ꝑ magno lapide: Aquam quoque solutiuam omnium metallorum ex variis salibus factam, proponit, quam dicit esse clauem, qua portæ metallicæ reserentur, vt vna in aliam transire possit: At quilibet hic cautus sit & à salibus, nisi forte in præparatione abstineat.

Centesima septuagesima prima authoritas; sunt tales libri, vt, *Pandectæ*, *Codex veritatis*, *Veridicus*, & *Summa textualis*. Quorum meminit *Bernhardus Comes Treuisanus* in suis scriptis.

Opera Planetarum sunt in compositione lapidis. *Massa Philosophica.* *Embrio Philosophicus.* *Massæ Philosophicæ dispositio.* *Vita fœtus Philosophici.* *Inspiratio fœtus.* *Membra ge-*

Centesima septuagesima secunda authoritas; est *Scala Philosophorum*; quæ dicit, in compositione lapidis, sunt opera Planetarum, & eorum imagines suis locis & temporibus sicut in fœtu operatiua? Nam in fœtu primo mense cum semen in matricẽ recipitur, operatur Saturnus coagulando & stringendo materiam suam frigiditate, & sic in ipsa natura in primam massam coagulatur. Secundo mense operatur Iupiter digerẽdo caliditate in quantã massam crudam, q̃ vocatur Embrio. Tertio mense operatur Mars, agendo in sua caliditate & siccitate, diuidẽs ac sequestrans illã massam, membraq; disponens. Quarto mense operatur Sol, q nutrit spiritus & incipit viuere partus. Quinto mense operatur Mercurius, qui foramina & spiracula facit. Sexto mẽse operatur Venus: disponit n. & ordinat oculos, supercilia & testiculos. Septimo mense operatur Luna sua frigiditate & humiditate, laborat ad expellendum

lendum infantem, & si tunc nascitur, viuere potest: si vero non nascitur, debilitatur. Et octauo mense iterum Saturnus opera constringendo, fit fœtus in matrice, & si tunc nasceretur, viuere non posset. Nono autē mense iterum Iupiter caliditate & humiditate nutriēdo, reducit vires fœtui, & sic complete nascitur, & bene viuit. Igitur sciendum, ꝙ tribus mensibus aqua fœtum in matrice cōseruat. Aër quoque tribus mensibus fouet: Ignis vero totidē custodit. Quibus cōpletis, sanguis eius qui fouetur in vmbilico, eo præciso egreditur ad mammas, ibiq; candorē niuis assumit. Igitur infanti nunq̃ patebit egressus quousque aëris flatus exhauriat. Tunc autē egressus aperitur, & os eius, & lactatur. Ab istis tribus oportet nos intelligere, & acuto ingenio scire componere & extrahere duo: nā à duobus non extrahuntur tria, sed bene è conuerso: vnde omnes qui cupiunt hoc scire, acuant ingenia sua ad acquirēdum futurum thesaurum ex tribus verbis, in quibus occultatur lapis, in quo etiam occulta est caliditas & siccitas, tinctura & profunditas tincturarum, & oleum calidum, humiditas coniunctiua.

nitalis fœtus. *Expulsio nati Philosophici.* *Mors nati Philosophici.* *Aqua conseruat fœtū.* *Aër fœtum fouet.* *Ignis custodit.* *A duobus tria non extrahuntur.* *Thesaurus Philosophorum in tribus verbis.*

Centesima septuagesima tertia authoritas; est *Ludus puerorum*, cuius author ita refert: Est opus mulierum & ludus puerorū, & flos eius est lapis. Recipe ergo in Dei nomine rem illā, q̃ non est perfecta. Ex perfecto n. nihil fieri potest: quia species rerum perfectarū à sua natura nō permutātur, sed potius corrumpuntur. Nec illa res ex aqua noster lapis extrahitur, vel materia lapidis est penitus imperfecta, cum secundum artē ex tali scilicet imperfecto, nil fieri posset, ratio quia ars primas dispositiones naturæ inducere non potest. Sed ipsa res est media inter corpora perfecta & imperfecta: Et ꝙ natura in ipsa non perficit, sed tantum incœpit, hoc per artem poterit reduci ad perfectum. Ideo *Fledius Philosophus* ait: Cum homo sit dignissimum creaturarum, cuius gratia & amore omnia sunt condita, eidemq; subiecta. Et illud cuius corpus non recipit extimationem, quoniā in eo est ꝙ sanitatē iuuentutemq; conseruat, morbos atq; languores ab homine & metallis repellit, & omnē superfluitatem consumit. Et hoc totū operatur nostrū Elixir super omnes Galeni, Hippocratis & aliorū Philosophorum medicinas, potiones & cōfectiones quascunque: etiā lepram ab homine repellit. Hinc dicit Albertus in suis Mineralibus: Maxima virtus est in quolibet homine, & maxime in capite, inter dentes, ita ꝙ in sepulchris antiquorum mortuorū inter dentes aurum in granis minutis &

Ex perfecto nil fit, quia species rerum perfectarum à sua natura non permutantur, sed potius corrumpuntur. *Gratia hominis omnia sunt condita.* *Elixir superat totam artem Galenicam.*

oblongis sæpius inuentū fuerit tēpore nostro. Quia q̄ non posset esse, nisi in homine esset ista virtus mineralis, q̄ virtus mineralis est in nostro Elixiri: & ideo dicitur q̄ lapis in quolibet homine. Et Adam portauit secum de Paradiso, ex qua materia in quolibet homine lapis noster vel Elixir eliciatur. Hinc dicit *Arnoldus*, q̄ nunquā fuit intentio Philosophorum, q̄ lapis noster esset de principiis mineralium, scil. argenti viui fixi, & sulphuris. Sed in corporib⁹ perfectis, in quibus est perfecta cōmixtio, argētum viuum fixi, & sulphuris viui optimi. Cū corpus cōmiscetur cum spiritibus fit vnum cum eis, ita q̄ nunq̄ ab inuicē separātur, quemadmodum aqua cōmixta aquæ: quoniā omnia ad naturā homogeneitatis suę sunt redacta. Nā Philosophi nō dixissent, nisi corpora verterenrur in non corpora, nihil in hac arte effici. Notate bene hæc verba, signate mysteria. Quoniā in hoc opere declaratur, q̄ sit lapis noster, cum principiū omnium Philosophorū sic dissolueret lapidē. Si n. lapis noster esset de primis principiis mineralium, oporteret ipsum sublimare, calcinare, figere, & demum soluere: q̄ est omni Philosopho contrariū. Vnde dicunt, nisi corpora fiant incorporea & econuerso nihil operamini. Ergo cōclusiue dicendum, principiū operis nostri est dissolutio lapidis; ratio, quia corpora soluta ad naturam spiritus sunt redacta, & magis fixa. Nā solutio corporis est congelatio spiritus. Vnde Anaxagoras Philosophus, Lapis noster est Sol sublimatus, & conuersus in maxima virtute minerali. Vnde Liliator dicit: Ex hoc auro & gemma nostra, ex puro auro multa emimus. Alphidius Philosophus dicit: Cōgelate argentū viuum, cum corpore magnesiæ. Nō intellexerunt Philosophi argētum viuum q̄ videtur, nec magnesiam, q̄ vulgo videtur: sed p argentum viuum intellexerunt humiditatē illius mixtionis quæ est humiditas radicalis lapidis nostri. Et per magnesiā intellexerunt totam mixtionē, de qua extrahitur ista humiditas, q̄ argentum viuum nostrum vocatur; q̄ quidem humiditas currit in igne, & in eodē igne totum cōpositum dissoluit, congelat, denigrat, dealbat, rubificat, & perficit. Alphidius Philosoph⁹ dicit: In nostro lapide sine cōposito sunt Sol & Luna, in virtute & potentia, & argentum viuum in natura: quia si hoc nō esset in nostro lapide & composito, non facerent nec Solem & Lunam. Et tamen nō est aurum cōmune, nec argētum cōmune. Quia ipse Sol & Luna existētes in opere nostro sine lapide vel cōposito, sunt meliores, q̄ sunt Sol & Luna vulgares,

Lapis in quolibet homine.

In corporibus perfectis est perfecta mixtio.

Omnia ad naturam homogeneitatis sunt reducenda.

Corporis solutio artis principium.

Fixatio artis finis.

Solutio corporis est congelatio spiritus.

Argentum viuum est humiditas radicalis nostri lapidis.

Magnesia, mixtio in Philosophico opere.

Sol & Luna in virtute & potentia:

Argentum viuum in natura.

gares, eo quod Sol & Luna existẽtes in nostro cõposito & lapide, sunt viui & virides. Sol vero & Luna vulgares sunt mortui. Ideo Sol & Luna in nostro lapide & composito sunt potentialiter & non visibiliter.

Sol & Luna vulgares nihil prosunt in nostro opere.

Centesima septuagesima quarta authoritas; est *Clangor buccinæ*, sic inquiens: Tinctura est compositio lapidis, ignis & aëris, auri vel argenti. Vel sic: Est quoddam compositum ex igne & aëre auri vel argenti. Vel sic: Est corpus tingens ortum & cõpositum à duobus elementis, scilicet ignis & aëris, auri ad rubeum, & argenti ad album. Istæ definitiones sunt prout tinctura in hac arte consideratur, secundum quas poteris notare, ꝙ omnis tinctura Alchymistica necessario habet esse ex iam dictis metallis. Quia simile producit sibi simile in natura naturaliter & artificialiter. Nã aurum ita est principium omnibus artificiantibus. Qui ergo aliquid significare vult, non quærat lapidẽ vel plantam, sed ignem, qui est principium significationis. Igitur, fili, si aliquis voluerit aurificare metaphoricè, non quærat sulphur vel alumen, vel arsenicũ, sed quærat aurũ ꝙ est principium aurificationis. Tingere est tingẽdo tinctum in suã naturã transformare, & secũ sine vlla separatione permanere, vt in natura figentis, tingentis & tincti. Lapis est corp⁹ cõpositum ex quinta metallorũ essentia: Quæ aliàs dicitur argentũ viuum, deductũ de eorum potentia in actum per magisteriũ omnium principiorũ huius artis. Oleum est limositas omniũ metallorũ natans super menstruum post dissolutionẽ illorum. Est a. necessariũ vt corpora in oleũ conuertãtur, qa si nõ conuertãtur in seipsis solida remanebunt, & ꝙ q̃rimus non fiet, & sequeretur priuatio omniũ principiorũ huius artis. Menstruũ est id, ratione cuius corpora metallorũ naturali dissolutione dissoluuntur, & spiritus eorũ de potẽtia ducuntur ad actũ, & secũdũ illã definitionẽ demõstratur, ꝙ dissolutio metallorũ nõ debet fieri nisi cum p̃dicto principio: & si fieret aliter, nihil fieret in effectu.

Trina tinctura Philosophica definitio.

Tinctura Physica est ex metallis, cum metallis & per metalla.

Aurum est principium aurificationis.

Lapis est corpus compositũ ex Quinta essentia metallorum.

Menstruum Philosphicum.

Centesima septuagesima quinta authoritas; sunt *tria illa ex quibus componitur Elixir Philosophorum:* scilicet lapide Lunari, Solari & Mercuriali. In Lunari existit sulphur album: in Solari sulphur rubeũ, & lapis Mercurii amplectitur vtramq; naturam albam & rubeam, & hæc est fortitudo totius magisterii. Quare Rasis dicit, album ac rubeum ex vna radice procedunt, nullo alterius generis corpore interueniẽte pullulant: i.e. ex Sole. Ipso n. Sole absente, Mercurius priuatur effectu, qa ex materia & forma fit tãtũmodo generatio vera. Et dicit in florib. Secre-

In Luna sulphur album.
In Sole sulphur rubeũ.
In Mercurio vtraque natura.

torum: Fac matrimonium inter virum rubicundum, & vxorem suam candidam, & totum habebis magisteriũ. Et in Speculo dicitur, Lapis Philosophicus ex re vili cõsurgit in pretiosissimum thesaurum: id est, ex spermate auri in matricem Mercurii profectum per coitum, i.e. per cõmixtionem primam. Ideo dicit Verax: Cum cõponitur scil. Sol cum suo simili, scil. Mercurio, erit germen prægnans. Nam anima, spiritus & tinctura, possunt tunc ab ipsis per ignem temperatum extrahi. Item natura huius lapidis albi vel rubei talis est, q̃ tenet medium inter metalla & argentum viuum. Nã viuum argentum nullo modo potest cũ metallis vniri sine medio, sicut anima nõ potest vniri cum corpore sine spiritu, qui tenet medium inter corpus & animam. Et propter hoc dicunt Sapiẽtes: Nostrũ æs sicut homo habet spiritum, corpus & animam: propter q̃ dixerunt tria, & hæc tria sunt vnũ, & in vno sunt tria: spiritus, corp⁹ & anima sunt vnum, & omnia sunt ex vno. Et hæc præparatio est, q̃ vocant conuersionem & diuisionem, quia vertitur de re in rem, sicut conuertitur in matrice semen hominis in præparatione naturali de re in rem, donec formatur inde homo perfectus, ex quo fuit radix eius & principiũ. Nec mutatur ab hac, nec exit à radice sua & diuisione de re ad rem sine ingressione, alterius rei super ipsum: nisi sanguis menstruorum ex quo fuit semen: id est, ex sanguine ei simili, & in ipso facit incrementum eius. Et similiter ouum sine ingressione alterius rei super eo conuertitur de statu in statum, & diuiditur de re in rem, & fit demum pullus volãs sicut aliud à quo habuit radicem & principium. Et similiter omnia terræ nascentia, putrescunt & mutantur, & ingreditur super ea corruptio, deinde germinant & augmentãtur, sicut augmẽta ex quibus habuerunt radicem & principium. Et ꝑpter hoc mineralia non nutriuntur vt exeant à radice, sed redit ad id vnumquodque quod fuit, nec conuertitur ex hoc aliud. Et qui aliud dicit, falsum dicit; Hæc est ergo cõuersio & diuisio q̃ volunt Sapiẽtes.

Ex re vili maximus existit thesaurus.

Lapis constat ex anima, spiritu & tinctura.

Æs Philosophorum assimilatur homini.

Res conuertitur in rem, Arte & Natura.

Ouum conuertitur de statu in statum.

Vnumquodque redire oportet ad id quod fuit.

Centesima septuagesima sexta authoritas; est *Testamentum Pythagoræ*, cuius mentionem facit *Comes Bernhardus Treuisanus*: Item *Turba Philosophorũ*: *Author Rosarii alterius abbreuiati*. Item *Author tractatus, Mercurius dũ bibi, fugit*. Item *Auctor Speculi Chymiæ*: quem dicunt esse Vlricum Poyselium. *Auctor viæ vniuersalis*: Item *Auctor tractatus de Quinta Essentia vini*. Et *Auctor Lucis lucentis in tenebris*, quem tamen puto esse Paracelsum.

Centesima septuagesima septima authoritas; est *Auctor horti diuitiarũ*: *Auctor*

ctor Processus pro tinctura: Auctor tractatus de Lap. Philos. cap. 12. Item *Auctor Anonymus*, qui collegit Concordantias ex pluribus Authoribus, Chemicæ classicis de subiecto artis vero. Item *Author, qui de Aurelia variorum colorum tractatum edidit*: Item *Author antiquior, qui senioris Tabulam explicauit: Allegoria, quæ asscribitur Merlino: Allegoria, quæ asscribitur Arisleo:* Item *Author ænigmatum Chymiæ:* Item tot tomis Aurei Velleris Authores Germanicè editis contenti, &c.

Centesima septuagesima octaua authoritas: est Nouum lumen Arnoldi, dicens: Actus actiuorum in patientis sunt dispositione: per quod intelligitur, Elixir fieri non posse, nisi ex materia ad hanc perfectam dispositionem habentem. Testificor a. vobis, huiusmodi habilitatem inesse materiei, ex qua manibus meis, testibus oculis, per alienam tamen, vt prædixi, doctrinã, facta fuit Elixir. Saturnum conuertens in Solem: quam quidem materiã iam vobis nominaui, quod est Philosophorũ Magnesies: de qua Philosophi extraxerunt aurum in corpore eius occultum. Et de qua argẽtum viuum de argento viuo, & sulphur de sulphure inuenerunt, quod est lapis in similitudine & actu: sed in natura non imitatur naturas lapidis. Quare dicitur lapis nõ lapis, & est mista tabesci, dictũ argentum viuum nostrũ, non argentum viuum in propria natura, nec adhuc in natura ad quam deductum est per mineram. Sed argẽtum viuum nostrum in natura, ad quam deducit illud artificium nostrum. Istud est æs nostrũ, ex quo fit tinctura vera, ex quo fit Cabrici, & Beyæ coniugiũ, in quo est rex cũ sua vxore. Et hæc quæ per ipsos emendant in aëre sunt: vt per operationis documentũ clarius patefiat. Iste est spiritus quo tingimus, & est corpus, de quo in Turba dicitur: Argentum viuum non habetur ex corporibus liquefactis liquefactione vulgari: sed ex illa quæ durat, quam diu coniuges vero matrimonio vniuntur, scil. vsque ad albedinem. Hic est lapis qui in vertice montium inuenitur. Et dicitur merito mineralis, animalis etiam fertur esse: quoniã animam habet. Quare dicitur in Turba, æs, vt homo corpus habet & animam. Item omne quod habet spiritum, habet & sanguinẽ. Itẽ dicitur spiritus, i. e. sulphur per corpus: & æs; id est, magnesiæ siue terræ; quæ spiritualis facta, dicitur aurum quod erat in corpore magnesiæ occultatũ. Quare dicitur: Fili extrahe à radio suo vmbrã. Patet etiam quod sic applicari potest anima: cum quasdã animi ostendit virtutes. Mouet enim & mouetur: agit & patitur. Quare in Turba: O natura, qualiter omnibus imminet, ac omnia

Actus actiuorum in patientis sunt dispositione.

Saturni conuersio in Solem.

Argentum viuum de argento viuo.

Sulphur de sulphure.

Ex ære nostro fit tinctura.

Argentum viuum non habetur ex corporibus liquefactis liquefactione vulgari.

Vmbra extractio à radio.

Natura omnibus imminens.

minet & omnia superat. mnia superat: & est acetum acerrimum, quod fecit aurum esse merũ spiritum: & cum corpori admiscetur, fiet vnum cum eo, & vertit ipsum in spiritũ. Cum n. dicatur animal: Ergo vegetabile quid dicitur, & merito. Nã in operatione vegetabitur de virtute in virtutẽ, subtiliando & depurando se, & colores in se meliorãdo vsq; quo optatũ assumat ruborẽ, in quo est perfectio, virtutẽq; penetrãdi capiat & tingẽdi. Hoc autẽ *animal Berbel, crocos vel croceum*, lapidẽ vegetabilẽ nutritũ in montib⁹ errãtes plurimi nõ cognoscunt. Venditũ a. palam minimo pretio.

Operatio vegetat lapidẽ de virtute in virtutem.

Centesima septuagesima nona authoritas: est Lapidis mundificatio, ante decoctionem: Opus purum, mundum, amœnum, sincerum, rectũ, in tenues lamellas coaptatum, se ostẽdit quod per ignis liquefactionẽ modos à minerali grossitie expurgatum eleuationũ modis, subtile fit in relictis quibusdam superfluitatibus adustionis, & terrestreitatibus & tenuis fortique vnione permixtis: & quibusdã humiditatibus corrumpentibus exhalatis. Cuius subtiliationis signa sunt duo: vnum quidẽ quod eleuans est spiritus citrinus, minus durus lapis factus, aliquantulũ perspicuitatis habens. Aliud vero quod remansit in vasis fundo, terra tenuis & nigra. Aduertatur autẽ ad hoc: quod in hac eleuatione si recte fiat, quoddã permanens inuenitur, quod debet per vim adduci superabundantes volatilis, eleuari, & parti quæ residet, ex eadẽ quod eleuatum est, reddi debet, donec fugiẽs totum fiat. Et tunc terra nigra prædicta remanet ex ambobus, in lapidẽ prædictum, durum, citrinissimum, iam cõuersum. Non autẽ contentemini de volatilitate prædicta, donec inueniatur quod tota massa lapidis prædicti, igne eleuati, reddita in suo vase per eundẽ continuo ascendat: sic quod nil in profundo mundum nec sordidum resideat ex eadẽ. Dum vero sic perfectissime eleuabitur, adimplebit in operis Philosophici perfectione, quod iubet Scriptura, dicẽs: Suauiter cum magno ingenio ascendit à terra in cœlum. Item, Scitote quod cum corpori admiscetur, fit vnũ cum eo, & vertit ipsum in spiritũ. Et *Geber* idẽ precipit in capitulo de tertii ordinis Medicina: Et omnes Philosophi idẽ clamant, & hoc opus à Philosophis nominatur Ablutio: quoniam in eleuatione vterq; ascendit in fumum, seu fumi speciẽ. Et quia etiã liquatur hæc materia dum ascendit, patet eã esse de natura aquæ calidæ: namque liquatur, & frigido coagulatur: & cum à superfluitatib⁹ denudatur, abluitur & imbibitur: & aqua sua scilicet spiritu prædicto ab eo eodẽ germine procedente. Hæc est ergo Philosophica dissolutio, quæ fit igne.

Signa subtiliandi lapidẽ duo sunt.

Inferius ascendit in cœlum, & superius labitur in terram.

Corporis versio fit in spiritum, & spiritus versio in corpus.

Dissolutio fit igne.

Dissolutio fit aqua.

Centesi-

Centesima octuagesima authoritas: Est decoctio lapidis ad nigredinem: Istud igitur rotundum spirituale factum, quod æs vertit in quatuor, balneum temperatum ingreditur: sed per corpus fit suaue atque continens ignem leuem, qui humiditatum est corrumpentium consumptiuus. Fieri ergo debet furnus talis dispositionis, quod in eo lentus administretur ignis, qui augmentari non possit: Et vas materiam capiens vitreum debet esse coopertum ferro, vase eiusdem formæ scisso per medium: & debet esse vas longum cubito vno: strictum in summitate, vt strictura nihil permittat exhalare de spiritu: Et longitudo fumos præcipitet, si quos eleuari contingat, & humiditates corrumpentes infra se consumat. Quorum furni & vasis quærentium est Lilii visio, non scriptura: & debet calor vas vndiq; circuire; ita vt æqualitas vndique sit caloris: alias frustra balneum diceretur. Et in furni summitate debet esse foramen, per quod exire debet frustum vnum vitri rotundum & longum, claudens orificium dicti vasis: in cuius frusti tactu cognoscitur, si calore congruo materia decoquatur. Et si forte aliquis fumus infra vas iam dictum ascendere videatur, non permittet ipsum Dosis dispositum exhalare, quantumcunque vas etiam teneretur apertum. Quare dicitur à *Gebero: Nunquam vnum ab alio vere separatur, licet quo ad visum segregari vel separari superficialiter videantur.* Nec vnum sine alio esse potest: Nam sui spiritus temperati sunt per viam naturæ perfectæ, in tantum, quod ab inuicem non separantur. In hoc autem gradu caloris materia nigra efficitur: Quoniam nigredinem efficit in humido calor agens. Quare in *Turba* dicitur: Videns autem nigredinem illi imminere, scito iam corpus liquefactum esse. Item primo in opere omnia denigrantur: iste vero fructus ideo fit, vt caueatur ab igne nimio: quoniam intrusus calor perire facit, & compositum segregare. Et ideo temperato debet igne prosequi: decoquitur, sicut puer lacte nutritur. Et in hoc omnes conueniunt. Et hoc etiam ostenditur practica de diuersis coloribus, sub nigro colore contentis.

Quare ignis & aqua sufficiunt.

Dispositio Furni & vasis Philosophici.

Lilii visio.

In balneo datur ignis æqualis.

Materia calore congruo decoquenda.

In gradu caloris temperato, materia efficitur nigra.

Veluti puer nutritur lacte, sic igne tẽporato decoquitur lapis.

Centesima octuagesima prima authoritas; Est nigredo lapidis, conuersa in albedinem, de qua sic fit locutio: cum totum nigrum est, continuetur ignis eiusdem gradus, donec albedo in ventre ipsius occulta appareat: Nam sic approximat fixum; notandum autem, quod in ipsa nigredine multi colores apparent, de quibus faciunt Philosophi mentio-

In nigredine multi sunt sisi colores.

mentionem. Nam quandoque totum fit viride, quandoque liuidum, quandoque violacei coloris: quandoque etiam ex vno latere vasis est viride, ex alio nigrum, vel liuidum intus, & viride extra, hi tamen colores omnes sub nigro compræhenduntur. Et quoniam in illis nulla perfectio essentialis existit; ideo Philosophi principaliter tantum inter cæteros colores nominant tres, videlicet quæ virtutes dicuntur animæ, scilicet nigrum, album & rubeum. Quare in Turba: Veneramini regem & suam vxorem: & nolite eos comburere, ne fugetis eos nimio igne: quoniam nescitis quando indigetis his, qui regem & suam vxorem emendant. Coquite eos vt fiant nigri, deinde albi, deinde rubei: deinde tingens fiat venenum. Item fiat lapis albus combustione: & humore seu liquefactione. Per aquam dicitur sequi mortificatio quæ apparet in nigredine. Primo apparente, in qua mortificatione vniuntur spiritus: id est, desiccantur: quia nisi corpora exiccentur, non apparent colores animæ, quæ nigredo & nubes appellantur. Item Magnesies cum dealbatur, non permittit spiritum fugere: quia natura naturam continet. Humiditas ergo quæ curabat in decoctione nigredinem, se desiccatam ostendit, dum color albus incipit apparere. Nam in transmutatione nigredinis vidi, antequam perfecte dealbaretur, fuscam albedinem, quæ brunus color vulgariter dicitur: quæ brunicies vera albedo postea efficitur. Tunc autem durante brunicie Magister meus fregit vas & lapidem, & inspexit eum intus & extra, & inuenit brunum extra: intus autem adhuc erat nigredo. Cuius causam mihi assignauit, quod videlicet partes materiæ vasis lateribus adhærentes magis senserant calorem sibi propinquum, quam materia media, ideoque citius in calorem cœperant transmutari. Et dixit mihi quod ista brunitas ascendebat: quod albedo extrahebatur à nigredinis eius ventre, sicut in Turba dicitur. Cum enim videris ipsum natum, scito quod albedo ipsius in ventre nigredinis primo apparentis occulta est. Et tunc te oportet illam nigredinem extrahere ab illa nigredine subtilissima eius: Non autem miremini; quia adhuc materiam hanc voco lapidem. Nam sciatis quod quamdiu durat albedo, & etiam assumpta rubedine, per longum tempus stat durus, & in massæ fortis speciem residet, quousque decoctionis continuatione per se ipsam incipit dirui, & aliquantulum eleuari.

In tribus coloribus perfectio essentialis existit.

Rex & regina indigent tripla concoctione.

In corporum exiccatione apparent colores animæ.

Varietas colorum in præparatione lapidis.

Albedo extrahitur è ventre nigredinis.

Huius authoritatis

Centesima octuagesima secunda authoritas: est *color rubeus lapidis*, de

quo

quo talis fit sermo: Igitur cum lapis dimiserit nigredinem, mutatur gradus ignis, & paritur in alio furno subtilis dispositionis, in quo fortior adhibeatur decoctio. Calefacientes vas, & materiam circumquaque & ibi decoqui debet. Nam tunc suscipit veram albedinem, cum qua coquitur ibidem tamdiu, donec albedine transmutate ruborem adsumere videatur. Cauendum est autem, quod iste ignis non sit intensior, quam ad suum gradum spectet: nam in albo colore, corpus & spiritus vere sunt coniuncti. Et si daretur decoctio in excessum vltra debitum sui gradus, separarentur vnita. Quare in *Turba* dicitur: Coquite & cauete ne in fumum vertantur & pereant. Citrinatur autem quando de albo colore in rubeum transmutatur. Citrinus autem color est medius inter album & rubeum. Oportet ergo eum prætendi ante rubedinem veram. Et de hac practica locuti sunt Philosophi, dicentes: Spiritus & anima non vniuntur, nisi in albo colore: quia tunc in albo colores, qui in mundo excogitari possunt, apparent & firmantur & tunc in vnum colorem scilicet albedinis, conueniunt: Dealbatio enim totius operis fundamentum: nec inde variatur in diuersos colores videlicet veros, preterquam in rubeum, in quo est finis vltimus. Citrinatio enim quæ fit inter album & rubeum, non debet dici color in perfectione.

Autor in apparente nigredinis dimissione mutat ignem & fornacem.

In albo colore spiritus & corpus vere sunt coniuncti.

Dealbatio operis fundamentum.

Finis lapidis rubificatio est.

Centesima octuagesima tertia authoritas; est decoctio lapidis vsque ad calcinationem, inde talis peroratio: dum lapis incipit rubescere, ponitur ad coquendum in alio furno, fortiorem ignis gradum, donec intus & extra vera rubedine perfruatur. Cuius signum est diruptio & pereleuatio: de quibus *in Turba* dicitur: post albedinem non potes errare. Nam igne augmentato post albedinem, ante rubedinem ad citrinationem peruenitur. Item videns autem illam albedinem superemínentem, esto ratus, quod rubor in albedine illa occultus est: & tunc oportet illud extrahere & coquere, quousque totum rubeum fiat. Et si volueris dubium relinquatur: quare albedo à nigredinis ventre extrahitur: Rubedo autem non extrahitur ab albedine, licet sit rubeum decoquendo, declaro vobis hoc modo: quoniam durante nigredine materia remanet, & est humida natura, quæ humiditas se ostendit apparente albedine desiccati. Et nunquam etiam apparet albedo, donec humiditates corrumpentes sint omnino consumptæ. His ergo duabus de causis dici potest, quod albedo à nigredine extrahi-

In rubefactione lapidis ignis & furnus mutantur.

Rubor in albedine est occultus.

Albedo apparet humiditate omnimoda consumpta.

tur. Dum autem rubescit nihil deuastatur, sed tantum coquitur, & decoctione sui forti color rubeus immutabilis apparet, in quo est perfectio. Quare in *Turba*: Ex composito in spiritum rubeum verso, fit mundi principium. Item spiritus tingens & viuificans intromittitur, postquam recessit humiditas corrumpens non aletur, quod est peruentum ad dealbationem seu albedinem. Hoc ergo colore rubeo apparente, natura sui perfectionem ostendit occultam.

Ex composito in spiritum rubeum verso fit mundi principium.

Centesima octuagesima quarta authoritas, est lapidis fixatio, de quo Philosophi sic aiunt: postquam materia lapidis rubeum habet colorem, dirui & eleuari incipit, ponitur ad calcinandum per flammam fortem reuerberiorum iam in terreo vase, in quo ignis gradu fixio completur, & permanens efficitur, vera atque perfectissima fixione. Quare dicitur, quod spiritus calcinantur, vt fixiones fiant, & melius dissoluantur. Et debet in ignis calcinantis rigore permanere, donec puluis tactu impalpabilis fiat, intensissimum habens ruborem. Quare in *Turba* sic dicitur: Scitote quod cum cinis est, optime miscetur: eo quod cinis ille recipit spiritum, & inclusus est ille humor per interiorem ignem, quousque croci sicci, vel combusti sanguinis, vel syrupi granati colorem assumat. Item cum aqua introiuit in corpore, vertit ipsam in terram, deinde in puluerem, siue in cinerem, si vult apud perfectionem experiri, manum accipite. Si enim impalpabilem aquam inueniunt, bene est, sin autem iterate. Hic autem cinis rubicundissimus impalpabilis in se ipso: eleuatur etiam & crescit in modum fermenti, & separatur ab eo in calcinatione, prædicta terra nigra, subtilissima & perlucida quæ in fundo vasis est, sub dicto puluere rubeo reperitur. Vnde dicebat mihi magister meus: Apparet perfectionem fixionis in hoc existere duabus de causis: vna quidem, quia per fixionem & per calcinationis ignem, introducitur parua quantitas huius Elixir super multas quantitates non permanentes corporis proiecta confirmans in eis auri fluxionem: quod non faceret nisi in ea fixio superabundaret. alia vero: quia terra nigra prædicta in calcinatione separatur à commixto, quæ alias fuerat in toto opere inseparabilis, propter fortissimam vnionem: Et ideo necesse fuit per fortissimum artificium separari: & si remaneret commixta propter sui impuritatem, impediret puræ materiæ ingressum.

Fixatio lapidis requirit altum gradũ ignis & furnum fortissimum.

Cinis recipit spiritum.

Cinis cum aqua introiuit in corpus.

Cinis etiam crescit cum fermento.

Tinctura nisi fixa corpora imperfecta tingere non posset.

Centesima octuagesima quinta authoritas, est lapidis fusio: Cinis vero

iste

iste caret fusione: qualiter autem ingrediatur vt tingat, certe liquefactio sibi redditur, siue sudor, per modum à Philosophis traditum. Quis ergo modus est ille? Est ne in aquam soluendo? Certe non, quia Philosophi non curant de aquis tangenti adhærentibus, & id humectantibus. Quare dicitur in *Turba*; Incipientes autem, audientes aquam, putauerunt eam aquam esse vulgi: quod si nostros libros legissent, scirent vtique esse aquam permanentem. Quæ ergo aqua est vere, quæ tangenti non adhæret, sed superficiem discurrit nihil humectans sicut argentum viuum. Quis ergo faciet talem aquam? Certe dico quod ille qui scit facere vitrum. Hæc enim materia nihil aliud est quam de seipsa vult sibi adiungi: nam omnibus quibus indiget in se habet. Et si bene excogitentur quæ prædixi, ex hoc cinere scietis habere lapidem rubeum in intenso colore, parum perspicuum habentem, frangibilem cum modico ictu, fusibilem, penetrantem, ingredientem, & perpetua citrinatione tingentem. Cuius vnum pondus centū millia, & plus Saturni conuertit in Solē. Est autem in proiectionis modo subtilitas: qua ignorata Elixir tenēs nō proficit ex eodē.

Initium operis non est fusionis, quia aqua solutiua siue permanens nondū ad generationē nati Philosophici tendit.

Ex cinere fit lapis rubeus, perspicuus, frangibilis, fusibilis, penetrans, ingrediens, & tingens tinctura perpetua.

Centesima octuagesima sexta authoritas: est historia mirabilis de monacho quodam, qui initio regni Elisabethæ, cum religio mutata esset, & monachis libera potestas facta, ex monasteriis suis se alio conferre, in quodā publico hospitio per dies aliquot moratus sit, donec occasionem haberet naue traiiciendi maris angustiam, quod cum Aurifabro quodam, ibi forte fortuna tum præsente, colloquium habuerit (siquidem eum hominem tum prudentem & iocabundum audiuisset) anne sibi aliquot magnas cathenas aureas facere vellet; apudque se manere & in aliam regionem secum migrare, cum vero causa quæreretur, aperuit se quid habere Medicinæ aurificæ, quam cum aurifaber in dubium vocaret, quid inquit tu hæc negabis? Da mihi cultrum tuum quem bene agnoscis, eoque in ignem ignitionis positæ; aliquantulum pulueris in ignitam partem proiecit, quæ mox in aurum mutata probatissimum; post ita semiaureum cultellum aurifabro reddidit, quo viso aurifaber dixit se ad omnia pararum, at quomodo cum vxore & liberis suis agi deberet; quod cum audiret monachus putans eum cœlibem, nihil amplius hac de re dixit, & mox disparuit, secrete se alio conferens.

Magna vulgi dubitatio de lapide tingendi.

Cultellus semiaureus.

Talis historia etiam accidit Cassellis aliquando non longe me absente.

Centesima octuagesima septima authoritas; est tale simile de Coruo: Hæc

Dealbatio Corui cum Nilo Ægypti. creata sunt in terra Æthiopiæ nostra: Dealba Coruum tuum, si vis dealbare ipsum cum Nilo Ægypti albescit primo, tunc cum Persia in secretis & cum hoc, & hoc apparebit rubedo, & papauer in Eremo. Si Nilus non intra metas retineatur, sed in agros nimis redundet, maxime inde noxa eueniret; oportet itaque Prometheum ratione præuia, & Herculem labore comite, id est, artificem, ingenio manuq; id precauere: Adsunt nouem Musæ, & frater Apollo, hoc est nouem aquilæ, & vna pars terræ nigræ, vt alii exponunt. Adsunt Satyri salientes, & chori mulierum, choreas ducentes, nempe Nymphæ & Lymphæ, ascendentes & descendentes: semen in suum agrum iactum est, cui Triptolomus præest, sic & vitis plantata vuas ferens copiosissimas; Mercurius consultor Isidi & Hercules gubernator Ægypti datus.

Prometheus & Hercules Nili redundantiam cohibere possunt.

Satyri cum Nymphis & Lymphis sublimantur & præcipitantur.

Centesima octuagesima octaua authoritas: est columna Ægyptiaca Isidis, cui atalia inscripta esse tradunt: Ego Isis sum Ægypti Regina, à Mercurio erudita: quæ ego legibus statui, nullus soluet: Ego sum vxor Osiridis: Ego sum prima frugum inuentrix: Ego sum Ori regis Mater: Ego sum in astro Canis refulgens; mihi Bubastia vrbs condita est. Gaude, gaude, Ægypte, quæ me nutristi.

Rex à Mercurio Philosophorum eruditus.

Canis cum Lupo etiam est in sylua.

Centesima octuagesima nona authoritas: est Columna Osiridis, In qua hæc scripta dicuntur. Mihi pater Saturnus, deorum omnium iunior. Sum vero Osiris Rex, qui vniuersum peragraui orbem vsque ad desertos Indorum fines. Ad eos quoque profectus sum, qui Arcto subiacent, vsque ad Histri fontes. Et iterum alias quoque orbis adii vsque ad mare Oceanum partes. Sum Saturni filius antiquior, germen ex pulcho & generoso ortu, cui non semen genus fuit. Neque vllus est in orbe, ad quem non accesserim, locus, docens omnia ea, quorum inuentor fui.

Saturnus iunior deorum.

Saturni filius antiquior.

Centesima nonagesima authoritas: est Lupus ac Canis: Lupus enim noster inquit Rhasis in Epistola, in Oriente inuenitur, & Canis in Occidente: iste momordit illum, & iste momordit istum, & fiunt rabidi ambo, & interficiunt se ad inuicem donec fiat ex eis toxicum & Theriaca: Hinc Isis in astro Canis refulgens. *Item ex Rythmis Germanicis fit talis allegatio:* Alexander ex Persia scribit, Lupum & Canem in hac Argilla esse educatos, tamen à Philosopho nobis indicatur, vtrumq; vnam habere originẽ, Lupum scilicet ab Oriente prouenire, Canem vero ab occidente ortum habere.

Lupus in Oriente est as Hermeticũ. Canis in Occidente est senex inuenescens.

Cente-

Centesima nonagesima prima authoritas: est Draco Philosophorum, de quo videatur Lullius qui Theore: test: ca. 6. De tribus, *inquit*, rebus fili magnum extrahes Draconem, qui est initium radicale, & principale firmæ alterationis: Idem cap. 10, Et hac ratione allegorice oportet dicere, quod magnus Draco est de quatuor elementis. Et cap. 9. In isto liquore rectificatur magnus Draco: Item cap. 52. Et in omnibus habitat Draco, scilicet ignis, in quo est lapis noster aerius, hæc proprietas est in omnibus mundi compositis. Et cap. 54. In menstruali fœtenti, ignis contra naturam est, qui totum lapidem nostrum in quendam Draconem transmutat fortem, gutturosum, qui ingrossat & imprægnat matrem suam.

Draco extrahitur è tribus. *Draco est principium radicale, & initiũ firmæ alterationis.* *Draco est igneus.* *Lapis est aereus.* *Draconem ignis natura superat.*

Centesima nonagesima secunda authoritas: est reiuuenescentia senis, de quo Philosophus ait: Accipe illam arborem albam, ędifica ei domum rotundam, tenebrosam & rore circumdatam, & impone ei magnæ ætatis hominem centum annorum, & claude domũ, ne ventus aut puluis ad eos perueniat; deinde dimitte eos in sua domo octoginta diebus: dico vobis in veritate quod senex ille non cessat comedere de fructu arboris illius, donec iuuenis fiat: ô quam miranda natura, quæ illius senis animam in corpus iuuenile transformauit, & pater filius factus est: Benedictus sit Deus creator optimus,

Arbor alba est Luna. *Domus est fontina.* *Homo est as Philosophorum.* *Pater factus est filius.*

Centesima nonagesima tertia authoritas: est transplantatio fructus aurei, de quo Philosophus sic innuit: Granum fixum est velut pomum, & Mercurius arbor: Non est igitur separandus ab arbore fructus, quia non potest aliunde nutrimentum accipere: Item: quo denuo plantetur citra fructus ablationem, in fertiliorem terram, atque nobiliorem, quæ plus nutrimenti dabit vno die, quam prior ager in centum annis exhibuisset, ob ventorum assiduam agitationem: Altera terra, quod soli proxima sit, crescere, vegetareque facit arborem continuo rore, & assiduo sole in horto Philosophico, mane, vespere, dies & noctes, ac in singulas horas absque intermissione, lucente, arborq; rore dulcissimo conspergitur ac nutritur vno anno magis, quam in priore terra decem millibus.

Granum est pomum. *Mercurius arbor, radix est Draco.* *Lapidis resolutio in fontina cum nouo fermento, accelerat opus in nobiliori forma quam in prima præparatione accidit.*

Centesima nonagesima quarta authoritas: est pomum aureum Eridos, Item, *mala tria aurea Atlanta obiecta*: Item, *cerua aureis cornibus ab Hercule capta*: Item, *Midas aurei voti compos.* Item, *aurea ætas, aurea pluuia, aurea messis* & his similia ab antiquis Ethnicis & Poetis sic inuenta: de qui-

bus

bus lege lib. 2. Doctoris Maieri de Hieroglyphicis Ægyptio Græcorum fol. 86. 87. 90. 91.

Lapis componitur ex vnicornu, quod dicitur aqua sapiētiæ, ceruus est Actæon qui per aquam transmutatus est.

Centesima nonagesima quinta authoritas; sunt Vnicornu & Ceruus: Philosophi dicunt strenue, (inprimis recentior Philosophus nobilis Lambspringius) duo animalia esse in sylua, vnum laudabile, formosum & alacre: Magnum & robustum *ceruum, aliud vnicornu.* Et Basilius Valentinus tradit *asinum*, sub terra putrefactum in *ceruum mutatum aureis cornibus: Æreos quoque pedes habet* resplendentes & albos: quia res, cuius caput est rubeum, oculi nigri & pedes albi est nostrum Magisterium vide libro 2. D. Maieri folio 89. Hieroglyphic. Ægyptio græcor.

In nobilissimo Ente sole siue auro; omnes influentiæ cœli in vnum correspondent.

Centesima nonagesima sexta authoritas; Sunt verba ipsissima Auri, quando loquitur & dicit: Maledicantur, qui nobilissimam meam formam vilipendunt; Ego sum nobilissimum ens, & omnes influentiæ cœli in vnum conuenerunt ad meam generationem per mandata Dei potentis, & ego sum opus naturæ perfectæ, & sum natus sine adulterio, & isti phantastici & obcæcati me Spurium & Bastardum vocant, & me ignorant. Ego vero sum incorruptibilis & filius solis, & minima pars substantiæ meæ est totum meum continens, nec in me aliquid corruptibile reperiri potest; Et tamen isti ex corruptibilibus me & substantiam meam volunt multiplicare; quomodo possunt ipsi creare filios mei similes, absq; consensu & consilio meo, nequaquam fiet, quousque ego semen meum igneum iactauero in sanguine meo fluente, albo & igneo &c.

Semen igneū solis ex sanguine menstruali, creat liberos solares.

Quatuor sunt ignes: Naturalis, innaturalis, contra naturam, Elementalisque. Ignis occasionat⁹ est ignis innaturalis.

Centesima nonagesima septima authoritas: sunt quatuor ignes, de quibus inquit Riplæus part. 3. Quatuor sunt ignium genera quæ scire debes; Naturalis, innaturalis, & contra naturam, elementalisque qui accendit ligneum: His ignibus vtimur & non pluribus: Ignis contra naturam debet excruciare corpora, ipse est Draco, quemadmodum tibi dico violenter comburens, vt ignis inferni: Ignis naturæ est tertium menstruum: ille ignis naturaliter inest cuique rei: Ignem occasionatum vocamus innaturalem, vt calorem cinerum & Balneorum ad putrefaciendum: Absque his ignibus tu nihil perduxeris ad putrefactionem, vt possit separari sua materia, vt simul sit proportionata ad nouam coniunctionem: Fac igitur ignem intus in tuo vitro, qui comburat corpora efficacius, quam ignis elementalis.

Cente-

Centesima nanagesima octaua authoritas: est aqua Mercurii, de quo *Natalis Comes* ait: Dicitur Saturni & Opis filia, Iouisque soror & coniunx, & ante Iouem nata eodem partu, reginaque esse deorum, & diuitiarum Dea, partubus & matrimoniis præfecta, quæ nihil est aliud, quam aqua Mercurii, quæ Iuno nominatur: Saturni ea de causa est filia, quod ab eo & eius terra destillat ac manat: Hæc terra dat opes siue Aurum Chymicum, quod vna destillet Iuno ac Iupiter, siue aqua Mercurii, & sal in ima parte vasculi vitrei ac in vase relictus: cum vero prius effluat aqua Mercurii è vasculo, nascitur Iuno ante Iouem.

Aqua Mercurii Saturni filia Iouis soror & côiux. Regina deorum. Dea diuitiarum. Iuno Saturni filia est aqua Mercurii. Aurum chymicum. Iuno ante Iouem.

Centesima nonagesima nona authoritas: est Duplex artis consideratio; de qua Lullius lib. 5. Essent: distinct. 3. de inceratione sic ait: Quędam elementa sunt, quæ indurant, fixant & coagulant, & quædam indurantur, fixantur & congelantur: Et sic est duplex consideratio in arte, scilicet componere ex vna natura vnius metalli duos liquores contrarios in compositione: vnum, qui virtutem habet fixantem, congelantem & indurantem; Et alterum, qui sit volatilis, infixus & mollis: Iste vero secundus liquor induratur, fixatur & congelatur per primum: Ex quibus ambobus liquoribus resultat vnus lapis congelatus, fixus & induratus, qui habet virtutem congelandi non congelatum, inaurare mollificum, & fixare infixum, & mollificare durum.

Elemēta indurant, fixāt & coagulant. Ex duobus liquoribus vnus resultat coagulatus lapis Physicus.

Ducentesima authoritas: est Venus loquens: Ego genero lumen, nec tenebræ meæ naturæ sunt, & nisi meum metallum esset siccum, omnia corpora mei indigerent; Quia ea liquefacio, & eorum rubiginem deleo, & substantiam extraho: me igitur & fratre meo iunctis nihil melius ac venerabilius: Rex autem dominator, suis fratribus testantibus ait: Ego coronor & diademate ornor, & regno vestro induor; & cordibus lætitiam ingero, & ego vinctus vlnis & pectore meæ matris & substantiæ eius, continere & quiescere meam substantiam facio, & inuisibile ex visibili compono, tunc occultum apparebit, & omne quod Philosophi occultauerunt, ex nobis generabitur. *Sic Flamellus ex Democrito*: Æris igitur corpus protrahens quantum par est, ceu quandam linguam oblongam facito: postea super carbones reponens in ipsum Vulcanū concita, irradians nunc sale fossili, nunc Ocra Attrica continue, vel alternatim humerum & pectus Paphiæ exornans, pulchrior plane fiet, ac glaucum colorem abiiciens apparebit tota aurea: Cum talem fortasse Paris Venerem vidisset, Iunoni & Palladi antepesuit:

Hermes c. 4. Regis Dominatoris fratrum suorū colloquium. Lapis non ex vno sed pluribus. Ex igne & sale, siue sole igneo & sale naturæ fit Venus.

Venus est homo, habens animam & corpus.

Ibidem: Venus vt homo, animam & corpus habet: Oportet igitur materiam corpore spoliare, vt permanente spiritu tingente ad cuiuscunque quæsiti perfectionem accommodetur: Quid est Venus? Quod homo materiale corpus: Anima quidem est pars tenuis in ipsa, quæ per regimen in lucem prodit, hoc est, spiritus tingendi potentiam habens: Corpus vero est graue & materiale, terrestreq; suam quod vmbram habet, quam oportet spoliare igneo pharmaco.

Vmbra solis, igneo pharmaco captatur.

Ducentesima prima authoritas: sunt duo principales lapides, de quibus Philosophi sic dicunt: Huius artis duo sunt lapides principales, albus & rubeus mirabilis naturæ: Albus in occasu solis incipit apparere super facies aquarum, abscondens se vsque ad mediam noctem, postea vergit in profundum: Rubeus vero ex opposito operatur, quia incipit ascendere super aquas in ortu solis vsque ad meridiem, & postea descendit in profundum.

Author consilii ex Aristotelis Epistola.

Luna lumine clara noctem declarat, perambulatque totum orbem vsque ad Orientem, vt in sinu solis occidenti requiescat.

Ducentesima secunda authoritas: est Cinis Philosophicus, de quo *Hermeticorum sermo* talis est: Natura cui humiditas adempta est, cum per noctes dimittitur, mortuo similis videtur, & tum illa natura igne indiget, quousque corpus & illius spiritus in terram vertuntur, & tunc fit puluis mortuo similis in suo tumulo: His peractis reddit Deus spiritum & animam, & omni infirmitate ablata confortata est natura nostra & emendata. Oportet igitur illam rem comburere absque timore, donec cinis fiat: qui cinis aptus sit recipere spiritum, animam, & tincturam infusam. Item *Arnoldus* in nouo lumine cap. 9. ait: Hic cinis, rubicundissimus impalpabilis in seipso, eleuatur etiam & crescit in modum fermenti, & separatur ab eo in calcinatione prædicta terra nigra subtilissima & perlucida, quæ in fundo vasis sub puluere rubeo reperitur &c.

Bonellus in Turba.

Quando Sol humiditatẽ Lunæ aufert eam morti vicinam tradit, sed ignis natura eam recalefacit.

Cinis fermentatus, nobilissimum thesaurum Philosophorum aperit.

Ducentesima tertia authoritas, est Fœmina Philosophica cum Masculo Philosophico: de quibus *Senior* ait: Hæc est virtus fœminæ, quam fœmina fecerat in nouem diebus, significat animam quæ est virtus fœminæ, quam fecerunt masculum, cum coagulatur & figitur in igne, & fit masculus calidus & siccus, per idem quod acquisiuit à parte ignis, & nominatur tunc masculus, & nominant hanc aquam coagulatam nomine cuiuslibet masculi: deinde desponsauerunt eam, & ipse est ex ea, & ipse est radix eius & coagulatio eius.

Virtus fœminalis nouẽ dierum.

Ducentesima quarta authoritas: sunt tres facies lapidis Philosophici, de quibus

quibus Rosarius ait: Materia lapidis Philosophorum est aqua & intelligitur de aqua illorum trium, vt probat Hortulanus; Nec debent esse plura nec pauciora; Et dicit, quod Sol est masculus, Luna fœmina, & Mercurius sperma.

Mercurius triceps.

Luna fœmina, Sol masculus, Mercurius sperma.

Ducentesima quinta authoritas: est Thalamus Nymphæ, ab Augurello lib. 2. eligantissime descriptus:

Est lucus summo secreti in vertice montis,
Fons vbi decurrit nitidis argenteus vndis,
Et Specus exesum tendens aperitur in antrum:
Intus habet præstans diuino numine Virgo,
Ruticolæ glauram prisco quam nomine dicunt,
Huc densos inter vepres Angustus & Asper,
Accliuisque ægre perducit callis euntem;
Vestibulum ante ipsum, spæluncæ læuis & æqua
Planicies, non ampla tamen horrentibus vmbris,
Cingitur ac fluuii ripis & margine tophi,
Obductâ viridi Musco, spissisque corymbis:
Ingreditur vero si quis fœliciter, omnem
Continuo labem humanam, mirabile dictu,
Exuit ac pondus subito mortale relinquit,
Et purus penitusque leuis fit spiritus illi,
Quique aditus lustret cunctos, agilisque feratur
Per cuneos, quibus in mediis sedet Aurea Nympha,
Aureus & circum thalamus, supraque renidet
Quin Auri tabulæ pedibus calcantur euntum,
Atque ipsa ex Auro splendet conflata supellex:
Taruisiis, ne qua titubes, in montibus antrum
Hoc pete qui rebus tantis primordia quæris,
Quodque illic visum fuerit pretiosius, inde
Erue, nec sumptum, nimio nec parce labori.

Muscus aromaticus.

Aurea Nympha digna aureo thalamo.

Ducentesima sexta authoritas: est Conceptio Philosophica; de qua sic referunt sapientes: Conceptio & desponsatio fit in putredine in fundo vasis, & generatio genitorum fit in aere, scilicet in capite vasis, id est, alembici: *Idem Senior:* Sicut videmus solem habentem duos radios super cinere mortuo pluentes, & reuiuiscit, quod fuerat morti deditum, sicut mortuus post inopiam magnam: Hæc est soror & hic est frater

Conceptio & desponsatio fit in fundo vasis.

Generatio generatorum in capite vasis.

frater eius, per quem indurauerunt & desponsauerunt subtilitate præparationis: sed postquam facta est conceptio, volare fecerunt, & fuerunt in domibus montium: *Item*: Et hinc regem, quem nominauimus, exponam tibi per illum genitum, quem memorauerunt, qui gignitur in aere, & fuit conceptus eius in terra vel inferius.

A conceptione ascendunt in montem Mambracũ.

Ducentesima septima authoritas: est grauida Danaë: De qua Rosarius, ex Arnold lib.2.cap.25. sic refert. Certum namque tempus est, quod ipsa (Danaë) habet ad impraegnandum, pariendum & nutriendum, ac operandum. Vnde cum terram habueris impraegnatam, expecta partum. Cum vero peperit filium (Perseum) nutrias eum, quousque possit tolerare omnem ignem, & tunc poteris facere proiectionem de ipso.

Terra impragnata partũ suo tempore reuelat.

Ducentesima septima authoritas, est filius deuorans Matrem; de quo *Flamellus* dicit: In duobus, negotium hoc omne consistit, vt videlicet igne tuum sulphur penetratiuum efficias & attractiuum, quo matrem suam deuorare queat, & compleueris opus: *Matrem* infige ventri fœtus, quem antea peperit, tum demum sibi pater erit, ac filius ex duobus spiritus perfectus: *Ibidem*: Tum fœtus matrem deuorat, patremque suum in vnico lacu suffocat, in quo simul flores, lac, fructus atque sanguis inueniuntur. *Ænigmate sexto*: super Matrem prægnantem seruum rubicundum æqualiter conde: Matrem mortifica, manus eius ac pedes abscindens: *Et Lullius in Codicillo*: Oportet Matrem quæ prius generat filium, inhumari in ventre filii, & ab eo generari.

Duo quæ opus Philosophicum absoluunt.

Filius ex duobus fit spiritus perfectus.

Mater prægnans mortificãda ne occultet partũ.

Ducentesima octaua authoritas; est septena decoctio Philosophica; de quo *Clangor* ait: In summa sunt septem decoctiones, scilicet quatuor ante viuificationem, id est fermentationem, & postea tres, quæ designantur per septem assaturas, vt etiam dicit Philosophus: Æs nostrum corpus habet hydropicum, vt Naaman Syrus leprosum, propter quod quærit lauacrum regenerationis septies in Iordane, vt ab innatis passionibus & corruptionibus emendetur.

Septem decoctiones ante fermentationem: post hanc tres.

Septena ablutio in Iordane.

Ducentesima nona authoritas; est fœtus Philosophicus, qui solo igne nutritur: de quo *Arnoldus* in Rosar, lib.2.cap. 25. ait: cum vero pepererit filium, inquit, nutrias eum, quousque possit tolerare omnem ignem: *Et Lullius thorem. test.* capite 29. Fili impraegna igitur corpus ab igne & multiplica suam combustionem, & fortem habebis tincturam; *Ibidem*: fac igitur dealbari terram tuam, & nutri eam, si vis, quod filius patris

Filius tamdiu nutriendus vsque sit constans in igne.

Filius patris

tris subueniat tibi in necessitatibus: *Item* cap. 57. Humiditas metallorum est fixa & permanens in igne; ideo tali aqua fixamus auiculas in aere volantes virtute lapidis nostri, qui de ipsorum substantia propria creatus est: *cap.* 41. Et ideo quando lapis noster creabitur, fac eum nasci de ventre matris suæ; Nec amodo aliud ponas: quia secum defert virtutem ventris matris suæ, scilicet illam naturam sulphuream, quæ omne argentum viuum congelat.

In necessitate igneũ auxilium.

Lapis nascitur ex ventre matris suæ.

Ducentesima decima authoritas: est Salamandra Philosophorum, de quo *Auicenna* in tract. cap. 5 dicit: Semina non oportet metere, donec tempus messis aduenerit: Philosophi hunc lapidem nostrum vocauerunt Salamandram; quia sicut Salamandra solo igne nutritur & viuit, id est perficitur, ita & lapis noster: &c.

Salamandra lapis est Philosophicus.

Ducentesima vndecima authoritas: est Ignis naturæ, de quo *Lullius* pract. test. cap. 22. ait: *Sulphur nostrum* habet virtutem sigillandi & formandi simile sibi, & omne quod petitur, & non retinendi in se: Et ideo dicimus quod est pater & semen masculi: per ignorantiam cuius multi deciderunt Alchymistæ fœtui & non experti, credentes sine Igne naturæ fixare Amalgamata. *Idem*: & scias quod nihil potest nasci, nisi ex fœmella & masculo, nec aliquod germen germinari, nisi ex calore & humiditate.

Sulphur nostrum est pater & semen masculi.

Ex calore & humiditate omnia nascuntur.

Ducentesima duodecima authoritas, est Hieroglyphicum Ægyptio Græcum, siue sacrum Orgium Ethnicum, de quo Philosophus ait: Imagines in sacris Deorum Ethnicorum hæ fuerunt, Creatoris, quam gestabat antistes Hierophantes: Solis, quam facifer: Lunæ quam minister ad aram: Mercurii, quam præco sacrorum.

Strabo lib. 10
Seruius 4. Æneid.

Tria lapidis. Sol, Luna, & Mercurius.

Ducentesima decima tertia authoritas: est Ars sapientiam requirens, de qua occulta Philosophia *Rosinus* ita tradit: Ars Astronomiæ & Physices legentibus patens est: Ars vero nostra, non nisi à sapientibus sciri potest: *dehinc author Auroræ ait in prologo*: Ne stolidi & insipientes naturam ignorantes, legere tamen scientes, a, b, c, ipsis attraherent & vsurparent: Quamobrem cupientes hanc scientiam oportet intellectum valde subtiliter & ingeniose acuere, sæpe & persæpius, intus & extra, ante & retro voluere & reuoluere dicta sapientum. Non enim est sapientum stolide loqui, cum intellectus verborum ipsorum maxime literarum sono contrarietur: qui enim sonum verborum acceperit, & intellectum interiorem non habuerit, nihil sibi prodest, quo-

Ars Philosophorum ars Sapientiæ.

Acumen ingenii hæc ars requirit subtilissimum.

Sonus absque intellectu nihil quidem valet.

quoniam illi dicitur id quod scriptum est; legere & non intelligere, est negligere.

Mulier domestica irata, attamen cum musculo cõcumbit, vt filiorum videat multiplicationẽ.

Ducentesima decima quarta authoritas; est sepultura Draconis cum muliere, de qua *Theophilus in Turba* ait: Illa mulier fugiens generos, quibus per se, quamuis irata domestica fit, vt non dedignetur se superari, vt eius coniunx suum habeat decorem, qui furibundus eam diligit, ac iugiter pugnat cum ea, donec suos concubitus cum ea peragat; & Deus pro voluntate filios multiplicat; cuius porro decor igne consumitur: Termino enim finito, reuertitur ad eam: Dico etiam vobis, quod Draco ille nunquam moritur: Tamen illam mulierem, suos interficientem coniuges Philosophi neci dederunt; Illius enim mulieris venter plenus est veneno. Fodiatur igitur sepulchrum Draconi, illicque sepeliatur mulier cum eo, qui illi mulieri fortiter iunctus, quanto magis eam nectit, & voluitur circa eam, tanto magis corpus eius in mulieris artubus mixtum ad mortem declinat, & totus vertitur in sanguinem: Quod cum vident Philosophi in sanguinem versum, ponunt eum ad solem, quousque lenitudo consumatur, sanguisque arescat: Et tunc apparet venenum, & occultum manifestatur.

Mulier venenosa sepelienda cum Dracone in vna spelunca, & totus Draco erit infectus à muliere, vt fiat naturæ sanguineæ, quæ vergit ad complexionem solis.

Ducentesima decima quinta authoritas: est Taurus Philosophicus: de quo *Turba* in allegoriis ait: Sume Taurum cum carne & sanguine, cornibus, pedumque calcamentis & verte eum in aquam, & cum sanguine misce, totumque trahe, postea assa, donec rubescat.

Totũ æs soluendum non est sed solummodo extrahenda tinctura.

Ducentesima decima sexta authoritas, est Colloquium de matre & filio Philosophorum, ex quo, matre mortua magnus oritur Buso grossus: Rosario teste: Me igitur & filio meo coniuncto, nil melius ac venerabilius in mundo fieri potest. *Author Rosarii Tol.* Me igitur meæ matri & suo pectori iunge; quia suã substantiam facio continere: Noli ergo alienum nobis introducere, nec ab opere cessare: Nam omnis natura coadunatur sua socia, & per eam perficitur: mater me genuit & per me gignitur ipsa; ipsa enim primo dominabatur mihi; De cætero autem dominabor illi, quia persecutor Matris meæ factus sum: priusquam ab ea accepi volatum: ipsa tamen meliori, quo potest modo, sicut pia mater fouet & nutrit filium, quem genuit, donec ad statum peruenero perfectum. *Idem*: Liga ergo mulieris lactantis manus, vt non fugiat Gabricum, id est virum, apponite sibi filium, quem genuit, vt lactet

Ex Matre & filio magnus thesaurus.

Mater genuit filium, quæ vicissim nobilior gignitur à filio.

Pia Mater nutrit filium perfectum.

eum:

eum: quoniam cum mulier mortua fuerit, erit Bufo grossus de lacte: *Et Flamellus*: Tum fœtus matrem deuorat patremque suum. *Et idem* matrem infige ventri sui fœtus, quem antea peperit, tum demum sibi pater erit, ac filius ex duobus spiritus perfectus. *Lullius Codicill. cap.* 14. Oportet enim matrem quæ prius generat filium, inhumari in ventre filii, & ab eo generari. *Sit Ænigma Phyl.* sextum, super matrem prægnantem seruum rubicundum æqualiter conde &c. vt supra dictum est.

Mulieris lac venenosum est qui Bufonem generat.

Filius spiritus perfectus à Luna & Sole.

Ducentesima decima septima authoritas; est Solis actio, Lunæ passio, Mercurii receptaculum vtriusque, vt vult Rosarius: Sol est masculus, Luna fœmina & Mercurius sperma, eaque tria vocat aquam illorum trium; *Idem:* sed vt fiat generatio & conceptio, oportet vt masculus coniungatur fœminæ, & vltra hoc requiritur semen: *Lullius theorem: test.* c. 47. Coque æqualiter opus tuum cum Residentia, Constantia, Existentia, atque compone istud secundum compositionem illorum, de quibus vult componi, scilicet Sol & Luna & Mercurius noster. *Rosarius ex Lumine luminum*: Et scitote, quod eadem sunt quæ dealbant & rubificant intrinsecus & extrinsecus, sicut Sol, Luna, Mercurius: quæ tria dissoluta & fermentata appellat argentum viuum dicens, argentum viuum habet in se corpus, spiritum & animam. *Et paulo ante:* Vtraque Medicina incipitur cum Sole & Luna: sed ad rubeum fit fermentum cum Sole, ad album cum Luna: Sol capitur dupliciter: vno modo pro aqua solis, alio pro corpore solis: quia aqua solis, inquit, est volatilis & corpus eius fixum, & econuerso de Luna.

Aqua trium principiorũ.

Conceptio à masculo & fœmina.

Argentum viuum constat ex corpore, anima & spiritu.

Ducentesima decima octaua authoritas; est putrefactio, de qua *Bernhardus Comes* ex Morieno ait: Nisi putrefiat & nigrescat, non dissoluetur, & nisi dissolutum fuerit ab aqua sua non poterit penetrari, vnde nulla coniunctio, mixtio nulla & per consequens nulla prorsus vnio: *Et Rosarius Philosoph. ex Morieno:* Hæc terra cum aqua sua putrefit & mundificatur, quæ cum mundata fuerit, auxilio Dei totum magisterium dirigetur. *Hermes quoque ait*: Azot & ignis Latonem abluunt & nigredinem ab eo auferunt. *Idem Rosarius:* Draco non moritur nisi cum fratre suo, & sorore sua, id est Sole & Luna, id est sulphure extracto in se habente naturam humiditatis & frigiditatis ratione Lunæ, cum illis Draco moritur, id est argentum viuum ab eisdem corporibus extractum à primordio, quæ est aqua permanens Philosophorum, quæ fit

Ante putrefactionem nulla fit nigredo.

Azot & ignis Latonẽ abluunt.

Aqua permanẽs, aqua fœtida.

post

post putrefactionem & post separationem elementorum, & aqua illa alio nomine dicitur aqua fœtida.

Ducentesima decima nona authoritas: sunt requisita ad lapidem Philosophorum, de quibus Geber in sum: perfect. cap. 4. sic ait. Dicimus igitur quod si quis non habuerit sua completa organa, non poterit ad huius operis complementum peruenire per se, veluti, si cæcus fuerit, vel extremis truncatus, quoniam non iuuatur à membris, quibus mediantibus hæc ars perficitur, tanquam naturæ ministrantibus; Si vero fuerit artificis corpus debile & ægrotum, sicut febrientium vel leprosorum corpora, quibus membra cadunt, & in extremis vitæ laborantium, & iam ætatis decrepitæ senum, ad artis complementum non perueniet. Idem cap. 5. & 7. Oportet etiam, inquit, ipsum sedulum operi vsq; ad consummationem ipsius insistere, vt non opus detruncatum dimittat: quia nec scientiam proficuam ex opere diminuto acquireret, sed potius desperationem & damnum. *Arnoldus Rosar.* libr. 2. cap. 5. ait: In ipso tria sunt inquirenda, puta subtile ingenium artificis, opera manuum & arbitrium: quod quidem requirit diuitias, sapientiam & libros: *Similiter & Lullius theor. test.* cap. 31. ait: Et idcirco fili tibi dico, quod tria requiruntur, scilicet ingenium subtile, naturale, non sophisticum, manuum operatio, & liberum arbitrium, & hoc requirit sapientiam, diuitias & libros: Sapientiam ad sciendum facere: Diuitias ad habendam potestatem faciendi: Libros ad intellectum aperiendum diuersum, qui est in multis gentibus.

Organa cõpleta sunt operis Philosophici complementum.

Tria requirũt diuitias, sapientiam atque libros.

Sapientia in scientia, Diuitiæ in possibilitate. Libri in intelligentia.

Ducentesima vigesima authoritas: est Leo viridis Philosophicus: de quo *Morienus* refert: Sume fumum album & Leonem viridem & Almagra rubeum & immunditiam mortui: *Et paulo post* Leo viridis est vitrum, Almagra quoque est Laton: *Rosar. phil. ex tabula scientiæ maioris*: In primo habetur, in Leone nostro viridi vera materia: & cuius coloris sit & vocatur Adrop, Azot aut Dunech viride. *Riplæus*: Nullum corpus, *inquit*, immundum ingreditur excepto vno, quod vulgariter vocatur à Philosophis Leo viridis: *In Epistola Solis*: Beatus, in eloquio meo, nec dignitas mea negabitur nec vilescet per carnem infirmatus Leo: *Et in parabola de venatione Leonis, apud Seniorem*: Dixit ergo Marchos matri suæ: Quomodo venaris Leonem? & admirata est mater eius, & dixit: Ego respicio in eum &c. cum autem apportauero illum super ignem, facit odorem, quem diligit Leo: cum vero Leo odorat, lapidem illum,

Tria sunt in lapide conspiciendo, quartum est vitrum. Adrop. Azot. Dunech. Leo viridis.

ſum, venit velox, vt intret thalamum illum vitreum &c. & hic lapis quem diligit Leo, eſt fœmina: *Sic Author conſilii Solis & Lunæ explicans Epiſtolæ Solis ante dictum:* Leo, *inquit*, id eſt Sol inferius, vileſcit per carnem, hic eſt metaphora; ſicut Leo fortis & rex animalium vileſcit per infirmam carnem ſuam, die enim quarto in quartum, quartanam naturaliter patitur, ita Leo natura per carnem ſuam ſibi contemperaneam Lunarem vileſcit & Eclipſatur. *Leo fortis vnde ſuam amittat fortitudinem.*

Ducenteſima vigeſima prima authoritas: eſt Sputum Lunæ: de quo *Author Auroræ* cap. 12. ait: Aliqui, *inquit*, Philoſophorum poſuerunt eſſe totum arcanum in eo & vocauerunt ipſum diuerſis nominibus propter naturæ ſuæ excellentiam, vt in libro *Turbæ Philoſophorum* ſcribitur, quia quidam vocarunt ipſum à loco, vt gummi, Sputum Lunæ, quidam à colore, vt ſanguis: *Aſtratus ait:* Qui veritatem vult aſſequi, capiat ſolis humorem & Sputum Lunæ: *Item Pythagoras:* Intelligendum vobis ô *Turba*, quod ſulphur, & calx & alumen, quod ex pomis & Kehul, & Sputum Lunæ ac Sputum combuſtibile, omnia illa ſcilicet nihil aliud eſſe, quam aquam ſuphuris & aquam ardentem. *Et Anaſtratus:* Præter hæc dico, quod nihil eſt pretioſius arena maris rubea, & eſt Sputum Lunæ, quod Solis lumini iungitur & congelatur: *Belus quoq;*, quidam Sputum Lunæ, quidam cor ſolis eandem aquam nominauerunt. *Lapis propter excellētiam. Lapis ſanguineus. Aqua Sulphuris & aqua ardens.*

Ducentenſima vigeſima ſecunda authoritas: eſt Hydra ſeu Lacerta Philoſophica, de qua *Lullius* in Theor. teſt. cap. 3. Quartum eſt, *inquit*, quædam ſubſtantia procedens ex minera ſua, & infra ipſam magis propinqua naturæ metallorum, quę Calchantis & Azot vitreus ab aliquibus nominatur, quæ eſt terra & minera metallorum, & alio nomine vocatur Vriſius, lucens & album, in occulto rubeum, nigrum & viride publice, habet colorem Lacertæ venenoſæ, immediate generatus ex argento viuo, materia ſupra dicta, impręgnata ex dicto vapore calido, & ſicco ſulphureo in ſua reſolutione congelata in Lucertam, ex quo eſt forma & ſpecies ſpiritus fœtentis in mixtione, cuius eſt calor mineralis multiplicatus, qui eſt vita metalli. *Calchantū & Azoth vitreus. Calor mineralis eſt vita metalli.*

Ducenteſima vigeſima tertia authoritas; eſt Rebis Montanus, de quo *Calid* cap. 10. ait: fili, vade ad montes Indiæ, & ad ſuas cauernas, & accipe ex eis lapides honoratos: *Roſinus*; Rebis naſcitur in duobus montibus: *Et mox*: Dant Rebis montes, Dracones, terraque fontes: *Rhaſis*: *Mons Indiæ fert lapides honoratos.*

Contemplare altissima montana, quæ sunt à dextris & à sinistris, ac ascende illuc, ibi lapis noster inuenitur, & in alio mõte, qui fert omne genus pigmentorum & spiritus, & species ibi similiter est: *Morienus*: Conscendite alta montana arboribus consita, quia ibi lapis noster inuenitur & absconditus est: *Hermes*: Recipe lapidem nigrum, lapidem de montanis Indiæ, quod est intus, mitte foras, & quod foras est, mitte intus: Et *Maria*: Accipe herbam albam, claram, honoratam crescentem super monticulis.

Lapis niger *Lapis Indiæ.* *Lapidis comparatio cum herba.*

Ducentesima vigesima quarta authoritas: est Lapidis vilitas & inuentio eius in sterquilinio: de quibus *Morienus* ait: Sapientes autem disposuerunt & dixerunt quid si hoc quod queris in sterquilinio inueneris, illud accipe, si vero in sterquilinio non inueneris, tolle manũ à marsupio: Omnis enim res quæ magno emitur pretio, in huiusmodi artificio mendax & inutilis reperitur. *Sic Auicenna dict. 1. c. 2. de anima*: Inuenimus scriptum in lib. Aristotelis, quẽ fecit de lapidibus, vbi dicit: Duo lapides iacent in stercore, vnus fœtens & alius bene odorans, parum appretiati in oculis gentium, si scirent gentes eorum valetudines, tenerent eos honorifice, sed quia nesciunt eorũ valetudinem despiciunt & dimittunt eos super stercora, in locis fœtentibus, & qui coniunget eos, ibi est Magisterium: *Et Gratianus*: Et si hoc in stercore inueneris quod tibi placet vel expedit, nihilominus tolle: *Et Merculinus apud Rosarium.* Et Lapis occultus & in imo fonte sepultus, vilis & eiectus fimo vel stercore tectus. *Bernardus Comes ait*: Versatur ob oculos toti mundo, nemo tamen cognouit eorum, qui sunt in mundo.

Lapis res vilis. *Lapis duplex fœtens & odorans.* *Lapis in oculis totius mundi.*

Ducentesima vigesima quinta authoritas; sunt Duæ aues: de quibus *Senior* ait: Duæ aues sunt homogeneæ, id est vnius naturæ, & sunt lapis sapientũ, masculus est sine alis, id est non potest volare, quia de se ignis non potest ipsum corrumpere, nec exhalare in igne, vel nullum salium, vel spirituum aut aluminum, nisi aquila nostra dicta: Auis vero alata est fœmina, quo cum corporibus corrumpentibus consumitur. *Lullius theor. test.* cap. 57. Ideo tali aqua, inquit, fixamus auiculas in aere volantes, virtute lapidis nostri.

Duæ aves vnius naturæ: masculus sine alis, fœmina cum alis.

Ducentesima vigesima sexta authoritas: sunt tres spiritus, de quibus author coniugii ex Hermete ait: Tres facies, id est, spiritus vidi, ex vno patre natas, id est vna progenie, quia ipsorum vnum est genus, quarum vna est in igne, altera in aere, tertia in aqua: *de hoc Hamuel Senioris* commen-

Tres facies: Aquea. Aerea. Ignea.

commentator dicit; Est aqua vitæ triplex, quia est vnum, in quo sunt, scilicet aer, ignis & aqua, in qua est anima exorta, quam vocant aurum, & vocant eam *aquam diuinam*: quas scilicet facies, pater eorum coniunxit, pater, id est, genus vnum, quia homogenea sunt. *Aqua diuina.*

Ducentesima vigesima septima authoritas: est ignis Naturæ lenis: de quo Lullius theor. test. cap. 33. Ignis naturalis, in quo est virtus actiua, non sit superatus per elementalem ignem: Et in operatione prima suę corruptionis obseruare debes, quod ignis contra naturam superat calorem naturalem innatum in mobili subiecto, vno gradu tãtum & non vltra illum numerum. Quia spiritus indiuiduus, qui est speciei conseruatiuus desyderans similem generationem recto instinctu suæ naturæ, corrumperetur per suæ destructionem essentiæ, & tunc amplius non haberet appetitum similem generationem faciendi: Quia natura exiret per corruptionem & destructionem quæ contra naturam sunt & terminum acciperet, & finem consummationis: *Hinc Hermes cap*. 4. Et facite, quod fugiens non volet à non fugiente, & quod super ignem quiescat, licet sit ignis æstuans. *In igne naturali est virtus actiua.*

Ducentesima vigesima octaua authoritas: est Lapis Philosophorum non sumptuosus: de quo sic ait Philosophus: Mineralis est, æqualis est, continuus est, non vaporat, nisi nimium excitetur, de sulphure participat, aliunde sumitur, quam à materia, omnia diruit, soluit & congregat, similiter & congelat & calcinat, & est artificialis ad inueniendum, est compendium sine sumptu aliquo, saltem paruo. *Lapis mineralis est, participans de sulphure.*

Ducentesima vigesima nona authorithas; *est Magnesia Philosophorum*, de quo *Flamellus ex Democrito* sic refert: Magnesia enim dealbata non finit corpora frangi, nec vmbram Veneris induci: *Et mox*: Quæ Magnesia nisi totum compositum? *Item*: Magnesiæ pulchra vide, mirareque quomodo per vnum multitudinem infert: *Et Dardaris in Turba*; præterea scitote, quod æris corpus Magnesia regitur: *Mosius*: Argentum viuum cambar, est Magnesia: *Pythagoras*: Non igitur oportet vos illam dimittere Magnesiam absque argento viuo: cum enim componuntur, fortissima est compositio, quæ vna est de decem. *Item*, & sciendum, quod nihil aliud est huius artis scientia, quam vapor & aquæ sublimatio, argenti viui Magnesiæque corpori coniunctio. *Rarson*: Hoc quidem maximum est nostrum arcanum, quod inuidi Magnesiam appellarunt, propter arcanum ipsum: Diligenter igitur ipsam *Vmbra Veneris.* *Æris corpus, Magnesia seu fontina regitur.*

Magnesiam in vase suo coquite, quousque totum coaguletur & seipsum contineat.

Ducentesima trigesima authoritas: est Azoc Philosophorum: de quo *Morienus* ait; Et item Maria dicit: Nihil est, quod à Latone suam obscuritatem vel suum possit auferre colorem; sed Azoc est eius quasi tegumentum, primum videlicet quando decoquitur; nam & eum colorat & album reddit, ac iterũ dominatur Laton Azoc, & eum rubeum reddit; *alius quoque Philosophus ait:* Quod Azoc nequit substantialiter latoni suum auferre colorem, vel eum mutare, nisi quantum ad visum, sed Latonem ab Azoc suam auferre substantialem albedinem, quoniam inest ei mirabilis fortitudo, quæ super omnes colores apparet.

Azoc Latonis obtegumentum.

Ducentesima trigesima prima authoritas: est Allegoria Lancea, cuius meminit Lullius Theor. test. cap. 81. Fili accipe de nostro ære, & de terra modicum, & perfora latus eius acuta Lancea tota calida, & videbis à ventre suo exire tantum de cholera nigra & combusta, quod habebit potentiam intoxicandi & impotionandi totum mundum.

Ex æris ventre exit cholera nigra quæ habet intoxicandi totum mundum, potentiam.

Ducentesima trigesima secunda authoritas: est similitudo Basilii Valentini, qua vitrioli descriptionem ita concludit: Et pro memoria hoc dico, quod si Paris nobilem Helenam absque interpellatione tueri possit, ne generosa ciuitas Troia à Græcis amplius deleatur, & Priapus cum Menelao hinc tristitia afficiantur, tum Hector & Achilles concordes fient ad impetrandum regium sanguinem absq; bello & possidendum Monarchiam cum nepotibus & posteris omnibus amplificando eorum ditiones cum magnis diuitiis.

Vitriolũ intellige Philosophicum.
Regius sanguis tendit ad nouam monarchiã.

Ducentesima trigesima tertia authoritas: est Tinctura constans ex fixo & volatili, de quo Aurora consurgẽs c. 20. Quod Tinctura sit à natura volantium: & illud quod firmat & fixat ipsum spiritum, est fixum & perpetuum & incremabile, & nominatur sulphur Philosophorum, vel cinis extractus à cinere, vti Senior dicit: Quod fixum est, figit res fugitiuas: *Et mox:* Terra fixat, aqua dealbat, aer penetrat, ignis colorat: *Item:* Terra ibidem relinquitur, vt alia tria Elementa in ea valeant radicari: si ipsa non esset, Elementa fundamentum non haberent, superædificandum domum nouam thesaurariam. *Et Gratianus:* Ignis in in aere fit lux: ex osse fit calx: Intendit exiccationem illius humidi splendentis, vt vertatur in cinerem, de quo dicit Aziratus, & quam pretiosus est cinis ille; Aer in ouo fit spiritus.

Tinctura natura volans est.
Fixatio.
Dealbatio.
Coloratio.
Vis elementorum tanta vt nouas ædes theutonisice thesaurarias fundare possit.

Ducen-

Ducentesima trigesima quarta authoritas: est ænigma Aureum Pici Comitis de dignitate Chymiæ;

Diues agris, diues pictai vestis & aulæ
Præcelsæ & regni nunquam est, me iudice, diues
Nunquam etiam diues puppi si fretus Hibera
Per mare Atlantiacum Boreæ contemptor & Austri
Vsque coloratas gazas conuectet ab Indis:
Ille autem diues, celso cui mittit Olympo
Æternus genitor, votis optare secundis
Quicquid mortales possunt, cum lumine rectæ
Imbutus fidei.

Ducentesima trigesima quinta authoritas: *est Tractatus inuentus in cœnobio vbi Dominus Lutherus habitauit*, quem legere potest Amans, in Basilicæ nostræ Philosophicæ lib.1. fol.1. vsque fol.11. Intitulatus primum consilium & Theoria de Lapide Philosophorum.

Ducentesima trigesima sexta authoritas; *est Perbreue illud consilium & Theoria de Lapide Philosophorum*, secrete à nobis traditum in Basilica Philosophica lib.1.fol.12. consilium nuncupatum secundum.

Ducentesima trigesima septima authoritas, *est Consilium quintum & Theoria de lapide Philosophorum*, de quo vide Basilicam Philosophicam lib.1.fol.27.28.29 30.vsque ad fol.40.

Ducentesima trigesima octaua authoritas: *est Tractatus Magistri Iohannis Vienensis, de perfecta & infallibili arte Alchymiæ, qui dicitur speculum Elementorum*, hic nobis transmissus est ex Anglia; continet primo falsitates lapidis Physici, deinde & veritatem Philosophicam in triginta verbis explicatam. Videatur desuper nostræ Basilicæ Philosoph. consilium octauum de Lapide Philosophorum lib.1.fol.46.47. 48. vsque ad folium 65. Tractatum hunc filiis Philosophiæ bene fore in votis scio.

Ducentesima trigesima nona authoritas: *est Theoria consilii decimi*, Basilicæ Philosophicæ fol.67.68.& 69.

Ducentesima quadragesima authoritas: *est Consilium vndecimum, cum Theoria de lapide Philosophorum*, Basilic. Philosoph. libr.1. fol.69.70.71. 72.73.74.& 75.

Ducentesima quadragesima prima authoritas: *est egregia Theoria de lapide Philosophorum, quam comprehendit Decimum septimum Consilium nostrum*

in Basilica Philosophica, descriptum lib. 1. fol. 90. 91. 92. 93. vsque ad 94. & 95.

Ducentesima quadragesima secunda authoritas: Traditur à nobis in *Basilicæ Philosophicæ* lib. 1. fol. 97. 98. & 99. *Consilio decimo nono, de Lapide Philosophorum.*

Ducentesima quadragesima tertia authoritas: est Consilium vigesimum, & Theoria de lapide Philosophorum. Basil. Philosoph. libr. 1. fol. 100. 101. & 102.

Ducentesima quadragesima quarta authoritas: est perbreue illud *Consilium vigesimum quartum*, & Theoria de Lapide Philosophorum in Basilica Philosophica desctiptum lib. fol. 113. & 114. Processus hic inventus est in antiquo Bononiæ monumento.

Ducentesima quadragesima quinta authoritas: est Medicina vniuersalis, descripta in *Consilio vigesimo quinto* de Theoria lapidis Philosophici, cuius designationem vide dicta Basil. Philosoph. lib. 1. fol. 115. 116. 117. 118. & 119.

Ducentesima quadragesima sexta authoritas: est Consilium vigesimum sextum Basilicæ nostræ Philosophicæ de sepulchro Hermetis ab Alexandro Magno inuentum vt refert Albertus Magnus. Vide citatam Basilicam fol. 119. &c.

Ducentesima quadragesima septima authoritas: est Consilium vigesimum octauum, de Theoria Lapidis Philosophici depicta breuissime in Basil. nostra Philosophica fol. 126. & 127.

Ducentesima quadragesima octaua authoritas: est Consilium trigesimum de Theoria lapidis Philosophici, descriptum in Basilica Philosophica nostra, lib. 1. fol. 129. 130. 131. 132. & 133.

Ducentesima quadragesima nona authoritas: est Consilium trigesimum primum, & Theoria de lapide Philosophorũ, concinnata simul ac Fontina Bernhardi, videnda Basilic. Philosoph. lib. 1. fol. 134. 135. 136. & 137.

Ducentesima quinquagesima authoritas: est Consilium trigesimum tertium & Theoria de lapide Philosophorum, descript. Basil. Philos. lib. 1. fol. 138. 139. 140. & 141.

Ducentesima quinquagesima prima authoritas: est Theoria lapidis Philosophici in *Consilio trigesimo quarto* in nostra Basil. Philos. descripta lib. 1. fol. 141. 142 143. & 144.

Ducentesima quinquagesima secunda authoritas; est iucunda Thoria, & assi-

& assimilatio Lapidis in ordine creationi hominis, de hac vide consilium Basilicæ nostræ, *Consilium trigesimum nonum*, libro 1. folio 153. 154.

Ducentesima quinquagesima tertia authoritas; est Colloquium Nortoni de tribus Alchymistis, de quo habetur in *Consilio nostro quadragesimo*, Basil. Philos. fol. 154. 155. & 156.

Ducentesima quinquagesima quarta authoritas; Est elegans Historia Nortoni, quo modo ad artem lapidis Philosophicam, ab aliquo artifice peruenerit, quę extat in *Consilio quadragesimo primo* nostræ Basilicæ Philosophicæ lib. 1. fol. 156. 157.

Ducentesima quinquagesima quinta authoritas: est *Consilium quadragesimum secundũ* Basilicæ nostræ Philosophicæ lib. 1. fol. 158. & fol. 159.

Ducentesima quinquagesima sexta authoritas: est Documentum Lullii qua ratione radicem artis ab Arnoldo expiscatus sit: Vide Theoriam de lapide Philosophorum *Consilio quadragesimo tertio*, Basil. Philosoph. lib. 1. fol. 160. 161. 162. 163. & 164.

Ducentesima quinquagesima septima authoritas: est *Consilium quadragesimum quartum* nostræ Basilicæ Philosophicæ lib. 1. fol. 164. & 165.

Ducentesima quinquagesima octaua authoritas: est *Epithalamium honori nuptiarum matris Beiæ, & filii Gabrici*.

Ipsa maritali dum nato fœdere mater
  Iungitur, incestum ne videatur opus.
Sic etenim natura iubet, sic alma requirit
  Lex fati, nec ea est res mala grata Deo:
Semen enim toto si solum extaret in orbe,
  Mandari propriæ fas foret illud humo.
Sic quoque si nullus vir sit, nisi filius vnus,
  Tuaque mater, & hos præstat amore frui;
Humana quam sit post absque propagine mundus,
  Quique regat vacuum cum ratione solum.
Copula coniugibus felix ea credat, vt inde
  Fructu progenies exeat aucta bono:
Ille erit ex vobis qui mox nascendus amorem
  Cunctorum meritis muneribusque trahet.
Ille coronatus rubro diademate Regis
  Incedens varias suppeditabit opes.

O fe-

O felix mater, quæ tanto pignore gaudes,
 O felix coniunx coniuge tam simili.
Tumque marite nuces spargas, tibi plectitur vxor
 Nunc Cypriæ vinclis, moribus æqua tuis.
Quæ consanguinea tibi Sponsa cupidine talem,
 Qualis es, ex gremio, tu, sobolem pariet.

Ducentesima quinquagesima nona authoritas: est Epicedion Gabrici post celebratas nuptias mortui.

Ergo sic moreris, quo possis viuere, vitæ
 Introitus, non mors ille vocandus erit.
Quæ vitæ tibi causa fuit, fuit ipsaque mortis,
 At mors nil inde iuris habere potest.
Nil damni poteris letho, tibi commoda præstat,
 Alterius vitæ queis fruerere nouæ.
Tres sunt, qui possunt tibi funeris esse videri
 Causa, Typhon, Mater, Mulciberisque focus.
Ille tui cunctos dispergit corporis artus,
 Sit licet fratris, mater & vna, vice.
Mater & in sontem se præbet, Lemnius vrgens
 Interitum properat feruidus igne tuum.
Si modo contingat rediuiuo visere lucem,
 Morte abeunte tibi vita perennis erit.
Tunc omne læto ducent noua gaudia vultu,
 Qui norunt causam, quæ data mortis erat.
Spes animum firmat quod multos edere fructus
 Post tenebras diri funeris ipse queas.
Saturnus, lethi qui dicitur esse planeta,
 Præscius hinc nigram contulit, ecce, stolam.
Hac toto maneas indutus tempore, donec
 Candidus attulerit Iupiter interulam.

Ducentesima sexagesima authoritas: est Gratulatorium Heroi Philosophico rediuiuo:

Ecce vices gratas iacuit qui morte subactus,
Nunc postliminio superas euasit ad auras,
Et vitæ exuuias iterum repetiuit amicas
Heros magnanimus, primo qui minus in ortu

Con-

Coniugioque sibi pater est & filius idem
Ille Necis victor, Victricis primitus, vnde
Nobile purpureo produxit Marte trophæum.
Nunc bona secura celebremus gaudia mente,
Et manibus resonos edamus ad æthera plausus.
Nam Phœnix Arabum rediit iam missus ab oris,
Frigidaque ex mediis saliit Salamandra caminis,
Incombustibilis quæ dicitur arte, nec vlla
Flammarum (quæ cuncta demant) virtute domari:
En chlamide Aureola micate minus omnis & auro
Splendidus apparet, Sol qui terrestris habetur.
Exoptate venis pulcherrime magna Sophorum
Spes, desiderio cuius flagrat integer orbis:
Spargemus Veneris tinctos cum sanguine flores,
Et dabimus calathos amaranthi germine plenos,
Hæc tibi desit honos ne desit gloria factis,
Carmina carminibus cumulabimus altera nostris,
Perpetuoque tuas laudes cantabimus hymno.

Ducentesima sexagesima prima authoritas: est Historia de tribus artificibus Londini vno tempore congregatis per decem dierum spacium, de qua videre & D. Maierus in symbolis aureæ mensæ libro 10. fol. 477.

Ducentesima sexagesima secunda authoritas: est Pythagoras, inter Philosophos Græciæ primus, qui vt erat discendi cupidus ac laboris inuicti, in Ægyptum traicit, Amasidi Regi commendatus à Polycrate Samio, vbi multa didicit, mores, ritus ac Theologiam Ægyptiorum, quæ Chymiam sibi coniunctam habuit, diligentissime perscrutans: vnde Babylonem profectus est: Vt Chaldæos inuiseret, à quibus syderum cursus, eorumque in genituris hominum effectus edoctus est. Primus τῆς μετεμψυχώσεως hoc est, transfusionis & migrationis animarum in alia corpora, auctor fuit, aut saltem hanc opinionem doctrina promulgauit: Ideo se Æthalidem, postea Euphorbum, postea Hermotimum, deinde Pyrrhum ac postremo Pythagoram fuisse asserebat: Quam opinionem illum à Brachmanibus Indis potius, quam Brachmanas à Pythagoricis accepisse, credibile est. Videatur D. Maierus in symbolis aureæ mensæ lib. 3. fol. 113. 114. 115. 116. 117. & 118.

Ducentesima sexagesima tertia authoritas: est historia Thomæ Nortoni Angli, quam narrat in originali suo cap. 1. Nempe quod Cathaloniæ in quadam ciuitate Raymundus Lullius in septem imaginibus veritatem artis Chymicæ demonstrarit; ex quibus ternæ fuerunt argenteæ, & fœminea forma seu habitu, totidemque Aureæ, vili ornatu, septima plumbea: In harum singularum vestimentis, literæ apparuerunt hac significatione: Prima dicit, fui ferrum ex solea equina, & nunc sum argentea tota & pura. Secunda, fui ferrum ex minera desumptum, at nunc sum, ait, perfectum Aurum. Tertia, quondam fui cuprum ex veteri cupa, ac nunc sum argentum, dicit fœmina. Quarta, cuprum fui, inquit, generatum vili loco, iam splendeo ex solido & puro Auro. Quinta ait, argentea olim eram, nunc Aurea tota videor. Sexta, fere annis ducentis fui canna plumbea, inquit, nunc appareo singulis argentea. Septima, ego plumbum veluti monstrum, ex Auro sum transmutatum.

Ducentesima sexagesima quarta authoritas: est Authoris Auroræ cap. 16. quo de vide *Consilium nostrum quadragesimum quintum* in Basilica Philosophica lib. 1. fol. 168. 169.

Ducentesima sexagesima quinta authoritas; est Quadragesimum quintum Consilium, de Theoria & lapide Philosophorum, vide Basilicam nostram Philosophicam lib. 1. fol. 169. & 170.

Ducentesima sexagesima sexta authoritas; est Consilium quadragesimum sextum, & Theoria de Lapide Philosophorum, videnda in Basil. nostra Philosophicæ lib. 1. fol. 170. & 171.

Ducentesima sexagesima septima authoritas: est Consilium quadragesimum septimum Basilicæ Philosophicæ lib. 1. fol. 172.

Ducentesima sexagesima octaua authoritas: est Consilium quadragesimum octauum Basilicę nostræ Philosophicæ: lib. 1. fol. 173. & 174.

Ducentesima sexagesima nona authoritas: est Consilium quadragesimum nonum Basilicæ Philosophicæ lib. 1. fol. 174. 175.

Ducentesima septuagesima authoritas: est Consilium quinquagesimum, de lapide Philosophorum, de quo in Basil. Philosoph. lib. 1. fol. 176. 177.

Ducentesima septuagesima prima authoritas: est Xamolxis Philosophus qui Pythagoræ in itinere comes fuit, & iisdem cum eo præceptoribus vsus easdem doctrinas secum domum in Samothraciam retulit: Vnde nomen magni & diuini Philosophi in patria sua obtinuit, qui reli-

religionem nouam & leges, quas se à Vesta (Dea ignibus præfecta) accepisse non tam finxit, quam allegorice affirmauit, vulgus imperitum docuit & multis vilibus vitæ institutis erudiit, sunt, qui auro pretiosiora eius dogmata fuisse, tradiderint, ipsumque iustissimum, & aureum, semideum & heroa appellarint. Eius tractatum, & colloquium cum Aureola docet Thesaurinella olympica Aurea.

Ducentesima septuagesima secunda authoritas: est Anaxagoras Clazomenius qui Ægyptum adiens & occultas inde scientias reportauit: Physicam secretiorem diligentissime indagauit, prior Lunam obseruans, eiusque Solis Eclypses, non in morbum Deorum illorum, sed in concursum duorum corporum lucentium referens. Lunam & Solem non pro Diis habuit, sed Solem pro lapide rubeo, ardente, circumgyrante; vnde in vitæ discrimen venit: Ex Luna Leonem ab Hercule interemptum decidisse, statuit. Et æthere lapidem ingentis magnitudinis lapsurum prædixit, quod & euenit. Citatur sæpenumero vt Chymicus non solum in *Turba Philosophorum*, sed quoque ab aliis, vt à *Bono Ferrar. & Zachario* his verbis. Verum id esse testatur *Anaxagoras* inquiens: Sol noster est rubeus & ardens, qui coniunctus est animæ albæ & naturæ Lunæ, spiritus medio, quamuis totum sane nihil aliud sit, præter *Argentum viuum Philosophicum.*

Sol lapis rubeus.

Sol rubeus & ardens.

Argentum viuum Philosophicum.

Ducentesima septuagesima tertia authoritas; est Heracletus Philosophus clarus ob obscuritatem, quam scriptis suis adhibuit, perhibetur: fletui, vt *Democritus* risui, indulsit ob easdem causas; veritatem in abscondito specu occultam & neglectam iacere deplorauit: Sectam quoque seu scholam instituit, in qua inter reliqua dogmata, ignem pro principio omnium rerum habuit; Eius libri & virgilius in Æthna, agens de metallis, meminit his versibus.

Ignis principium omniũ rerum.

Cogitet obscuri verissima dicta libelli
Heracleti & ibi nihil insuperabile gigni.

Hunc & *Aureolum fuisse Philosophum* hinc constat, quod de metallicis, eorumque natura scripserit ita, vt tamen obscurior, non ab omnibus intelligere voluerit, quemadmodum & *Democritus* fecerit.

Ducentesima septuagesima quarta authoritas: est Appollonius Tyaneus, inde dictus quod in Tyana vrbe Cappadociæ natus sit; Patrem habuit Appollonium virum nobilem. Vitam, peregrinationes & facta eius omnia hic velle recensere, nimis longum foret. Ille dsseruit de Aqua

Aqua Auri.

Phœnix. Lapis Pentaureus.

Auri, Phœnice, Pentaureo lapide qui magnetem imitatur & aliis eiusmodi; miraculose docet de ipso D. Maierus in symbolis Aureæ mensæ lib. 3, fol. 120. 121. 122. 123. 124. 125. 126. & 127.

Ducentesima septuagesima quinta authoritas: est Michael Psellus, qui fuit ex Græcis recentioribus, Philosophis non solum Democritæ sapientiæ, hoc est, Chymiæ deditus, sed quoque in aliis Philosophiæ partibus adprime versatus, tanquam Aristotelicus excellentissimus: Scripsit enim non solum Rhetorica, Historica, Mathematica, sed & Physica, Medica & Chymica: Vt ex collectaneis *Flamelli* & propriis eius operibus apparet: vbi cum *Xiphilino Patriarcha Constantinopolitano* inter alia colloquium habet, dicens, se illi sibi concredita subterranea monstraturum, si in cœlestibus ab eo vicissim instituatur. Verba eius desuper pete ex symbolis aureæ mensæ D. Maieri. lib. 3. fol. 128.

Arcana concredita subterranea.

Ducentesima septuagesima sexta authoritas: est Olympiodorus Alexandreus Platonicus & Aristoteles interpres, qui Chymica quoque scripsit.

Ducentesima septuagesima septima authoritas; est Heliodorus, qui ad *Theodosium Imperatorem* de Chymicis elegantissime scripsit.

Ducentesima septuagesima octaua authoritas: est Stephanus Philosophus: qui ad *Heraclium Cæsarem* scripsit, ac librum edidit de magna & sacra scientia, nempe nobilissima arte Chymia.

Ducentesima septuagesima nona authoritas; est Zosimus Philosophus, qui scripsit de secreta arte & compositione aquarum ad χρυσοποιΐαν.

Ducentesima octuagesima authoritas: est Isaac Philosophus, Monachus, qui scripsit ἀργύρου μέθοδον.

Ducentesima octuagesima prima authoritas: est Blemidas Philosophus: qui scripsit περὶ χρυσοποιΐας: qui author dicitur extare in Regia Galliæ Bibliotheca, vna cum dicto Zosimo & Isaaco.

Ducentesima octuagesima secunda authoritas: est Epitaphium Bononiæ in agro Patauino inuentum, extat ex marmore & hanc habet inscriptionem.

Ælia, Laelia, Crispis, nec vir, nec mulier, nec androgyna, nec puella, nec iuuenis, nec anus, nec meretrix, nec pudica, sed omnia:

Sublata neque fame; nec ferro, nec veneno sed omnibus:
Nec cœlo, nec aquis, nec terris sed vbique iacet.

Lucius Agatho Priscius, nec maritus, nec amator, nec necessarius, neque mœrens, neque gaudens, neque flens, hanc neque molem, nec pyramidem, nec sepulchrum, sed omnia:

Scit

Scit & nescit, quid cui posuerit.
Hoc est sepulchrum, intus cadauer non habens:
Hoc est cadauer, sepulchrum extra non habens.
Sed Cadauer idem est & sepulchrum sibi.

In hoc Epitaphium commentati sunt Iohannes Turius Brugensis, Richardus Vitus, Nicolaus Bernaudus & Doctor Maierus.

Ducentesima octuagesima tertia authoritas: est Monumentum, quod in agro Patauino nostro seculo repertum est, fuit Vrna fictilis cum inscriptione huius Hexastichi:

Plutoni sacrum munus ne attingite fures,
Ignotum est vobis hac quod in vrna latet.
Namque Elementa graui clausit digesta labore
Vase sub hoc modico maximus Olibius.
Adsit fœcundo custos sibi copia cornu,
Ne pretium tanti depereat laticis.

Intra hanc Vrnam erat altera Vrnula cum inscriptione horum versuum:

Abite hinc pessimi fures:
Vos qui voltis cum vostris oculis emissitiis?
Abite hinc vostro cum Mercurio petasato caduceatoque:
Maximus Maxumo Plotoni hoc sacrum facit.

Rursus intra Vinulam reperta est lucerna adhunc ardens intra duas ampullas, alteram ex Auro, altram ex argento, purissimo quodam liquore plenas, cuius virtute creditur per multos annos lucernā hanc arsisse, vt annotauerunt in suis antiquorum scriptorum collectaneis, *Petrus Apianus, Bartholomaeus Amantius*, & *Cælius Rhodiginus*: meminit quoque huius rei *Hermolaus Barbarus* in corollario in *Dioscoridem*, vbi de aquis in commune agit.

Ducentesima octuagesima quarta authoritas: est Apuleius Medaurensis Philosophus Platonicus, qui licet patria non sit Romanus, at *Afer* tamen Romæ vixit & Romano stylo delicatissimo scripsit Aureum suum asinū, seu Metamorphoseon librum vere Aureolum, in quo allegorias diuersas iucundissimas aspersit, præterquam quod totus figuratus & tropicus sit. *Aureus asinus Allegoricus.*

Ducentesima octuagesima quinta authoritas; est ficta historia de Psyche, Draconi horribili in altissimo monte, delitiarum omnis generis, Auri argen- *Draco horribilis ditissimus.*

argentique abundatissimo, habitanti desponsatam &c. D. Maierus describit in symbolis Aureæ mensæ, lib. 4. fol. 177. 178. Vide & simul consilium quinquagesimum secundum nostræ Basilicæ Philosophicæ lib. 1. fol. 180.

Immunditia Lapidem vilipendit.

Ducentesima octuagesima sexta authoritas: est Massarai Philosophus, qui dicit: Immunditia est in hoc lapide, propter quam ipsum homines vilipendunt, & tenent quod non possint eam sequestrare.

Lapis sapientum est associator.

Ducentesima octuagesima septima authoritas: est Mitigo Philosophus, qui ait: Lapis noster quamuis ab hominibus & animalibus pedibus conteratur, tamen propter summam industriam hominis Geberi à sapientibus adamatur.

Lapis in obediëtia, in dominio, in æqualitate.

Ducentesima octuagesima octaua authoritas: est Malus Philosophus, qui ait: Hic lapis est subtus te, quantum ad obedientiam: supra te, quoad dominium; Erga te, quantum ad scientiam; Circa te quantum ad æquales.

Solutio est corporis in spiritũ versio & contra.

Ducentesima octuagesima nona authoritas: est Dantius Philosophus, qui ait: Præparate corpora & soluite ea, ac ex illa aqua imbibite spiritus ablutos: tunc ipsi spiritus submerguntur in corporibus, & corpora in spiritibus, & sic figentur spiritus fixissima fixione.

In nigredine est corruptio.

Ducentesima nonagesima authoritas: est Galienus, qui dicit: Præparate corpora & purgate à nigredine, in qua est corruptio, donec fiat album ac rubeum, tunc soluite ambo in aquam, scilicet spiritus & corpus, & coagulate, & sic proiicite super corpus ablutum.

Ducentesima nonagesima prima authoritas; est Adarmath Philosophus sapiens: qui ait: Omnia harum rerum nomina & earum similitudines, nulla alia de causa antiquis vocantur neque variantur, nisi vt eos intelligaris, quod *huius rei principium super suum finem testificatur, & suus finis super suum principium.*

Principium operis super suum finem.

Ducentesima nonagesima secunda authoritas: est Adamarus; qui in Gebrum commentatus dicitur à Rosarii authore: ait sic: Quantumcunque lapis sit mundatus per sublimationem & eius adustio sit deleta per eius olei extractionem, & eius fuga sit destructa per eius fixionem, nihilominus non funditur, nec ingreditur, nec permiscetur, sed vitrificatur, vt habetur cap. 10. Gebri circa medium.

Oleum est essentia Philosophorum.

Ducentesima nonagesima tertia authoritas; est Guilielmus Parisiensis verus Philosophus, absque dubio Gallus extitit, cuius à comite Treuisano in

in sua Hermetica Philosophia non semel tantum fit mentio, tanquam artificis experientissimi: de quo nulla nobis relinquitur amplius dubitandi occasio.

Ducentesima nonagesima quarta authoritas: *est Christophorus Parisiensis*, Guilielmi frater, hic satis se Philosophum esse testatur, edidit enim librum Chymicum valde obscurum: In quo Lullii, eiusque aurificii, quo Regem iuuare voluerit, per se ditissimum meminit: At reprehendit *Lullium*, quod putauerit, se posse Dei Ecclesiam, mundumq; iuuare, suo à Deo concesso bono in conuertendis & gladio coercendis Sarracenis seu Mahometanis Mauris qui Barbariam tum magnam partem Hispanię obtinebant: Deum enim longe aliis mediis, quę ipsi sint in promptu, si velit, vti posse dicit ad Ecclesiæ suæ inimicos Turcas vel conuertendos vel reprimendos, vt opus non habeat lapide vel eius artificio: Quod licet verissimum sit, tamen omnem voluntatem benefaciendi ex bona intentione, qualis *Lullii* fuit, tollere aut intercipere quis non debet: In dante illud beneficium fuit zelus erga religionem, & candor in omnibus, in accipiente non dicam scelus, sed dissimulatio & perfidia.

Ducentesima nonagesima quinta authoritas: *est Iohannes de Mehu seu Mehuni*, qui de lamentationibus naturæ librum condidit, à Philosophis, inter quas Bernhardus, sæpissime citatus pro vero Philosopho agnoscitur: Hunc Gallum esse quia in Gallico Idiomate & non alio iam pridem eius scriptum extet, præsupponimus.

Ducentesima nonagesima sexta authoritas: *est Anonymus Philosophus Delphinas*, secreti maximi, tractatus breuis sed doctrina grauissimi author, verus Philosophus, si vnquam alius, fuit. Vide symbola D. Maieri lib. 7. fol. 343. 344.

Ducentesima nonagesima septima authoritas: *est Quido de Montanor verus Philosophus*, cuius meminit Ripleus, inprimis in 4. porta, vbi 4. coniunctionis genus tradit his verbis: Quartum genus coniunctionis, quod item est vltimum, 4. Elementa coniungit, vt maneant vna, quadruplam eam recte Philosophi vocant; ac spiritualem Guid: de Montanor, cuius nomen late spargitur; Item porta 5. Hoc de principio loquitur Guido vir sapiens, dicens, quod cum per putrefactionem moriretur compositum corporale, tum secundum Morienum & plures alios, resurgit per nouam vegetationem corpus simplex & spirituale.

Quartum genus coniunctionis. 4. Elementa coniungit.

Per putrefactionem moritur compositum corporale.

Con-

Coniicere autem licet hunc Guidonem esse authorem scalæ Philosophorum, ex quo tractatu Riplæus hæc & pleraque alia desumpsit.

Ducentesima nonagesima octaua authoritas: est Gratianus verus Philosophus, qui citatur sæpe ab authore consilii coniugii Solis & Lunæ: *Rosarius quoq; Philosoph.* eius meminit his verbis: Gratian. De omni re potest fieri cinis, & de illo cinere potest fieri sal, & de illo sale fit aqua, & de illa aqua fit Mercurius, & de illo Mercurio per diuersas operationes fit Sol.

Ex omni re cinis, ex cinere sal nitrum, ex nitro aqua permanens ex aqua permanente cum fermento Lapis Philosophorum.

Ducentesima nonagesima nona authoritas; est Iohannes Austri Philosophus, testante Ludo, dicit: Æs nostrum primo de quanto magis coquitur, de tanto magis soluitur & denigratur & fit aqua magis subtilis & spiritualis: secundo de quanto magis coquitur, de tanto magis inspissatur & desiccatur & fit maioris albedinis. Tertio de quanto magis coquitur, de tanto magis coloratur & rubificatur & fit Tinctura intensioris rubedinis. Idem, eodem citante; Omne corpus aut est Elementum aut elementis compositum: sed omnis compositio & generatio consistit ex 4. Elementis simplicibus.

Tinctura intensioris est rubedinis.

Omnis compositio consistit ex 4. Elementis.

Trecentesima authoritas: est Stephanus Philosophus: Rosar. Philosoph. citante inquit, Aperi oculos tuos & cor tuum, audi & intellige, ostendam & dicam tibi verba intelligibilia, quæ scire poteris, si fueris de intelligentibus: scias, quod ex homine non exit nisi homo, sic ex quolibet animali sibi nascitur simile: Videmus tamen aliquas res natas à radicibus suis dissimiles; quia videmus res habentes alas generatas ex non habentibus alias: Videmus etiam & scimus res aliquas, quas homines nesciunt, de quibus egreditur Natura, quam scimus, quod sufficit nobis & ignoratur, quia sunt res profundæ: Et si queris de eis forsitan subtus terram sunt: Et scias quod de ista natura minerali fit ars, non de alio.

Intelligentes erunt Philosophi non negligentes.

Ex natura minerali fit ars.

Trecentesima prima authoritas: sunt versus Augurelli lib. 1. Chrysopœæ, de Lullio:

At non ille quidem sensit, quæ dicere primâ
Est facie visus (id est Lullius) neque tum stillantia vina
Miscebat, cum iam præstanti lentus in vrbe
Insubrum ternos residens fœliciter annos
Fecit inexhaustum pondus prædiuitis Auri,
Ac sociis, quos ipse sibi coniunxerat, æquus
Diuisit tenuem diuini pulueris offam,

Cuius

Cuius in immensum quota pars traduceret aurum
Iampridem quæcunque forent infecta metalla.

Trecentesima secunda authoritas; est *Genethliacum filioli Philosophici accantatum:*

Pusio parue, tuæ matris fœliciter aluum
Linque, velis ortu nosque beare tuo.
Nascere & ætherias capta subito editus auras,
Vt sis Philosopho curaque spesque choro.
Illi filiolum sibi te (ceu moris) adoptant,
In te ius etenim pro vice patris habent.
Sed tibi namque parens est naturalis, at absque
Consilio artificis vix bene natus eras.
Ille tuæ posuit matri patrique diætam,
Nascendæ soboli quæ foret apta tibi.
Mulciber & præsens tepido tunc adfuit igne,
Cui matris gremium cura fouere fuit.
Noster es hinc meritis in te pro talibus, ante
Quam poteras, vitæ munere, luce frui.
Fertilis aureolos crescente ætate propages
Fœtus, atque tibi sint rata vota Midæ.
Vt, quæcunque tuo dignaberis, Auree, tactu
Aurea mox fieri impura metalla queant.
Parue puer, magnam vegetando acquire figuram,
Viribus & sumptis nobile robur habe:
Vt Basilisci instar, quæ sunt aduersa, necando
Sic virtute potens assimilare tibi.

Filio Philosophorum natiuitatis gratulatio.

Midæ vota Tincturæ conueniunt.

Trecentesima tertia authoritas; est *Dyas Chymica Tripartita* H.C.D. Francofurti apud Dn. Lucam Iennis habetur.

Trecentesima quarta authoritas; est *Hortulus Hermetico-Spagyricus*, cum centum & sexaginta æneis figuris; apud eundem Dn. Lucam Iennis.

Trecentesima quinta authoritas; est *Tripus Aureus* D. Maieri; apud eundem Dn. Lucam Iennis Francofurti ad Mœnum.

Trecentesima sexta authoritas; est *Musæum Hermeticum:* Francofurti apud Dn. Lucam Iennis.

Trecentesima septima authoritas; est *Viridarium Chymicum*, apud eundem Dn. Lucam Iennis.

Trecentesima octaua authoritas; est *Nucleus Sophicus*, Liberii Benedicti, apud eundem Dn. Lucam Iennis.

Trecentesima nona authoritas; est *Tractatus Posthumus, siue Vlysses*, Doctoris Maieri, apud Dn. Lucam Iennis. Item, *Septima Philosophica*, D. Maieri. Item, *Lusus Serius*, D. Maieri. Item, *Tractatus de Circulo Physico Quadrato*, D. Maieri.

Trecentesima decima authoritas; est *Philosophia nostra reformata*, apud eundem Dn. Lucam Iennis.

Trecentesima vndecima authoritas; est *Sylloges memorabilium Medicinæ & mirabilium* Naturæ *Arcanorum*, Centur. 8. Iohan. Rudolphi Camerarii.

Trecentesima duodecima authoritas; est *Correctio Fatuorum*: Item, *Semita semitæ Philosophica*.

Trecentesima decimatertia authoritas: est *Auicennæ tractatulus de Alchymia*: Item, *Rachaidibi de materia Lapidis*.

Trecentesima decimaquarta authoritas; est *Merlini Allegoria de Arcano Lapidis*.

Trecentesima decimaquinta authoritas; est *Expositio Epistolæ Alexandri Regis*.

Trecentesima decimasexta authoritas; est *Auicennæ de Conglutinatione Lapidis*.

Trecentesima decimaseptima authoritas; est *Aristoteles de Lapide Philosophorum*.

Trecentesima decimaoctaua authoritas; est *Liber Trium Verborum*.

Trecentesima decimanona authoritas; est *Liber Secretorum Calidis filii Iazichi*: Item, *Mariæ Prophetissæ Practica*.

Trecentesima vigesima authoritas; est *Rosinus ad Euthiciam, Liber ad Saratantam Episcopum*: Item *Liber eiusdem definitionum*.

Trecentesima vigesima prima authoritas; est *Allegoria super Turbam*: Item *Exercitationes in Turbam*.

Trecentesima vigesima secunda authoritas; sunt *Ænigmata ex visione Arislei*.

Trecentesima vigesima tertia authoritas; est *Turba Philosophorum*: Item & *alterum Exemplar Turbæ Philosophorum*.

Trecentesima vigesima quarta authoritas; sunt *Tredecim Propositiones, & maximæ artis Chymicæ, ante Turbam præmissæ*.

Trecen-

Trecentesima vigesima quinta authoritas; est *Incertus ille Author de Arte Chymiæ, cuius tractatus in fine Artis auriferæ Volumine secundo.*

Trecentesima vigesima sexta authoritas; est *Bernhardi Treuirensis responsio ad Thomam de Bononia de mineralibus, & Elixiris compositione, Roberti Vallensis Tabulis illustrata.*

Trecentesima vigesima septima authoritas; est *Liber de Arte Chymica incerti Authoris*, nunquam hactenus in lucem editus, Vide volumen secundum Artis Auriferæ;

Trecentesima vigesima octaua authoritas; est *Rosarium cum figuris:* Item *Rosarium Arnaldi:* Item *Arnaldi Nouum Lumen: Flos florum ad Regem Aragonum:* Item *Arnaldi Epistola super Alchymia ad Regem Neapolitanum.*


Trecentesima vigesima nona authoritas; est *Rogerius Bachon Anglus, De mirabili potestate artis & naturæ.*

Trecentesima trigesima authoritas; est *Lullij vltimum Testamentum:* Eiusdem *Elucidatio Testamenti* totius ad Regem Odoardum. Item eius *Potestas Diuitiarum*, cum optima Expositione *Testamenti Hermetis.* Item *Compendium eius magicæ, quoad compositionem Lapidis.* Idem *Lullius de Lapide & oleo Philosophorum.* Eiusdem *Modus accipiendi Aurum potabile.* Eiusdem *Compendium Alchymiæ & naturalis Philosophiæ.* Item eius *Lapidarium.*

Trecentesima trigesima prima authoritas; est *Alberti Magni Secretorum tractatus.*

Trecentesima trigesima secunda authoritas; est *quædam abbreuiatio de Secretis secretorum Ioannis Pauperum.*

Trecentesima trigesima tertia authoritas; sunt *Arnoldi Quæstiones de arte transmutationis Testamentum.*



IOANNIS-DANIELIS MYLII PHILOSOPHIÆ ET MEDICINÆ DOCTORIS,

ANATOMIÆ AVRI

Siue

TYROCINII MEDICO-CHYMICI,

PARS IV.

De vsu Auri potabilis Medicinali tam communi quam Philosophica.



D. *Antonius in Anglia, refert talia de suo Auro potabili:* Nostra Medicina est in triplici forma vel differentia, ne quis erret in nominibus vel administratione eius.

Prima Forma; quando auri solutio facta est suo proprio menstruo, tum menstruo detracto vsque ad consistentiam gummi liquidi coloratissimi (vt Lullii vtar verbis) & vnctuosissimi, affunditur spiritus vini, qui hinc tingitur colore ruberrimo, & separatis fæcibus albis manentibus in fundo, conseruatur per se in vitro, vocaturque Tinctura Solis Medicinalis. In qua forma potest transmitti & gestari etiam ad remotiora loca leuiore onere, & absque sui corruptione diutissimè est perdurans: Atque hanc constituimus primam formam.

Secunda forma; Accipitur iam huius Tincturæ vncia vna, diluitur cum

cum vnciis ſedecim vini potentis,aut Hiſpanici,aut alterius albi: Tūc nominatur illud Aurum potabile, cuius toties fecimus mentionem. Et cochlear vnum aut duo pro vice, vel etiam vnciam vnam in prædictis morbis adhibuimus,aut adhiberi debere ſtatuimus: Sit hæc ſecunda forma.

Tertia forma eſt; Cum ſpiritus ille vini ita tinctus ruberrimo colore, lento Aqua balnei abſtrahitur, dein vitrum transfertur ad cineres,& ediſtillatur phlegma ad ſiccitatē materiæ: Tum denuo recens ſpiritus vini ſuperfunditur; materia ſoluitur: Humiditas vt ſupra ediſtillatur,donec materia ſicca ſit vt perſetur: rurſus fæces in vitro remanebunt; Iſtudque opificium toties repetitur,ſegregatis ſemper ſubſidētiis ac fæcibus, donec nullæ amplius fæces in ſolutione remaneant. Tum demum materia ad ſummam puritatem reducitur, & eſſentia Auri nuncupatur. De qua duo aut tria grana, aut amplius pro morbi ratione,cum aquis aut liquoribus accommodatis adminiſtrare ſum ſolitus.

Qui itaque deſiderauerint de hac Aurea Medicina habere aut vſurpare, poterunt eam vel vt Aurum potabile, vel vt Tincturam auri medicinalem,vel vt eiuſdem eſſentiam à nobis accipere,& ſuis vſibus diuerſis accommodare. Aurum potabile cum vino mixtum in omnibus morbis abſque vlteriori permixtione aut additione,ſatis eſt conueniens in noſtris regionibus,vbi(cum temperatior ſit aër etiam æſtiuus) in vino datum eſt affectibus calidiſſimis, in quibus plerumque exoptatum refrigerium poſt id magis quam poſt illa Iulapia, aut cremores,liquores,aut aquas ex violis, hordeo, amygdalis & ſimilibus ſecutum eſt: Vt patet ex noſtris & aliorum experimentis. Nihilominus vbi aër intentior & conſuetudo loci,aut Medici præſentis diſcretio ſuaſerit,tentari poterit hæc mixtura, cum aquis appropriatis, aut in eis omnino miniſtrari. Vbi vero æſtus vehemens, vel aliàs morbi aut perſonæ neceſſitas requirit, vſus erit crebrior & aptior Tincturæ ac Eſſentiæ: quia vtraque cum aliis pro libitu permiſceri poterunt; nempe cum frigidis & appropriatis: Tinctura cum liquidis pro arbitrio ſumptis.

Duplex itaque vſus; primo in ſanis, ſecundo in ægris, vt duplex Medicinæ practicæ finis, aut ſanitatem præſentem conſeruare, aut amiſſam reſtaurare.

De vſu Auri potabilis in ſanis.

Multi Medici in eo conueniunt, quod *Aurum potabile* ad ſanitatem cuiuſque conſeruandam in quacunque temperie corporis humani, ſit vtiliſſimum: Quod imminentes morbos prohibeat: cor, ſpiritus vitales, & vires reſtauret, ſanguis boni generationem adiuuet: atque hinc virile ſemen augeat, & ad generandi actiones in vtroq; ſexu mirifice faciat, ſterilitatem remoueat, abortũ in fœminis præcaueat, partum acceleret, canos retardet, ſenium immaturum im mutet, iuuentutem vegetiorem inducat & conſeruet. Hæc adeo ſunt nota, partim ante dictorum rationibus, partim propriis & ſecretis experientiis, vt nulla hic probatione indigeant. Ad hæc ab Epilepſia, Apoplexia, Lepra, Hydrope, Cancro, Arthritide, Febribus omnis generis, tam iuuenes quam ſenes ex parte præſeruat. Et in ſumma omnibus affectibus ſeu morbis à materiali cauſa orituris, quocunque nomine appellentur reſiſtit, & materiam antecedẽtem, & ex qua generari poſſent, ſubtrahit per vias naturæ conuenientes. Hi, qui ad ſanitatem conſeruandam eo vti volunt, ſaltem ſimpliciori modo, id aſſument: Nempe ſi id fieri poſſit aut libeat in lecto: ſin minus extra, pro vice cochlear vnum ad duo ieiuno corpore, quo ſæpius eo melius. Si enim quiſquam id ſibi vtile fuiſſe ex bina vel terna aſſumptione ſentiat, eius Doſin vel augere vel minuere poterit. Nihil enim periculi eſt in aucta Doſi, modo omnem mediocritatem non excedat: Vt eſt in croco, Theriaca & aliis cordialibus aut purgantibus. Si quis enim vna hora aut altera ante prandium aut cœnam, aut etiam veſperi dormiturus (conciliat enim ſomnum, & digeſtionem abſoluit) eadem quãtitate aſſumat, pro neceſſitatis aut inſtituti ratione: In eo non peccabit. In morbis, qui ad motum Lunæ reguntur, præcauendis, vt Epilepſia, menſium Inordinatione ſuis temporibus: contra illam tribus aut pluribus diebus ante Nouilunium & Plenilunium, cõtra hos, quibus diebus inſtare ſolent. Quod ſi vero quis vt euidentius operetur, non erit contentus hac ſimplici aſſumptionis forma, ſed cum quibuſdam ex proprietate morbum præcauendum reſpicientibus vti malit, vt ante dictum ex Medici præſentis conſilio, eiuſmodi quod libet, adiungat.

De vſu Auri potabilis in ægris.

In ægris Doſis eſt eadem, aut paulò maior, vel etiã minor, pro perſonarum

sonarum & morborum respectu: Communiter datur cochlear vnum de Auro potabili: guttæ aliquot de Tinctura permiscenda liquori: gran. duo aut tria de Essentia. Vbi dosis maior necessaria sit, duplicãda est, aut triplicanda simplex, seu duo cochlearia vel tria, vsque ad vnciam vnam de Auro potabili dantur: De Essentia, ad grana quatuor ad sex: De Tinctura eodem respectu. In extremè debilitatis aut nauseabundis, primo dimidia Dosis, vel tertia pars eius sufficit, quæ deinde augenda pro viribus, quemadmodum hæc omnia ex ante relatis exemplis satis clarè apparent: conuenit etiam infantulis essentia Auri: accipiatur eius granum vnum, soluatur in lacte muliebri si placet: Huius mixturæ pauxillum, & postea plus, securè datur secundo aut tertio post partũ die: atque æque secure potabile Aurum in mediocri quantitate cum liquore mixtum.

Singulis horis, binis aut trinis, interiectis, iuxta morbi exigentiam secure repetitur Medicina pro libitu toties, donec effectus speratus consequatur, morbus decrescat, viresque augeantur. *Quoties.*

Datur omni tempore, mane plerunque ieiuno stomacho, aut duabus horis sub prandium aut cœnam: Etiam in nimis repleto ventriculo, post epulas contra indigestionem: Digestionem enim absoluit & morbos præcauet, qui ab indigestione proueniunt. Ad conciliandum somnum noctu datur, aut alias vrgente necessitate, quacunque hora. *Quando.*

Effectus huius Medicamenti sunt: Cordis corroboratio, spirituum vitalium atq; ipsarum virium infirmarum instauratio, idque semper quantũ homini possibile: ꝙ tam astantibus quam ægro innotescit, & ex somno leuiori insequente vtplurimum: velut etiam ex doloris mitigatione, vel symptomatum vehementiũ sedatione percipitur. Sæpe sudor superuenit: Nonnunq̃ vomitio: Aut vrinæ copiosa emissio: aliquãdo licet rarius, alui subductio: eaq; ꝓ morbi, partiũ, & ægri differẽtia ex naturę motu, q motus hoc medicamẽto adiuuatur, cõtingũt. *Effectus.*

Atq; hæc de simplici eius administratione sufficiunt; verum etiamsi hæc Medicina sua virtute ad quoscunq; morbos curãdo ex Dei gratia multũ præstet auxilii, veluti ex adductis exẽplis, vbi rarissime quid aliud præter hoc adiectum est satis constat: Tamẽ cũ sit diuersitas ingeniorum, naturarũ, morborum, temporum, locorũ & gentiũ, & suus cuiq; mos laudabilior videatur, ne accusemur ab aliis, tanq̃ omnium aliorũ pharmacorum vsum negligamus aut contemnamus: nos prout

antehac sæpe protestati sumus, committimus hanc Medicinam quibuslibet rationalibus (non inuidis) dogmaticæ sectæ artificibus & Medicis, vt pro suo arbitrio & iudicio, quæ videbuntur ex vtilitate ægri futura remedia, huic adiungant & vsurpent, quemadmodum in aliis magnis medicinis factitatum fuit. Illis enim nihil præscribimus, nec quicquam contra rationem aut methodi ordinem imponimus: Dum tamen nostræ medicinæ operationem, non interrumpi aut impediri patiantur ab aliis. Hi nouerunt, vbi præsentes sint, qualia, qua quantitate, ordine & loco, cui morbo, & ægro cuique conueniãt, aut non, quid faciendum, quid omittendum fuerit. At vbi eiusmodi non sint ad manum, veluti in prædiis aut iure, aliisve locis, nos breuem quandam admonitionem hinc addemus.

Notum est Medicis, qui Chymicos libros vel leuiter attigerint, iisque non omnem fidem (veluti quidam increduli præpostere faciunt) abrogarint, quid de effectu, efficacia & vsu Medicinæ illius vniuersalis multis in locis incãtatum sit; ita vt à nobis eius rei testimonia produci non sit opus. Ea medicina, vt antehac confessi sumus, supremum suum finem consecuta sit. In mineralibus enim non solum humanis corporibus, suos laudabiles effectus exerit: vt patet ex illis Raymundi verbis: *Quinta essentia Auri remanebit in fundo vasis purißimi & separata, spissa admodum mellis siue gummi coloratißimi & vnctuosissimi, valens mirabiliter ad omnem humanam scilicet & Alchymisticam Medicinam.* Hæc autem nostra non tam sublimem in gradum est exaltata, sed saltem humanorum corporum curationi est destinata. Veruntamen cum vtraque, quicquid laudabilium virtutum habeat, ratione aureæ formæ æquatæ & temperatissimæ possideat, (quum ab aureo fonte & fundamento vtraque deducta sit) hinc non immerito eundem vsum huic nostro Auro potabili, quem Lullius suo Lapidi aut Medicinæ, asscribendum putamus. Si enim causa agens & effectus conueniunt, & non sunt genere dispares, quis de vsu disputabit? Quicquid igitur Lullius in libro Mercuriorum, cap. 26. de modo administrationis suæ Medicinæ seu Aquæ aureæ, seu Lapidis dixit, huc adducendum non abs re censemus, cum differentiam quandam specialem vsurpãdi hanc Medicinam præscribat, quæ hoc loco necessaria est. Multa sua verba in pauca contraham: Sanis igitur ad conseruandam valetudinem hoc regimen instituit: *Misce cum quãtitate vini albi, & da Phlegmatico in Hyeme:*

si est

si est cholericus, da cum aqua simplici: & Melancholico, da cum brodio: & si est sauguineus, in vino albo simplici. Et erunt securi ab omni ægritudine & rectificati contra qualitatem temporis. Et si vis dare infirmis, sit mixtura efficacior. Nec cures cognoscere infirmitates (inquit ille) *quia sapiens Natura per suum instinctum, dedit virtutes lapidi dissoluto ad rectificandum seipsam. Fili, ista Medicina habet potestatem contra infirmitates calidas & frigidas, naturales & accidentales.* Hæc & alia Lullius de vsu huius Medicinæ prodit: quæ nos huic negotio apprime conuenire, ab experientia ipsa didicimus. Tamen ad symptomata magis vrgentia quæque respici interdum debere nos agnoscimus, quæ nonnunquam patientem in præsentissimum vitæ discrimen præcipitant. Qualia sunt virium imbecillitas, vigiliæ, æstus, rigor, fluxus alui, fluxus vteri, appetentiæ deiectio, delirium, sitis, & his similia. Hæc omnia & alia huiuscemodi ex Dei nutu hac vnica Medicina mitigata fuerunt, etiam primis vicibus repetitis. Nihilominus multa adduci possunt appropriata & conuenientia cuilibet morbo. Quod si igitur æger tanta materiæ copia grauetur, vt etiã per aluum eductio eius adiuuanda sit, Eccoprotica & leuiter aluum subducentia, pro cuiusque delectu approbamus. Interdum morbus per vrinam aut sudorem euacuari desiderat: Quod vtrumque licet ab Auro potabili effectum detur, tamen in casu hæc excretio iuuari posset: si sit alui profluuium, aut dysenteria in intestinis inferioribus, ad quæ Medicina per os sumpta non ita penetrare posset, & antequam descendat rapiatur è venis, clyster conueniet abstergens cum abstrictione: Somnus cum sit reparandis viribus maxime requisitus, & interdum à dolore, fumis calidis & siccis cerebrum petẽtibus, catarrho & aliis causis impediatur, ad hunc inprimis respiciendum. Quilibet virtute huius medicamenti occulta sæpissime concilietur, tamen si opus sit adiuuetur. Sanguinis missio opportuna non negligenda: cætera discretioni vsurpantis committimus. Idem ille Antonius Anglus tales effectus de suo Auro potabili enarrat.

1. Hoc Aurum potabile abortum in mulieribus prohibet, sanumque fœtum edere facit, viuum conseruat, mortuum vero expellit.

2. Alui fluxum continuum sedat, ab vno cochleari ad quatuor vel quinque, etiam si necessitas requirit ad tredecim singulis diebus vel alternis.

3. Appetitum amissum reducit, corpus obstructu, fluxum dysentericum cum febri ardente cohibet, somnumq; inducit, ardores corporis item coercet.

4. Asthma cum tussi & diuturnum affectum pulmonum grauissimum, cum sputatione purulenta in tabem & corporis consumptionem deuentam assiduo vsu perfecte sanat.

5. Calculi est præcautio, dolorique capitis succurrit acerrimo, amissam quærelam, paralysin pedum ac manuum redintegrat.

6. Colicum dolorem, cordis palpitationem, dysenteriam malitiosam, suffocationem & epilepsiam matricis; Item melancholiam hypochondriacam reparat, non solum apud seniores, sed etiam apud infantulos habet locum.

7. Delirium cum maligna febre & congelatione curat, vermes oblongos, teretes ae viuos expellit, Dosis ℥j.

8. Cordis tremorem & cordis dolorem, pristinæ sanitati restituit in spatio duorum dierum.

9. Conuulsiones cum paralytico stupore, item sensuum diminutionem restituit, melancholicamque materiam eiicere facit.

10. Causon, item cruciatus intolerabiles mitigat.

11. Fluxus sanguinis, fluxus dysentericos, paroxysmum epilepticum & delirium restaurat, maciem corporis reficit; datur etiam infantibus non supra quatuor menses.

12. Debilia corpora confortat, casus desperatos tam in senibus quam in iunioribus tollit, vitam ac vires recipere facit.

13. Diarrhæam cum vehementiori vomitione restituit, dysenteriam, paroxysmos, podagricos, vermes infantum, morbillos ac variolas, nimium menstruorum fluxum & matricis affectus conuincit.

14. Difficultatem despirationis ex inueterata obstructione viscerum, nutritionis & thoracis restaurat.

15. Datur in Epilepsia.

16. Epileptico item paroxysmo.

17. Curat Exanthemata.

18. Febrim malignam.

19. Febrim Causon.

20. Febrim ardentem.

21. Febrim Quartanam.

22. Febrim continuam.
23. Febrim continuam ardentem.
24. Febrim acutam ardentem; febrim quotidianam.
25. Febrim tertianam, febrim Epidemicam.
26. Feb im post infelicem partum.
27. Febrim Epidemicam cum conuulsionibus.
28. Gonorrhœam, item gonorrh. cum macie corporis.
29. Hepatis ac lienis obstructines cum humoribus malignis.
30. Hydropem.
31. Intestinorum excoriationem.
32. Loquelam amissam.
33. Maniam.
34. Marasmum ex morbo. Matricis affectus.
35. Matricis suffocationem.
36. Menstrua immodica, membrorum tumorem.
37. Morbos maligni moris. Morbos chronicos.
38. In morbo datur caduco etiam moribundis.
39. In morbis reciduis.
40. Nauseabundis.
41. Curat Oedema; tollit obstructiones viscerum.
42. Obstructiones viscerum cum hydrope resoluit.
43. Paralysin, & Paralysin linguæ restituit.
44. Partus difficultatem tollit.
45. Curat pestem.
46. Pestem respicit in prægnantibus.
47. Corrigit prægnantium symptomata.
48. Podagram, & symptomata puerperarum abigit.
49. Adhibetur ad renum debilitatem.
50. Sanguinis profluuium.
51. Sanguinis cum vrina stillicidium.
52. Scorbutum.
53. Spasmata.
54. Stranguriam.
55. Stuporem.
56. Tabem cum tussi. 57. Tormina.
58. Tumores, tussim vehementem. 59. Variolas.

60. Ventriculum ab inedia contractum.
61. Ad omnis generis vermes ad vnciam vnam.
62. Veternum.
63. Vigilias.
64. Virium debilitationem.
65. Vomitus.
66. Vomitus cum animi deliquio.
67. Vrinæ ſuppreſſionem.
68. Vrinæ ſtillicidium, &c. *Hactenus D. Antonius Anglus.*

Hic notandum eſt præterea de *vſu Auri*, nempe quando varii varie præparant aurum, variatio etiam exiſtit in *vſu ac doſi*, ſic ex quolibet proceſſu vulgari ſingularis conſtat vſus atque effectus, vt Alkoholis ſolis Baſilicæ Chymicæ lib. 1. cap. 2. fol. 8. Doſis eius eſt granorum triũ ad quatuor, *pro mouendo ſudore*, cum ſuis appropriatis & vehiculis ordinatum. In eadem pagina ad finem datur *Solis ceraunocryſi* granum vnum ad duo, vt *Diaphoreſin* præſtet. Puluis alius eſt *Diaphoreticus*, cuius etiam Doſis eſt granum vnum ad tria, In eadem Baſilica Chymica lib. 1. cap. 2. fol. 10. ad finem paginæ. Præcipitati *Doſis* eſt eadem Baſilica Chym. fol. 11. Alia Doſis præcipitati fol. 12. *Bezoarticum ſolare* in Doſi vide fol. 13. & 14.

Pulueris Solis purgantis vſus eſt in *Podagra, Lepra, Hychoſtiſi*, cum *Doſi* in granis v. & ſcrupulo ſemis Theriacæ, vide eadem Baſil. fol. 15. *Doſis* præcipitati Solis cum Mercurio, eiuſque vſus deſcribitur eadem Baſilica fol. 15.

Doſes & vſus de Aurificis præcipitatis & pulueriſationibus vide in dicta Baſilica Chymica lib. 1. fol. 16. 17. 18. 22. 23. 24. 25. 27. Tincturã, Eſſentiarum ex auro vſus ac doſes, vide eadem Baſilica lib. 1. fol. 47. 52. 54. 55. 61. 62. 65. 66. 67. &c.

Auri ſoluti vſus ac doſis videre eſt eadem Baſil. Chym. fol. 69. 72. 73. 74. 75. 78. 79. 81. 82. 83. 84. 85. 89. 90. 92. 93. &c.

Olei ex auro vſus ac doſis eadem Baſilica Chym. fol. 95. 105. 106. 107. 109. 111. 112. 113. 114. 115.

Panacæarum vſus ac doſis videtur in eadem Baſil. Chym. fol. 117. 119. 121. 127. 129. 131. 132. 133. 136. 138. 141. 142. 146. 149. 151. 153. 160. &c.

De Laudanis, eorum vſu ac doſi vide etiam Baſilicam fol. 161. 163. 165. 169. 170. 175. &c.

Modus

Modus accipiendi Aurum potabile secundum Raymundum Lullium Philosophicum.

Dico igitur primo, quod *Aurum potabile prodest Allopeciæ*, si sumatur cum aqua Fumariæ, aut cum myrobalanis chebulis condietur.

Prodest *Casui capillorum*, si sumatur cum aqua melissæ.

Remouet canitiem, & facit oriri capillos nigros, si sumptum fuerit cum aqua Betonicæ, aut confectione Theodor. Anardi.

Pustulas capitis, furfuris, capillorum tineam, pediculos & cæteras infectiones capitis tollit, si sumatur cum aqua maioranæ.

Dolorem capitis vniuersalem, & dolorem capitis propter ascensiones vaporum: Et omnem dolorem capitis, vt *Hemicraneam, Vertiginem*, & σκοτώματα sanat, si sumptum fuerit cum aqua buglossæ & melissæ.

Litargiam, quæ est *ex Aposthemate in posteriore parte capitis seu cerebri subtus craneum*, cum aqua rutæ & lilii potatum: corpore prius mundificato, & materia distracta, & vniuersalibus aliis præcedentibus curat: perfecta præstat curatione, sic *corruptionem memoriæ*, & *somnum innaturalẽ*, & *stuporem qui est ex diminutione sensus ac motus impediens conuersionem spiritus ad neruos* cum aqua fœniculi, appii & acori ana & confectionis Anacardinæ ℥ ij. *Auri potabilis granum vnum, curat perfecte has omnes ægritudines: Vigilias* vero superfluas, cum aqua facta ex seminibus papaueris albi & lactucæ perfecte curat.

Maniam vero & *Melancholiam*, quæ sunt *corruptiones animi* cum aqua Borraginis, & *omnes has desipientias*, in eodem instanti curat, & similiter *Amorem qui dicitur* Ἐρωτικός, *Phrenesim verò quæ est Apostema calidũ in panniculis cerebri generatum*; curat perfecte, si particularibus conuenientibus præcedente phlebotomia *Aurum potabile* administratũ fuerit, cum aqua florum Nenupharis, vel florum Myrtillorum.

Miro modo in pristinam reducit sanitatem *Incubum*, quod est *phantasma in somniis comprimens corpus, & aggrauans, & morbum, & loquelam prohibens*, facta purgatione *Aurum potabile* sumptum cum Electuario Diambræ & Dianthos commixto cũ aqua maioranæ celeriter sanat.

Epilepsiam etiam curat, datum cum decoctione Pœoniæ Romanæ.

Apoplexiam curat præcedentibus particularibus & vniuersalibus purgationibus, si aperto ore violenter immittatur: *Aurum potabile* cum aqua rutæ est optimum ex his remedium, ita & taliter, quod si nõ fuerit mortuus, subito excitabitur.

In *Paralysi* vero datur cum decocto primulæ veris facto, cum vino mirum habet effectum.

In *spasmo* de repletione cum aqua saluiæ cum aqua Basiliconis.

In *Tortura oris* cum decoctione Trifolii.

In *Ophthalmia & maculis*, & *coniunctura*, & *panniculo*, & *in debilitate visus*, iis omnibus passionibus cum aqua fœniculi & sileris montani datur.

In *surditate aurium:* In *tinnitu & sibilo*, & *in dolore aurium*, cum aqua herbæ sigilli Salomonis, & cum aqua hyssopi appropriatur.

In *fœtore aurium*, cum aqua Balsamitæ, apii & herbæ sigilli sanctę Mariæ applicatur.

In *Reumate* cum aqua Hyreos, in *nimio fluxu sanguinis narium* cum aqua facta ex capulis rosarum.

In Paralysi & passionibus linguæ, cum aqua saluiæ & hyssopi.

In sputo sanguinis cum aqua morsus diaboli, aut cum aqua scabiosæ, vel aqua plantaginis.

In raucedine vocis cum succo caulium rubeorum.

In Tussi cum aqua capillorum Veneris & Hyssopi.

In Phthisi cum aqua mellis & lacte.

In Empyemate cum aqua hyssopi vel aqua enulæ campanæ.

In Pleuritide vera & spuria, & in peripneumonia cum aqua capilli Veneris, aut aqua cancrorum fluuiatilium aut limatiarum aut cum aqua cucustæ.

In tremore cordis datur cum aqua basiliconis, aut maioranæ, aut aqua corticum citri, aut aqua naphtæ, aut aqua myrtillorum, aut buglossæ, aut melissæ, aut cũ bono vino aromatico, aut simpliciter cum alio mixto.

In Syncope cum aqua rosarum & vino malorum granatorum, aut cum succo corporis assati modo debito.

In debilitate appetitus datur cum aqua menthæ, aut cum aqua corticis citri. *In dolore vero & debilitate stomachi frigidi* cum decocto menthæ: In calida cum aqua rosarum, vel myrtillorum. In siti nimia cum aqua portulacæ.

In *eructatione singultus & fastidio* cum aqua betonicæ & balsamitæ.

In *abominatione, nausea & subuersione stomachi* facta purgatione; &

materia

materia fuerit calida, cum aqua rosarum datur & puluere Diarrhod. Abbatis. Et si materia fuerit frigida, detur cum decoctione cinnamomi, ligni aloës & masticis.

In *vomitu* cum succo cytoniorum: & in *vomitu sanguineo* cum aqua plantaginis & bursæ pastoris cum modico Diarrhod. Abbatis.

In *inflatione stomachi* facta purgatione, detur cum aqua pulegii, & puluere diagalangæ.

In *tortura intestinorum*, si fuerit ex veneno, detur cum modica Theriaca & aqua scabiosæ: si non, sumatur cum aqua ruthæ, in causa frigida: In causa vero calida cum syrupo Nenupharino.

In *Lienteria* bibatur cum lacte vaccino à quo butyrum fuerit extractum, & post bullitum.

In *Dysenteria* & fluxibus ventris, cum aqua plantaginis, aut cum aqua ferrata decocta sumat.

In *Colica* cum aqua vitæ; aut cum aqua ruthæ, vermibus, serpentibus & scarabeis cum aqua zedoariæ, aut cum aqua absynthii, aut aqua portulacæ, aut cum aqua facta ex cornu Cerui.

In *Hæmorrhoidibus & passionibus*, cum aqua radicis tapsi barbati, & cum aqua milii Solis & aqua rosmarini.

In *Mala complexione, Opilatione, Aposthemate, Hydrope* cum aqua Endiuiæ, Lactucæ, Scariolæ, Hepaticæ & rostri porcini in *causa calida*: In *frigida* cum decoctione Spicænardi, aut cum aqua Absinthii & Apii, Fol. flor. & granorum Aquæ sambuci.

In *Icteritia* cum succo Lunariæ, aut cum aqua capri folii; aut cum cero caprino. In *passionibus splenis* cum vino decoctionis ceparum, aut cum aqua fraxini & tamarisci.

In *passionibus renum, in dolore & oppilatione & lapide* cum decoctione citæ marinæ, aliàs torturæ marinæ, aut caballinæ marinæ, tribuli marini; aut cum aquis raphani, milii Solis, Alkekengi, graminis, pimpinellæ & similium, & cum puluere philantropos.

In *passionibus vesicæ, in stranguria & dysuria*: In renum vlceribus, cũ aqua plantaginis vel lacte caprino.

In *paruitate coitus*, cum aqua menthæ; in *crepatura* cum aqua vtriusque consolidæ.

In *Retentione menstruorum*, cum aqua Rubeæ, maceris & hyssopi. In *nimio fluxu*, cum aqua Plantaginis.

In *suffo-*

In *suffocatione matricis*, cum aqua arthemisiæ.

In *sterilitate mulieris*, cum aqua nephitæ.

In *difficultate partus*, cum aqua arthemisiæ, & aqua sannæ & lauendulæ.

In *retentione secundinæ*, cum aqua nigellæ, & aqua cucumeris agrestis.

Valet *Carbunculo* & *Antrace* calore proxime & ruginose, & *morbo Epidemiali* super omnia cum aqua buglossæ, acetosæ, & scabiosæ.

Prodest *guttosis, chyragricis, podagricis, artheticis, straticis, cholericis, phthisicis, pinguibus* & *carnosis*, sumptum cum aqua herbæ paralysis, aut cum aqua lauendulæ, aut cum aqua vitæ, aut cum aqua radicis acori, *patientibus noli me tangere, Herisipelatosis, Cancrosis, Apostematosis, Herpeticis, Fistulosis, Scabiosis, & malo mortuo afflictis: Et contra guttam rosaceam & morpheam, & omne genus lepræ; vt est Elephantia Leonina, Tyria, & Alopecia, & infectis post coitum leprosorum, Impetiginosis, & Pustulosis seu serpiginosis. Cum mira celeritate prodest omnibus paßionibus*; si sumptum fuerit cum aqua facta ex pede columbino & summitatibus truncorum cardonis benedicti, & buglossæ, & acetosæ, *venenis verò omnibus*, siue ante siue post, & *contra morsum animalium venenosorum*: & *contra morsum canis rabidi* indifferenter, sumptum cum aqua tormentillæ, aut cum decoctione radicum & tormentillæ, diptamni & bistortæ: Aut cum aqua scabiosæ & pimpinellæ, aut cum aqua ruthæ, aut cum aqua radicis pœoniæ, cum suprema festinantia auxiliatur.

Prodest omnibus speciebus Ephemeræ cum aqua Borraginis sumptum.

Prodest peculiariter *Hecticæ*, cum aqua Buglossæ: Item *febribus putridis, quotidianæ, tertianæ, quartanæ* cum aqua scolopendriæ, aut in principio accessionis cum aqua menthæ.

Erraticis febribus, quæ sunt de phlegmate & melancholia, mane sumptum præstat salutem & remedium: *Communibus verò febribus ex sanguine factis vt synocho, amoterio, amnastro, epigranstico, synocho & fluxum quotidianæ, continuæ, quartanæ continuæ, & febris compositis causandæ, quæ fit de maiori parte choleræ & huiusmodi sanguinis; nec non & febribus compositis continuis & hemitriteis excepto maiori incurabilis epiculationem pie clarißimi subcidit*, administret, facta purgatione, sumptum cum syrupo violarum & aqua eiusdem buglossæ & lactucæ.

Ex his omnibus animaduertendum, quod primo materia debet esse

esse digesta & euacuata, post tribuatur *Aurum potabile*, dico in ægritudinibus, quæ tremuntur, in quatuordecim diebus, aut longissime in viginti, aut creticis vnius aut plurium debet administrari post digestionem & purgationem. *In morbis peracutionalibus acutis*, quæ terminantur in die natali vel in tertio vel septimo die, vel infra, sicut est in *Antraco*, *carbunculo*, *bubone*, *squinanthia*, *colica*, *veneno & similibus* debet exhiberi in principio, non expectando digestionem. Et sic reducitur excellentia *Auri potabilis* particulariter & vniuersaliter ad vtendum singularem & particularem. Et nota quod quando sumitur *Aurum potabile* cum aqua vitæ, nobiliorem & excellentiorem facit operationem, *quia omnes spiritus soluti aquæ vitæ reducuntur ad effectum Auri potabilis*; quia vt dictum est, *Aurum potabile*, est propria Aqua vitæ. Non est igitur mirum, quia si sumatur ex Aqua vitæ, *quæ prouocat somnum & quantitatem*, *& ponatur de Auro potabili quantitas dupla*, *aut æqualis, aut media, aut fortius operabitur*. Est & melius & præclarius, quemadmodum est, *laude ipsius animæ vitæ*, *& præclariorem habet effectum* quam si non esset cum *Auro potabili*: Et eodem modo dico de aqua vitæ *confortans cor & cerebrum*: & sic in cæteris; eo quod *Aurum potabile est & res virtutis excellentis*; *Excellens omnia alia mineralia & vegetabilia, ex his medicamentis eliciuntur*: *& non oportet dare aliud medicamentum post donationem suam ipsum diuino auxilio sanat omnes ægritudines quas non possibile est aliis medicamentis sanare*; *& non est tanta cura cognitionis infirmitatum*; *quoniam discretio naturæ suo instinctu dedit virtutē Auri potabilis ab auxilio diuinæ maiestatis*, *cum bonitate suæ misericordiæ ad sanandum omnes infirmitates*, *& rectificandum ipsum cæcum*. Quantitas vero suæ administrationis sunt quæ sequuntur, nam in *magnis passionibus & extremis* debet esse quantitas vnius paruæ cochleariæ, & in mediis mediæ, & in paruis minor pars, sicut pondus vnius grani milii: Et quando sumitur cum Theriaca in quantitate designata, hæc duo luminaria faciunt admirabilem compositionem in omnibus prædictis; & quantitas Theriacæ debet esse ℥ ß. & quantitas *Auri potabilis* debet esse ℥ j. & aquarum quantitas ℥ ij. Multas etiam & alias proprietates laude dignas habet *Aurum potabile*, quoad suam virtutem, substantiam & operationem, in quibus nulla esset effabilis lingua ad ipsas; cuius substantia, nihil inueni purius, vnde tu sciens sordes non sordescit, cuius virtute nihil est actualius eius operatione; nec vtilius in corporibus

Quantitas administrationis.

ribus inuenitur. *Benedictus sit omnipotens Deus, qui bonitate suæ inspirationis, tantam in ægritudinibus curam & sanitatis conseruationem exhibuit; cui sit laus & gloria, in infinita seculorum secula, Amen.* Explicit modus accipiendi *Aurum potabile secundum Raymundum Lullium*, scriptum per Iohannem Miletum Claudianum Pharmacopolã, die vigesimo mensis Augusti, Anno millesimo, quingentesimo, quinquagesimo tertio.

De effectibus Medicinæ seu Tincturæ vniuersalis, Aurora consurgens.

Aurora consurgens capitulo vltimo sic ait: *Nunc prosequendum est de virtute, nobilitate, & effectu huius laudabilis Tincturæ Philosophicæ, quæ turris fortitudinis est à facie inimici.* Et sciendum, quod *antiqui sapientes quatuor principales effectus & virtutes in hac gloriosa thesauraria consolatrice & adiutrice scientia reperierunt.*

Primò dicitur corpus humanum à multis infirmitatibus sanare.

Secundò corpora imperfecta metallica restaurare.

Tertiò lapides ignobiles in gemmas quasdam pretiosas transmutare.

Quartò omne vitrum ductile facere, siue malleabile.

De primo consenserunt omnes Philosophi, quod *Lapis Hematites* perfecte rubificatus fuerit, non solum facit miracula in corporibus solidis; sed etiam in corpore humano: de quo non est dubium. Nam omnem infirmitatem ab intra sumendo curat, ab extra sanat vngendo. Dicunt enim Philosophi, quod si datum fuerit de eo in aqua vel vino tepido paralyticis, phreneticis, hydropicis, leprosis, curat eos. Alii sapientes dicunt, quod guttam rosaceam sæpe elidit vngendo: Hinc etiam passio cardiaca, ethica, iliaca, colica, icteritia & morbus Ægidii cum epilepsia, & omnes species febrium, per eam curantur sumendo: plerumque arthetica curatur per eam vngendo; & quicquid est in ægroto stomacho, hoc tollit: & omnem fluxum humorum peccantium stringit, & consumit potando, vel vngẽdo: omnemque melancholiam siue mentis mœstitiam ieiuno stomacho sumpta reuellit: & etiam infirmorum oculorum optima sanatrix: Nam omnem luxum lachrymarum stringit: lipposos attenuat, ruborem depellit: pellem & tunicam delendo mollificat: granum, tela, albugo, & hugo, cornu, vngula, catharacta, inuersio palpebrarum, æstus, tenebræ,

tenebræ, ac oculorum inflaturæ. Hæc omnia per Medicinam hanc Philosophicam facilime curantur. Cor & spiritualia confortat potando; dolorem capitis mitigat in temporibus vngendo: præbet enim surdis auditum, ac omni dolori aurium succurrit inflaturis: neruos compactos rectificat vngendo: dentes corrosos restaurat lauando; fœtorem anhelitus dulcorat.

Sanantur etiam per eam omnia genera Apostematum vngendo, aut emplastrando, aut puluerem siccum intromittẽdo: vlcera, vulnera, cancros, fistulas, noli me tangere, antraces, serpigines, impetigines, atraciones, scabies, pruritus & tinea per eam sanantur. Cicatrices per eam planantur, ita vt caro noua regeneretur, vinum corruptum & acidum, si permisceetur, reparatur: Calculus inde soluitur si bibatur: venenum expellit sumendo: occiduntur & vermes si impuluerisentur. Capilli subuillosi per eam vngendo remouentur: Rugas in facie & omnes maculas in facie delet vngendo, & faciem iuuenilem spondet mulieribus: In partu sumpta auxiliatur: fœtum mortuum emplastrando educit: vrinam prouocat: coitum excitat & auget: ebrietatem prohibet: memoriam inducit: humidum radicale augmentat: naturam vigorat, nec non alia bona corpori humano ministrat: Quia hæc Medicina est super omnes Medicinas Hippocratis, Galeni, & aliorum Doctorum artis Medicinæ: Præstantior in odore, sapore, virtute & effectu: Et est notandum, quod hæc Medicina semper est Medicinæ Apotheticæ ad morbũ deputatæ permiscenda.

De *secundo* scribitur, quod omnia metalla imperfecta transmutat: Hæc enim transmutatio est satis manifesta: Nam omne quod est Argentum facit Aurum in colore, substantia, perseuerantia, pondere, ductibilitate, liquefactione, duritie & mollitie.

De *tertio* scribitur, quod lapides in gemmas pretiosas transmutat, nam omnes veri Philosophi affirmant, quod omnes Iacynthi, Coralli rubei & albi, Smaragdi, Chrysoliti, Saphyri, ex ipsa materia formari possunt: Et in charta Sacerdotũ traditur, quod ex Crystallo, Carbunculus siue Rubinus, aut Topazius per eam fieri potest, qui in colore & substantia excellunt naturales. His vero lapidibus, & aliis quibus infusa fuerit hæc Medicina, præstat virtutem naturalem sua nobilitate, ita tamen quod colores deputati ad ipsos admisceantur: Nam omnem lapidem siue gemmam liquefacit & demollit.

De *quarto* ſcribitur, quod vitrum reddit malleabile immiſcendo quando liquefacit. Nam hæc Medicina eſt conuertibilis omnem in colorem: Alia vero ſunt experimenta artifici ſagaci commutanda. In Chronicis antiquis Imperatorum legitur hiſtoria admirabilis de hoc artificio, quod vitrũ reddat malleabile videlicet lapidis vniuerſalis, ſed q̃a hãc ſupra enarrauimus in centeſima vigeſima quinta authoritate, lib. 3. huius Aurificæ Anatomiæ, eo lectorẽ relegamus: quare cõſtat hoc in infinitũ, hanc Medicinam habere virtutem curãdi infirmitates hominũ, & transmutandi metalla imperfecta, lapidesq; in gemmas pretioſas, ac vitrum reddere malleabile, habet Medicina hęc glorioſa, quam omni inueſtigare fideli & pio præſtare dignetur Deus omnipotens, vnigenitusque filius Dei Dominus noſter Ieſus Chriſtus, qui cum Patre & Spiritu ſancto viuit & regnat vnus Deus per infinita ſeculorum, Amen.

Scala Philoſophorum de hac Medicina, talia in Epilogatione profert verba:

Habet virtutem efficacem, ad ſanandum omnem infirmitatem ſuper omnes alias Medicorum Medicinas: Nam animum lætificat, virtutem augmentat, ſanitatem conſeruat, iuuentutem renouat, ſenectutem retardat, &c. Vt Arnoldus dicit: Et Aurum ſic factum per Magiſterium fit potabile per accumulationem quintæ Eſſentiæ noſtræ ſuper ipſum, donec pariter inſpiſſentur: cum quibus etiam elementa aliarum rerum medicinalium poterunt in ſpiſsitudinem olei circulari: Et tunc habeatur Aurum potabile veriſsimum Balſamum Philoſophorum efficaciſſimum, quo eſt pretioſiſsimum Dei donum; Cuius nomen glorificetur hic & in æuum, Amen.

Ludus puerorum virtutem noſtræ Medicinæ tali modo deſcribit:

Modus vtendi Medicina talis eſt ſecundum omnes Philoſophos. Si vis noſtra Medicina veſcendo vti, tunc Recipe de *Elixir noſtro* pondus duorum florenorum ducatorum, ad libram vnam alicuius confectionis, & comede de iſta confectione in hyeme pondus vnius drachmæ: Quod ſi feceris, omnes infirmitates corporales, ex quacunq; cauſa ſiue calida, ſiue frigida fuerit, depellit. Et conſeruabit ſanitatem, & iuuentutem in homine, ac ex homine ſene facit iuuenẽ, & facit cadere canos crines. Item *noſtrum venenum Philoſophicum curat lepram confeſtim*: phlegma diſſoluit, ſanguinem mundificat, viſum & omnes ſenſus

sus acuit, & ingenium miro modo super omnes Medicinas Philosophorum. *Quare nostra Medicina æstimationem nō habet, quoniam omnia sunt facta propter hominem*, &c.

Rosarium Philosophorum, taliter Lapidem nostrum commendat, dicens:

In hoc completur *pretiosum Dei donum, quod est super omne mundi scientiarum arcanum, & incomparabilis Thesaurus thesaurorum.* Quia, vt dicit Plato: Qui habet istud *Dei donum, mundi habet dominium; quoniam ad finē diuitiarum peruenit, & naturæ vinculum confregit.* Non tamen ex eo quod habet potestatem conuertendi *omnia corpora imperfecta in purißimū Solem & Lunam.* Sed magis ex eo, quod *hominem & quodlibet animal præseruat in conseruatione sanitatis.* Lamina vero crystallina, quæ est *Elixir albū*, si detur in quantum granum sinapis *febricitanti*, curat ipsum. Etiam *leprosus*, si per quatuor anni tempora de eadem lamina purgatus fuerit cum puluere rubeo; vnde fit Sol bis in anno, in Martio & Septembri, curatur. Et vterq; puluis albus & rubeus sanat *Schiaticos in periculo mortis*. Sanat etiam *paralysim*; Item, si puluis teneatur ad nares in *partu laborantium* liberantur: Hoc dicit *Hermes:* Geber quoq; dicit, quod *Elixir rubeum, curat omnes infirmitates chronicas*; de quibus Medici desperauerunt, & *facit hominem iuuenescere vt Aquila*, & per quingentos annos viuere & amplius, vt aliqui Philosophi fecerunt, qui vsi fuerunt eo trib⁹ vicibus in hebdomada quantum granum sinapis. Est herba q̄ vocatur *Saturnus de canalibus*, de qua fit talis Medicina. Quare nota ꝙ omnes infirmitates quæ à vertice capitis vsq; ad plantam pedis generantur, si fuerint vnius mensis, in die: si vnius anni in duodecim diebus: si ex lōgo tēpore, in mense curantur: quia sicut curat omnia metalla infecta ab omni infirmitate, sic & humana corpora. *Quapropter noster benedictus lapis non immeritò Tiriacus maior tam corporum humanorum quā metallorum* dicitur; de quo *Hermes Rex Græcorum & pater Philosophorum* ait: de *Elixir* nostro omni die vsq; ad septem dies sumpseris pondus carrobiarum, *capilli tui cani de capite tuo cadent, & renascentur nigri, & ita de sene fies iuuenis & fortis.* *Arnoldus* dicit: *Hic lapis noster virtutem habet efficacem omnem sanandi infirmitatem super omnes aliorum medicinas Medicorum.* Nam *animā lætificat, virtutem augmentat, conseruat iuuentutem, & remouet senectutem. Non enim permittit sanguinē putrefieri, nec phlegma superdominari, nec cholerā*

aduri, nec melancholiam superexaltari; imò sanguinem supra modum multiplicat, contenta in spiritualibus purgat, & omnia corporea membra efficaciter restaurat, & à læsione custodit, & generaliter omnes tã calidas quàm frigidas, tam siccas quàm humidas infirmitates arctissimè sanat præ omnibus aliis medicinis Medicorum. Quoniam si ægritudo fuerit vnius anni sanat in duodecim diebus: si verò antiqua fuerit ex multo tẽpore, sanabit in vno mense. Et breuiter omnes malos expellit humores, bonosq; inducit: confert amorem & honorem ipsum deferentibus, securitatem & audaciam, & in prælio victoriam. Et in hoc completur secretum naturæ maximum, quod est super omne pretium pretiosissimũ secretum, thesaurus incomparabilis & pretiosissimus, quem habentibus Deus in sua mente recondat, in insipientibus patefiat. Amen dicat omnis viuens.

Clangor Buccinæ de virtute ac nobilitate Tincturæ Philosophicæ, scribit:

Et sciendum, quod antiqui Sapientes, quatuor principales effectus siue virtutes in hac gloriosa thesauri arca, consolatrice & adiutrice scientia repererunt.

Primò dicitur corpus humanum à multis infirmitatibus sanare: *Secundò*, corpora imperfecta metallica restaurare. *Tertiò*, lapides ignobiles in gemmas quasdam pretiosas transmutare. *Quartò*, omne vitrum ductibile facere seu malleabile: de his audiuimus suprà Auroram cõsurgentem.

Raymundus etiam dicit: Habet potestatem dicta medicina rectificandi omne animal, & viuificat omnes plantas in tempore veris, per suũ magnum & mirabilem calorem; quia si de illa ad quantitatem vnius grani milii dissolutas in aqua, & illam mittas in corde vnius vitis, ad quantitatem concauitatis vnius auellanæ, artificiose nascentur folia & flores, & boni rami in mense Maio, & sic de qualibet alia planta facias: quoniã sic reputatur miraculũ & contra concursum naturæ propter hoc, qui tales, ignorant potestatem talis rei, sed non est aliud quã purus calor naturalis infusus in suo humido radicali, & quia natura p suum instinctum appetit multum esse, ad plus profundũ cuiuslibet elementi vbi operatur, in multiplicando calorẽ naturalem corporis in centro, cuius ipsa est ingressa. Ideo habet potestatẽ rectificãdi omnes, & illam virtutem fixare in illis. *Et hæc est probata Medicina Philosophorum, quam omni inuestigandi fideli & pio volenti, præstare dignetur Dominus noster Iesus Christus, qui cum Patre & Spiritu sancto viuit & regnat, Deus per infinita seculorum secula, Amen.*

De


De virtute legatur & Rosar. Arnoldi lib. 2. cap. 31. fol. 296. *Virtutes etiam huius Medicinæ* describimus in lib. 1. Philosophiæ Reformatæ part. 2. *de principiis Artis Philosophicæ* fol. 56. *Modus vtendi lapidis*, & qualiter ille curet morbos, vide nostram Reform. Philosoph. in lib. 1. par. 1. *de generatione metallorum* fol. 45. Item in eadem Reformata Philosophia vide Epilogum lib. 1. fol. 352. *Lapidis Philosophici qualitatem ac proprietatem* vide lib. 2. Philosoph. Reformat. de Authoritat. Philosophor. Chymic. fol. 532. 533. *Lapidis natura*, in eadem Philosoph. Reformat. lib. 2. de Author. Philosoph. Chym. fol. 530.

Theophrastus Paracelsus ait: *Tinctura Physicorum est vniuersalis Medicina, morbos omnes instar ignis inuisibilis, quomodocunq; illi denominentur consumēs. Dosis* eius exigua valdè, sed operatio potentissima. Per eam à me *Paracelso*, curata sanataque sunt *lepra*, *lues Venerea*, *hydropisis*, *caducus*, *colica*, *gutta*, similesq; morbi: *Iterum lupus*, *cancer*, *noli me tangere*, *fistulæ*, *nec non omne genus morborum internorum*, & certius quidem, quam credibile sit, cuius testimonium exhibebunt, *Germania*, *Gallia*, *Italia*, *Bohemia*, *Polonia*, &c. Satis amplum. Hoc est Catholicum Physicorum, propter quod vitam longam prosecuti sunt omnes Physici ad resistendum morbis, & per hoc vniuersale id maxime consecuti sunt & efficacissime, iuxtaque suum arbitrium Tincturam Physicorum nominarūt. Quid enim in Medicina maius esse potest, quā eiusmodi corporis mundatio, per quam ab eo superfluitas omnis à radice prorsum tollitur, ac transmutatur? sanato namque semine, perfecta sunt omnia. *Sic excellentissimum viri Medici fundamentum erit, regeneratio naturæ, iuuentutisq; restauratio*. Ad istam regenerationem vires atq; virtutes Physicorum Tincturæ mirabiliter inuentæ sunt, & vsq; ad tempus à Spagyris veris vsitatæ secreto, nec non absconditæ. Et alibi dicit: Hinc constat Physicorū in Ægypto primorum aliquot, ac priscorum per hanc Tincturam annos centum & quinquaginta vixerunt. Ita vita multorum ad aliquot secula producta prolongataq; fuit, prout habetur in diuersis historiis apertissimè, quod nemini fermè credibile videtur. Eius namque vis tam mirabilis existit, vt corpus longius producat quam agnatæ naturæ possibile est, ac in eo gradu id firmiter conseruat adeo, vt ab omnibus infirmitatibus tutum viuat. Et licet senectam quidem habeat: apparet tamen nihilominus in primæua iuuentute constitutum.

Idem Paracelsus citatur in nostra Basilica Philosophica lib. 1. fol. 96. 97.

96.97.dicens: Plura de hoc mysterio scribere prohibitum est, & diuinæ potentiæ mãdatum: Est enim hæc ars certissime donum Dei. Quapropter non omnes eam intelligere possunt: Igitur Deus dat eum cui vult, nec sibi per vim extorquere finit, sed solus vult in hoc honorem habere, cuius nomen sit benedictum in æternum, Amen.

Idem Paracelsus in Archidoxis lib.5.de Arcanis ait: Lapis Philosophorum qui secundum arcanum existit, operationes suas in alia forma perficit, in hunc modum videlicet: prout ignis extrinsecus adurens maculatam Salamandræ cutem, hanc prorsus mundam efficit vt recenter natam: sic etiam Lapis hic Philosophorum totum corpus humanum repurgat, & mundat ab omnibus suis immunditiis, introductione iuniorum & nouarum virium, quas naturæ hominis adiungit, &c. vide de hoc etiam Consilium Basilicæ nostræ Philosophicæ lib.1.pag.98. & Consilium 24.lib.1.fol.114.&c. plenariam præterea virtutem & vsum Lapidis, pete ex nostra Reformata Philosophia: & ex Basilica Chymica, Itidem & Basilica Philosophica, quorsum Philosophos hæc appetentia relegamus. Sequitur auxilio diuino Pars Quinta.



IOAN-



IOANNIS-DANIELIS MYLII PHILOSOPHIÆ ET MEDICINÆ DOCTORIS, ANATOMIÆ AVRI

Siue

TYROCINII MEDICO-CHYMICI.

PARS V.

Quæ est Tabula scientiæ artis maioris.



PRIMO habetur in Leone nostro viridi in vase vera materia, & cuius sit coloris, quæ est vegetabilis, mineralis & animalis, & vocatur Adrop, vel Duenech, & Azoc & pluribus aliis nominibus infinitis.

Secundo & tertio habetur, qualiter corpora soluantur in argentum viuum, Philosophorum id est, in aquam Mercurii nostri, & fit vnũ corpus nouum, ita quod ista natura versa est ad aliam naturam.

Quarto habetur putrefactio Philosophorum, quæ nunquam visa fuit in diebus nostris, & est nigra.

Quintò habetur, qualiter maior pars istius aquæ facta est terra nigra & fæculenta ad modum picis mollis, & procreati sunt vermes horribiles in fundo vasis, de qua loquntur omnes Philosophi.

Sexto habetur, qualiter ista terra nigra in principio stábat super aquam, & paulatim submersa est in fundo vasis.

Septimo habetur, qualiter ista terra soluta est iterum in aquam in colore olei, & tunc aqua facta est nigerrima, & tum vocatur ouum Philosophorum.

Octauo habetur, qualiter natus est Draco in nigredine, & comedit alas suas, & submersus est, & aqua incipit dealbari, quia pascitur menstruo suo, in quo submergitur, & tunc aqua aliquantulum dealbatur.

Nono habetur, qualiter aqua mundatur à nigredine, & dealbatur in colore lactis, & multi & diuersi colores apparent, & aqua tunc remanet alba.

Decimo habetur, qualiter nigredo vel nebulæ nigræ, quæ erant super aquam, ascendunt in corpus suum vnde exiuerunt, & factus est cinis cinerum, quę est tinctura Philosophorum, siue anima lapidis descendit in corpus suum, vnde exiuit, & illa anima est aurum Philosophorum.

Vndecimo habetur, qualiter iste cinis factus est albissimus, & coagulatio facta, est principio alba, & deinde albissima, vt marmor coruscans, & istud est Elixir ad album, Medicina conuertens omnia corpora à perfectione diminuta in Lunam.

Duodecimo habetur, qualiter illa albedo conuersa est in rubedinem & cinnabrium sicut marmor coruscans rubore, & istud est Elixir ad rubeum, quia dicit Philosophus, Assate ergo ipsum per diem, donec fiat vt mormor coruscans, & eum ita fit, maximum elicitur Arcanum.

Arnoldus: patet ergo ex præmissis, quod lapis noster est de re animata, & est ex quatuor elementis, & est compositus, ex corpore & anima & spiritu, & conuertitur de natura in naturam vsque ad vltimum suæ perfectionis gradum. Dixerunt autem quidam, quod lapis noster fit ex vna re & verum est, nam totum Magisterium nostrum fit cum aqua nostra: ipsa namque est sperma omnium metallorum, & omnia metalla resoluuntur in ipsam, vt ostensum est, corpus namque conuersum est in primam aquam, & istæ aquæ coniunctæ cum aqua nostra faciunt vnam aquam mundam, claram, omnia mundans necessaria etiam in se continens.

Et ista est clara ac vtilis, de qua & cum qua perficitur nostrum Magisterium, nam corpora soluit non solutione vulgari (prout credunt

dunt ignorantes, qui conuertunt corpus in aquam nubis) sed solutione vera Philosophica, in qua conuertitur corpus in aquam putam, ex qua fit ablutio: ipsa eadem aqua corpora in cinerem transformat, & bonum hoc est maximum arcanum.

Arnoldus de Villa noua: sic etiam virtutem habet efficacem omnem sanandi infirmitatem, super omnes alias medicinas Medicorum. Nam animam lætificat, virtutem augmentat, conseruat iuuentutem, remouet senectutem, nec permittit sanguinem putrefieri, nec phlegma superabundare, nec choleram aduri, nec melancholicam superexaltari, imo sanguinem supro modum multiplicat & mundificat, contensa in spiritualibus purgat, & omnia corporea membra efficaciter restaurat, à læsione custodit, & generaliter omnes tam calidas quam frigidas infirmitates citissime sanat, præ omnibus aliis medicinis Medicorum, quoniam si ęgritudo fuerit ex multo tempore, sanat in vno mense, & breuiter omnes malos expellit humores, bonos quoque introducit. Confert amorem & honorem ipsum deferentibus securitatem & audaciam, & in prælio victoriam, & in hoc completur hoc pretiosissimum secretum, thesaurus, incomparabilis & pretiosissimus, quem habentes in sua mente recondant, ne insipientibus patefiat.

Ex libro Dono Dei: Et in hoc completur pretiosissimum donum Dei, quod est super omnes mundi scientias arcanum, & in hoc incomparabilis Thesaurus thesaurorum, quia vt dicit Plato, qui habet istud donum Dei, mundi habet dominium, quoniam ad finem diuitiarum peruenit, & naturæ vinculum confregit. Non tamen ex eo quod habet potestatem cōuertendi omnia corpora imperfecta in purissimum aurum vel argentum, sed magis ex eo quod hominem & quodlibet animal proseruat in conseruatione sanitatis. Lamina Crystallina, quæ est Elixir ad album, si detur quantum granum sinapis febricitanti, curatur. Et curatur etiam leprosus, si per quatuor tempora anni de eadem lamina purgatus fuerit, liberabitur. Et si ex Elephantia purgatus fuerit, liberabitur, cum puluere rubeo, vnde fit aurum, bis in anno, in Martio & Septembri curatur. Et vterque puluis albus & rubeus sanat sciaticos in periculo mortis, sanat etiam Paralysin. Item si puluis teneatur ad nares mulieris, in partu liberabitur: hoc dicit Hermes.

Geber dicit, quod elixir rubeum curat omnes infirmitates cronicas, de quibus Medici desperauerunt, & facit hominem reiuuenescere vt aquilam, & per 500. annos viuere, & amplius, sicut aliqui Philosophi fecerunt, qui vsi fuerunt ex eo tribus vicibus in hebdomada quantum granum sinapis, & est herba quæ vocatur Saturnus de canalibus, de qua fit talis medicina, vnde omne simile augmentat sibi simile, & omnes species gaudent, cum sua specie, & omne genus cum suo genere lætatur. Quare nota, quod omnes infirmitates, quæ à vertice capitis vsque ad plantam pedis generantur, si fuerint vnius mensis, in die vna, si vnius anni, in 12. diebus, si ex longo tempore, curantur in vno mense, quia sicut curat metalla imperfecta ab omni infirmitate, sic & humana corpora. Quapropter benedictus lapis non immerito Theriaca maior tam corporum humanorum quam metallorum dicitur: de qua Hermes Rex Græcorum & pater Philosophorum, sic ait: de elixiri nostro sumptum omni die vsque ad 3. dies sumptis ponderibus trium carobiarum capilli tui de capite cadent cani, & nascentur nigri, & ita de sene fies iuuenis & fortis, & si vis vt homines tibi obediant, fac de prædicto auro annulum, & de herba sui nominis, in quo pone lapidem album vel rubeum, & ibis securus quocunque ieris.

In lib. Anaxagoræ. Ergo non mireris neç sis incredulus, quæ dicta sunt superius, qualiter metallum infirmum & non habens pondus nec stabilitatem in igne, per hanc medicinam habeat pondus & stabilitatem in igne, quo medicina hoc facit propter eius stabilitatem & potentiam. Nam purgat, omne superfluum reiicit, & quod remanet iustificat & facit, conseruat & reducit ad veram perfectionem, & facit igne pati, idque non timet, nec potest corrumpi ad ignem, nec in eo consumi & dissipari, prout principio faciebat, & ita ista medicina debito modo à corporibus humanis, patientibus assumpta, à quauis infirmitate ipsa purificat & ad sanitatem perfectam reducit, itaque nullo modo patiuntur, nec pati possunt. Nam possibile & verisimile est, sicut purgat corpora metallica infirma, & ad veram sanitatem & perfectionem reducit, ita potest facere in corporibus humanis, & hoc totum fit nutu Dei, & nisi Deus noster Iesus Christus aperuisset hoc maximum secretum suis prophetis, esset impossibile hoc credere, nisi etiam videretur. Et quia vidi & tetigi, &

mani-

manibus meis feci, ideo certissimus sum, & ita affirmo hanc inæstimabilem medicinam veram & possibilem fieri,&c.& scias quod post Deum nulla est alia medicina, quia omnia facit mirabilia, quæ dici possunt in hoc mundo.

Senior sapiens dicit, quod omnis color non est nisi de Deo, & quod omnis tinctura à suo simili procedit. Ali⁹ similiter dicit:omnia autem rerum nomina & omnes similitudines nulla de causa ab antiquis variantur, n si vt vos nō intelligatis, quod huius rei principium super suum finem testificatur, & suus finis super suum principium, & vt sciatis,quod hoc totum non est nisi vna, quæ scilicet patrem habet ac matrem, & eius pater & mater eam nutriunt & pascunt, nam ipsa medicina,vel elixir à suo patre atq; matre aliquo modo differre, sententia quoque, dixit, quomodo fieri potest,quod species à suo genere tingatur. Philosophus, si multum dixi verum est, quæ ex eo processit,in eum reuertetur. Hortor ergo vos quod non sitis pigri ad tantum thesaurum perquirendum, nam ex hoc poteritis vobis & amicis vestris sanitatem conseruare, diuitias & possidere, inimicos & superare amicos, animam ad sanctorum consortia sublimare, quæ nobis concedat Deus, qui viuit & regnat per omnia seculorum secula, Amen.

Incipit descriptio primæ picturæ. Hic stat Rex, qui fuit depictus corona rubea & tunica virdi, quam dimitto in figuris depictam & etiam significandam in scripturis.

Rex depictus: veni dilectea mea & amplectemur & generabimus filium nouum, & non assimilabitur parentibus. Rex ergo, cuius caput est rubeum,oculi nigri, pedes albi, est magisterium: Regina similibus coloribus depicta: ecce venio ad te & sum paratissima talem concipere filium, cui non est similis in mundo, & nascitur in duobus montibus, arboribusque.

Pictura: inter regem & Reginam est phiolá cum floribus viridis coloris, circa quam sunt hæc verba: Medicina solum composita est ex natura.

S. Thomas: est autem noster lapis aqua grossa, agens autem calor aut frigus, congelans illam aquam. Idem: & credas pretiosiores esse lapides, qui procedunt ab animalibus quam alios.


COITUS.
VENI DILECTA MEA ET AMPLECTEMUR, ET GENERABIM, FILIUM
NOVUM, QUI NON ASIMILATUR PARENTIBUS.
Pater eius Sol.
ECCE VENIO AD TE ET SUM PARATISSIMA TALEM CONCIPERE
FILIUM, CUI NON EST SIMILIS IN MUNDO.
Mater eius Luna.

Lumen luminum: nullum tamen genus lapidum poteris præparare absque Duenech viridi & liquido, quod videlicet in mineris nostris nascitur.

Rhasis Philosophus: fili contemplare altissima montana, quæ sunt à dextra & sinistra, & ascende illuc, ibi lapis noster inuenitur, & in illo monte, qui fert omne genus pigmentorum & specierum similiter ex minera.

Malcameh: lapis qui in hoc opere necessarius est, de re animata est, hunc inuenies vbique in planitie, & in montibus & aquis, habent eum tam diuites quam pauperes, estque vilissimus atque carus: crescit ex carne & sanguine, quomodo pretiosius omni scienti illum.

Arnoldus: ô benedicta viriditas, quæ generas cunctas res, natura benedicta, & benedicta est tua operatio, quia de imperfecto facis perfectum; idcirco non assumas ipsam naturam, nisi puram, mundam, crudam, amęnam, terream, synceram, & rectam, si vero secus feceris, non proderit quicquam.

Speculum: scias fili charissime, quoniam qui non habuerit ingenium naturale, & animam perscrutantem subtiliter principia naturalia & naturæ fundamenta & artificia, quæ consequi naturam possint in suę actionis proprietatibus, non inueniet huius pretiosæ rei veram radicem.


Speculum Philosophorum scientiæ maioris: Medicina nostra solum composita ex natura.

Turba Philosophorum: accipe animal quod dicitur Kenkel, quoniam tota eius aqua tirius coloris est, & regit eam.

Iohannes Anglicus: idcirco non sumas ipsam naturam, nisi puram, mundam, crudam, amœnam, terream, synceram, & rectam: si vero secus feceris non proderit quicquam: omnes Philosophi asseverunt, quod omne simile generat suum simile; quia Sol generat solem, & lapidem Philosophorum.

Manfredus: Consolare dilecta, quia nobis reposita est corona argentea, & pariter coronabitur, cito quoque aurea decoronabimur, intrauerunt ad nuptias virgines & clausa est ianua, hic extrahitur argentum viuum Philosophorum, ab istis duobus corporibus, non autem argentum viuum vulgare, prout credunt ignorantes.

Idem Manfredus: Audi filia & vide & inclina aurem tuam, & obli-


CONCEP- TIO.
PRÆG - NATIO.
COLOR COELESTINUS.
COLOR COELESTINUS.
cum tua terra nigra.

obliuiſcere populum tuum & donum patris tui, quia concupiſcet Rex decorem tuum, docebo te, quæ ventura ſunt in die meo, tibique annunciabo, quod expreſſum eſt in hoc problemate veritatis figura, nam egreſſus ſum, & ipſe pater meus Samaritanus eſt, habenſque ſuper caput diadema rubeum & barbam ſimili colore, oculos nigros, & pedes aureos, & ipſos aquilinos, qui ſeptem generant virgines.

Iohannes Anglicus: Mater me genuit, & per me gignitur ipſa. Ipſa enim principio dominabatur, inde cetero autem dominabor illi, quia perſecutor matris meæ factus ſum, poſtquam ab ipſa cepi volatum. Pone igitur me in humido igne, qui mihi humoris calorem augmentat, & autem ſiccitatis combuſtione vetet, quouſque finem operis inducat.

Senior ſapiens: nam iſta maſculus & fœmina aliquando dicuntur fratres vterini & merito, quia ex vtero procedunt, & aliquando appellantur coniuges, nam quinque vnum agere dicuntur, item & ſocii nuncupantur, nam vnum ab alio nunquam ſeparatur, licet quo ad viſum ſegregata videantur, tamen vnum ſine altero eſſe non poteſt, nam ſui ſpiritus temperati ſunt, per viam naturæ perfecte, ita vt ab inuicem non ſeparentur.

Thomas de Aquino: deſtilla aquam ſepties, quouſque lamina cuprina ignita in ea extincta tibi intus & extra penitus dealbetur: idem & credas pretioſiores eſſe lapides, qui procedunt ab animalibus quam alios. Idem, eſt autem materia lapidis aqua groſſa, agens autem eſt calor congelans illam aquam.

Speculum Philoſophorum: Ergo neceſſe eſt, quod lapis noſter Philoſophorum elici poſſit de natura duorum corporum, antequam de eo fiat elixir completum, quoniam eſt neceſſarium, quod elixir magis ſit depuratum & digeſtum, quam aurum vel argentum, eo quod ipſum habet conuertere omnia à perfectione diminuta in aurum vel argentum quod ipſa minime perficere poſſunt, quia ſi de perfectione ſua alteri darent, ipſa imperfecta exiſterent, eo quod non poſſunt tingere, niſi in quantum ſe extendunt, & ita lapis noſter eſt ex duobus corporibus & ex duabus naturis.

Iohannes Anglicus: poſitos autem in ſuo vaſe clauſo diligentiſſime, coq; quotidie ad ignem leuem donec brodium ſaginatum fiat.

Idem, Regimen quidem nostri lapidis est vnum, & est ipsum decoquere iugiter & continue in suo vase, sine intermissione, donec finem consequeris optatum: quoniam in solutione ignis semper erit leuis, in sublimatione vero mediocris, in coagulatione temperatus, in dealbatione continuus, in rubificatione fortis.

Manfredus: ô soror mea, sponsa mea, in hunc introeamus thalamum, & ibi peregrini erimus, sed Dei gratia continuo liberabimur, de quo non egrediemur, quousque nomine alio vocemur, regemque generabimus filium dilectum, decoremque ac desiderabilem.

Raymundus: est quoddam menstruale continens in se tria, vnum videlicet solem, Lunam, & Mercurium Philosophorum. Argentum viuum nostrum est aqua clarissima & lacrima oculi, ignorantes non sic putant. Tres veri colores perfecti in operatione prima, vsque niger, albus & rubeus.

Speculum scientiæ maioris: iam igitur demonstraui clare & aperte quod argentum viuum, quod inuenitur vulgare, non est lapis Philosophorum; sed quęre nostrum argentum viuum, & habebis quod desideras, & si vis inuenire, ascende in montem altiorem huius mundi, quia ibi lapis noster est absconditus, quia in alio loco pro certo non inuenitur, & scias quod Philosophus intellexit montes pro animalibus.

Morienus Romanus: Quid tibi multa referam ô bone Rex, hæc enim res à te extrahitur, cuius est minera, ex istis apud te illam inueniunt, accipe ergo gummam, quod ex coitu est, & cum calcis cinere miscite, in sublimatione, sit mediocris.

Pictura secunda: id est aqua nostra: Nunc hic picta est, & fuit depicta ampulla cum aqua cœlesti siue blauii coloris, & in aqua steterunt duo, scilicet masculus & fœmina tenentes se solum cum manibus, cum rubeis tunicis, & in parte fuerunt albi, & ex ampulla præcesserunt duo flores vel tres, vnus niger, albus alius, tertius rubeus, vel si sint duo, vnus niger cum citrinitate, alius punaceus cum citrinitate, & scriptum in medio ampullæ aqua nostra: & fuerunt circa illam ampullam hæc verba Philosophica. Eamus quæsitum quatuor elementorum naturas. Hic incipit sublimatio Philosophorum, & fit argentum viuum nostrum. Item, lapis noster est corpus indomabile mortificans & viuificans.

Arnoldus: coniunge seruum nostrum sorori suæ odoriferæ, & inter se artem gignent. Vnde versus: candida si mulier rubeo sit nupta marito, mox complectuntur, complexaque copulantur: per se soluuntur, per se quoque conficiuntur, vt de vno quæ fuerant vnum quasi corpore fiant, hæc res ex actu, dum pluit fit sine tactu, simplex corroso, subtilis erit pretioso, sic quid ascendit, & rursus ad infima tendit, Limpham in nouam terram coniungit & ignem.

Speculum: Quæsiuisti quot sint veri colores, & libentissime tibi dicam, scias quod tres sint colores perfecti, ex quibus omnes alii sumunt principium, primus est niger, secundus est albus, tertius est rubeus, multi sunt alii colores, sed de ipsis non est curandum, quia sæpe liquescunt ante albedinem.

Hermes: Ibi fit coniunctio duorum corporum, & est necessaria in Magisterio nostro, & si vnum istorum duorum corporum tantummodo esset in nostro lapide nunquam aliquo modo tincturam daret, & ideo est necessaria coniunctio istorum duorum, quæ duo cum iuncta fuerunt in coniunctione lapidis, impinguatus est in ventre venti, & hoc est quod dicit Philosophus. Portauit eum ventus in ventre suo, planum est, quod ventus est aer, & aer est vita, & vita est anima, oleum est aqua, Idem, ego qui exaltatus sum super omnes circulos mundi, vidi quatuor facies habentes vnum patrem, quarum vna est in montibus, vna in aere, vna in saxis, vna in cauernis &c.

Alius Philosophus ait: vide quod nihil contrarium intret cum lapide nostro nisi ipsum solum.

Hermes pater Philosophorum: Eamus quæsitum quatuor elementorum naturas, quas de ventre terræ circulus vsque formicæ dicuntur.

Iohannes Anglicus: Esto autem longanimus in regimine, vas firmiter claude, noli festinare, nec ab opere cessare, quia nulla est generatio nec corruptio rerum, nisi per modum continuum, aere exclusum & calorem temperatum, & huius examen est vterus mulieris, quæ cũ concepit immediate clauditur matrix, & ex caliditate & humiditate sanguinis generatur fœtus, nunquam tamen flatus aeris extraneus reciperet, nisi cum natus fuerit. Sic enim lapis noster in vase iugiter remaneat clausus, donec suam biberit humiditatem, & calore ignis perfecte nutritus fiat albus. Tunc enim lapis nascitur, nec sibi

nocet aeris flatus. Est enim necessarium continuare operationem, moderare ignem, excludere aerem, & maxime vsque ad albedinem.

Pictura tertia: In tertia figura fuit ampulla, in qua fuit dicta aqua, & in ea iacuerunt dicti coiendo masculus & fœmina, & fuerunt ibi facies duæ nigræ, vna alba, & vna rubea, & scriptum in vase, argentum viuum nostrum, & circa latera vasis fuit ignis, aer, aqua & terra.

Hermes: Lapis noster de re animata est, certe certissime sine mendacio, & circa vas fuerunt hæc verba, & ista sequentia; similiter hic totaliter soluuntur corpora in argentum viuum nostrum, & fit aqua permanens fixa, alba & lachryma oculi.

Alphagranus: extrahas manus à marsupio, quia res nostra non emitur pretio, & omnis res quæ caro emitur pretio, in hoc magisterio, mendax & inutilis reputatur.

In opere maiori conuerte naturas quatuor elementorum, & quod quæris inuenies, conuertere naturas est conuertere corpus in spiritum nostro in magisterio, principio facias de grosso gracile & de corpore aquam, & per consequens de sicco facimus humidum, & deinde facimus de aqua corpus ita, quod corporea fiant incorporea, & incorporea corporea, & per consequens facimus illud quod est superius & est conclusio, & hæc est mixtio naturalis, quia ibi est masculus & fœmina; item ex quatuor elementis lapis noster compositus est.

Speculum: corpora vera soluta ad naturam spiritus sunt redacta & nunquam separantur ab inuicem, sicut nec aqua mixta aquæ.

Arnoldus: & certe totum opus est regimen, non est nisi aqua permanens, omnia in se habens, quibus indigemus. Ergo manu tene hanc aquam cum suis bonis operationibus, quoniam facit album ad album, & rubeum ad rubeum.

Anaxagoras: vna & eadem res est quæ habet in se animam & aerem, & calcem & quatuor elemẽta, quibus de natura nec de aliis elementis, quæ non conueniunt in sua natura. Hic sublimantur corpora in argentum viuum nostrum, id est, in aquam Mercurii nostri. Hic soluitur aurum Philosophorum, vt in primam suam reducatur materiam.

Democritus Philosophus: Attendite ignem igitur sapientes in Deum,

Deum, qui docuit patrem nostrum Adam facere argentum & aurum ex viliori re quæ sit in mundo, vt ostenderet potentiam suam.

Iohannes Anglicus: lapis ergo noster est vnus, videlicet aqua lucida, permanens, munda, clara, cœlestinum habens colorẽ, & nisi sit in ipsa aqua quod ipsam euidet, quod quæris, non fiet. Et hinc completur vera solutio, & argentum viuum Philosophorum extractum est ex istis duobus corporibus, & hoc est quod dicit idem Iohannes. Soluitur autem aurum vt in primam suam reducatur materiam, & hoc est vt vere fiat sulphur & argentum viuum, quia tum possumus argentum facere & aurum, cum fuerit conuersum in materiam Philosophorum.

Pictura quarta: Hic depingitur ampulla tota nigra, & in ea iacent masculus & fœmina, & hæ sunt scripturæ circa vas: *Putrefactio Philosophorum, nigredo transparens & lucida. Caput corui, ipsum similiter putrefieri est necessarium.*

Verba Philosophorum: Quicunque colorem primum nigredinem appellabit, laudabilis est.

Turba Philosophorum: hic posita sunt corpora in putrefactione & efficitur terra nigra.

Geber: & cum videris materiam denigrari, gaude, quia principium est digestionis.

Arnoldus: Combure igitur æs nostrum igne lento, sicut ouorum nutrix, donec corpus eius constituatur & tinctura extrahatur, non autem eam extrahas totum simul, sed parum & parum egrediatur omni die, donec in longo compleatur tempore, idem, verum cum primum denigratur, clauem operis esse dicimus: quoniam non fit albus absque nigredine. Nam ipsa est nigredo, quam tincturam quærimus, & in quolibet corpore tingimus, quæ quidem occulta vis fuit in suo aere, quemadmodum anima in humano corpore.

Speculum: ideoque charissime fili, cum in opere fueris, fac vt principio habeas colorem nigrum, & tunc eris certus, quod putrefacis & viam rectam procedis.

Hermes Philosophus: ego sum nigrum albi & citrinum rubei & certi, veriditatis sum non mentiens, & scitote, quod artis caput est Coruus, qui in nigredine noctis & diei claritate sine alis volat, examaritudine namque in suo gutture exeunte coloratio accipitur, à suo

vero corpore rubeo, ac à suo dorso mera aqua accipitur. Idem: intelligite ergo & dono Dei recipite, & ab omnibus celate insipientibus, de cauernis namque metallorum occultum est, quis est lapis, est mineralis & animalis splendidissime sublimis, & in aere potens; ecce vobis exposui, Deo gratias agite.


Speculumm scientiæ maioris: ô natura benedicta, & benedicta est operatio tua, quia de imperfecto facit perfectũ, cum vna putrefactio quæ est nigra & obscura, postea facis germinare nouas & diuersas res, cum tua viriditate facis diuersos colores apparere, item patientia & mora sunt necessaria in nostro magisterio: festinantia ex parte diabolica est.

Hermes: deprecor vos Philosophorum filios, per nostrum benefactorem, & tingentem nobis decorem, vt nemini fatuo, nec ignaro, neque cuique adinepto huius sapientiæ nominaretis. Nullus enim largitor huius rei, mihi aliquid obtulit. Nam solutio corporum est congelatio spiritus, & è conuerso, si autem laboraueris sine putrefactione, videbis oleum rubicundum quasi frustrum aut frustra superius natans, & hoc est signum quod in vanum laboras. Si autem cum putrefactione solueris materiam tuam, videbis ipsam nigram, postea viridem, deinde croceam, & rubicundam, & hæc terra nigra, quæ est in superficie aquæ, diuiditur in quatuor partes, & descendit in fundo vasis, & est ad modum picis mollis, & infra tres menses vermes procreantur horribiles, quorum vnus deuorat alterum.

Pictura quinta: Hic depingitur vas nigrum & scriptum est in vase, Terra, aqua, & super vas caput corui, & ad laterem nigredo transparens. Item ista est terra nigra & fœculenta, de qua loquuntur omnes Philosophi, quæ est in medio vasis. Hoc quod est super terram, sunt nebulæ tenebrosæ. Ista terra quæ est super aquam in sequenti vase, descendit in fundo vasis.


Speculum: adhuc plus videntes materiam inspissare & conuertere ad terram, & ista inspissatio in principio stabat supra aquam, & sic diminuendo paulatim inspissandus viderunt terram subiungere in aqua, & stare in fundo vasis subtus aquam, quæ terra crocea, nigra, fœculenta erat, dixerunt quod hæc erat perfecta corruptio. Idem: accendatur ignis in furno more Philosophorum, & fac, quod materia

tota


Caput Corvi
Putre- factio
Philo- sophorum.


Caput Corvi
et lac Virginis
dealba tur.


Caput Corvi
Separatio animæ
à corpore.


Caput Corvi
totalis separatio
animæ à corpore.

tota ſoluatur in aquam, poſtea rege eam cum igne lento, donec maior pars in terram nigram vertatur, quod in 21. diebus fit.

Speculum: chariſſime fili, ſcias, quod iſta ſcientia nihil aliud eſt, niſi perfecta aſpiratio Dei, quia totũ magiſterium ex vna ſola re conſiſtit, & ita tibi oſtendimus per dicta Philoſophorũ, & ſecundũ quod nos vidimus & tetigimus cum magnis laboribus & cum magna induſtria, illam ſolam rem cognouimus perfectam eſſe ad album & rubeum, & nullam aliam rem inuenire potuimus, vbi conſiſteret perfectio, quantum ad veram transmutationem corporum, vel perfectam præparationem, quin contingeret ex toto corrumpi & denigrari penitus.

Arnoldus: Eſto ergo aſſiduus operationi in omnibus ſtatibus ſuis patienter continuando decoctionem, quo vſque egrediatur tinctura ſuper aquam in colorem nigrum, & cum videris nigredinem illi aquæ imminere, ſcias totum corpus liquefactum eſſe, & tum oportet ignem leuem continuare ſupra ipſum, donec conceperit nebulam, quam peperit tenebroſam. Intentio quippe Philoſophorum eſt, vt iam corpus ſolutum in puluerem ſuum nigrum ingrediatur aquæ, & fiant totum quid vnum, deinde ergo aqua ſuſcipit aquam, ſicut naturam propriam, & ideo niſi quodlibet vertatur in aquam, nullatenus deuenies ad perfectionem.

Iohannes Anglicus: Nam calor agens in humido principio & principaliter generat nigredinem, quæ quidem nigredo eſt caput Corui, principium operis noſtri, ipſum ſimiliter putrefieri eſt neceſſarium, in putrefactionem lapidis noſtri benedicti oportet, vt omnia denigrentur vt carbo.

Hermogenes: Terra nigra eſt in fundo vaſis, in qua nati ſunt vermes horribiles, & vnus iſtorũ efficitur Draco, cuius forma eſt terribilis, & iſte eſt Draco qui apparet in nigredine, & iterum omnia diſſoluuntur in fundo vaſis.

Sexta pictura: In ſexta pictura fuit bocia tota nigra, & fuit ſcriptum ſuper eam, caput Corui, & circa vas hæc verba: Terra nigra & fœculenta eſt in fundo vaſis, in qua nati ſunt vermes, in iſto vaſe ſoluetur in aquam totaliter, vt prius, & fit in colore olei.

Inuenitur in opere magno: hic quæritur per quod tempus lapis in nigredinem vertatur, & eſt ſignũ veræ ſolutionis lapidis, Reſpondeo,

deo, cum nigredo aparuerit prima vice, est signum putrefactionis & solutionis lapidis: cum autem nigredo totaliter euanuerit, est signum totalis putrefactionis lapidis & solutionis eius. Item, quæritur, si nebulæ nigræ durantur in prædicto lapide per dies quadringenta, Respondeo, quod sic aliquando plus, aliquando minus. Hæc autem variatio accedit per varietatem quantitatis Medicinæ, & est industria operantis, vnde maior quantitas maius tempus requirit, & minor minus tempus. Sapientia operantis iuuat attenta separatione nigredinis. Item, quæritur per quot tempus durabit putrefactio ista, & mundificatio terræ, Respondeo, quadraginta diebus & aliquando plus & minus, secundum quantitatem terræ & aquæ. Generemus hic filium nouum & erimus semper gloriosi per totam vitam nostram & erimus ditissimi & fortissimi in bello & vbiq; locorũ, nam ex hoc poterimus nobis & amicis nostris sanitatem conseruare, & diuitias possidere, inimicos superare, amicos & fideles ditare, Deo seruire, famam augmẽtare, perpetuo viuere, & denique omnia ad sanctorum consortium sublimare, quæ nobis concedat Deus, qui sine fine viuit & regnat, Amen.

Arnoldus: sit ergo ignis ita lentus, quod totum opus per se ascendat & descendat libere, absque vasis læsione.

Speculum: Fili charissime, si tu scis operationem lapidis, tibi dixi veritatem, si tu nescis naturam, alias nequaquam tibi dixi.

Hermes: Hic est liber diuinus & totus diuinitate plenus, si quis namque multum in eo studuerit, & cum plenarie intellexerit, veritatem pro certo inueniet, & habebit lapidem Philosophicum. Idem, Draco vero in omnibus hic habitat, eius autem domus tenebræ sunt, & nigredo, & in eis, & per eas in aerem ascendit.

Senior sapiens: Draco autem est aqua diuina, & cauda eius erit sal eius. & lac virginis dealbabitur.

Iohannes Anglicus: Verum opere & mensura, & pondere cuncta rege, tunc Draco fit suas alas comedens, & diuersos emittet colores.

Septima pictura: Hic vidi depictum vas nigrum siue cucurbitam in qua sedet solum vnus homo niger & scriptum fuit super: oleum Philosophorum, & caput corui. Hic natus est filius nouus niger, & efficitur albissimus, & vocabitur nomen eius elixir. Illa terra nigra

& fœculenta, quæ erat in fundo vasis, conuersa est in argentum viuum, vt prius, & soluta est in colore olei & propter hoc vocatur oleum Philosophorum.

Arnoldus: soluatur autem aurum vt in primam suam reducatur materiam, hoc est, vt fere fiat sulphur Philosophorum & argentum viuum, quia tunc possumus optime argentum facere & aurum, cum fuerit conuersum in naturam ipsorum, ideoque tantum debet lauari, & decoqui, vt sit fere sulphur & argentum viuum; Nam secundum Philosophum sunt materia debita metallorum: Idem: qui nouerit igitur vxorem ducere & prægnantem facere, generationem spiritus mortificare & viuificare, lumenque inducere, & mundare vultus à nigredine & à tenebris, erit maximè dignitatis; Nobis enim regem nostrum coronatum filiis nostris rubeis coniungentibus in leui igne nedum nec dentibus concipient, & filium gignent coniunctim, nam suæ nubes, quæ super eam fuerant, reuertuntur in suo corpore sicut exierant.

Idem Arnoldus: Continua ergo super eum balneum temperatum, donec in aquam soluatur impalbabilem & egrediatur tinctura in colore nigredinis, quod est signum solutionis. Idem: Caueas igitur, ne à vase exeat sua humiditas & pereat, vnde ipsam reducens ad terram leui coagula igne sicut coagulatur sperma in matrice: Idem: cauendum est igitur ne aqua per ignem nimium vertatur in fumum & fugeat. Idem: ergo non desperes fili doctrinæ, quoniam si illam quæres, inuenies, non doctrinæ, sed proprie motus indagatione naturæ, qui vero librorum insecutionem sequitur, tardissime perueniet ad hanc artem pretiosissimam.

Adobustes Philosophus: videas quod nunquam ponas elixir nisi super Solem & Lunam, & qui materiam nostram ignorat, vadit sicut cæcus ad practicam, vel sicut asinus ad cœnam.

Manfredus: scias collum vasis esse caput corui, quem interficias, & nascetur columba, & est Medicina alba, deinde Rex Phœnix, id est medicina rubea, & estote fœlices.

Hermes: filius autem noster genitus sumit tincturam ex igne, illud v. mare, mors, & tenebræ fugiunt, & solis radios draco fugit, qui foramina obseruat, filiusque noster mortuus viuet, & rex ab igne veniet & coniugio gaudebit, & occulta apparebunt, & lac virginis deal-

dealbatur. Et filius noster viuificatus fit igni bellator & tincturis supereminens.

Pictura octaua: Hic vidi depictam cucurbitam in qua fuit Draco iacens cum lingua rubea & sub ventre rubeus, in aliis partibus viridis; & fuit scriptum super vas, sulphur Philosophorum, & domus tenebrosa, & circa vas hæc verba, Hic incipit aqua aliquantulum dealbari.


Arnoldus: Tunc Draco fit suas alas comedens, & diuersos immittit colores, multis siquidem modis & vicibus, mouebitur de colore ad colorem, donec ad firmam deueniat albedinem.

Aristeus Philosophus: Animal ferocissimum non debet cibari, nisi dum sitim & famem, & scias quod post tres dies non habet.

Hermes: Hic natus est Draco, domus eius tenebræ sunt & nigredo in omnibus his est habitans, illud vero mare, mors, & tenebræ fugiunt, & solis radios Draco fugit, qui foramina obseruat, filiusque noster mortuus viuet & Rex ab igne veniet, & coniugio gaudebit, & occulta apparebunt & lac virginis dealbabitur, & filius noster iam viuificatus, fit ergo bellator & in tincturis supereminens

Daniel. Guardati molto del foco excessiuo,
Oleo & carboni, poi vel fimo basta,
Et guarda che la basta,
Non sia mai primo del Mercurio viuo,
Lo troppo fuoco fa viuificare,
Lo troppo humore se conuerte in l'aqua.
Pur ô gouerna el Draco,
Come e bisogno de beuere e mangiare,
Et mai de putrefare non te sia tedio,
Che a tutta l'opera dona gran remedio,
Ma per lo troppo fuoco, non ti falle,
Non vale Naturale,
Le scorze d'ova e denti del Leophanti,
E sono Rubini, Balassi & Diamanthi.

Iohannes Anglicus: Venerare ergo amicos, id est, spiritus, quoniam in terra est mansio eorum, vt fugere nequeant, non sis in venatione sopitus sed pacificus, precaueas, ne per ignem nimium vertatur in fumum, si ergo fugerit non accipietur, sed falconem, si ergo


Cinis
Cinerem
vili
Cinerum.
hunc ne
pendas.


Medicina
Eli -
alba sive
xir album.


Medicina
Elixir
Rubea sive
rubeum.


Projectio
Augmenta-
tioq;.

includatur ne fugiant, tunc reuertentur ad corpus, vnde exierunt, eo quod corpus attrahit ad se morem suum, quemadmodum magnes attrahit ferrum.

Nona pictura: Hic fuit cucurbita depicta cum multis coloribus, scilicet albo, rubeo, & viridi, & fuit scriptum super vas, sulphus Philosophorum: domus tenebrosa, & his totaliter mundatur à nigredine, & fit aqua albissima vt lac.

Philosophus: Recipe nigrum nigrius nigro, quia multi & diuersi colores apparebunt in eo.

Hermes: Et lac virginis dealbabitur, & filius noster iam viuificatus fit igni bellator, & tincturis supereminens.

Amari ascendunt nubes, & pluunt pluuiæ super terram, quia omne corpus graue & densum ad suum labitur centrum. Argentum vero viuum ex ære sublimatum, ex quo omnia fiunt, est aqua munda & tinctura vera, quæ æris vmbram delet, ipsum namque est sulphur album, quod solum æs dealbat, quo spiritus continentur, ne fugiant.

Quidam vir religiosus, bonæ & optimæ famæ, habuit hæc verba per reuelationem domini nostri Iesu Christi, quæ nunquam fuerunt audita, nec in libris inuenta, videlicet: Scias collum vasis esse caput Corui, quem interficies, & nascetur columba, de hinc vero Phœnix, & estote fœlices. Hic comprehenditur totum magisterium verum album & rubeum cum istis paucis verbis: ego qui composui hoc opusculum, hæc omnia vidi huc vsque, rogo ergo Deum vt mihi gratiam concedat finem videndi, Amen.

Iohannes Anglicus: Omnes igitur hos ordines præparationis super ipsum quater reitera, & hæc quidem est coagulatio vera, ideo aqua nostra benedicta venit suam adęquare terram, mundare nigredinem & omnem aufferre malum odorem, eo quod inter eas est libido sicut masculi & fœminæ, caueas igitur ne à vase exeat sua humiditas & pereat magisterium. Vnde ipsam reduces ad terrã, leui coagula igne, sicut coagulatur sperma in matrice. Flores apparuerũt in terra nostra, tempore veris, sed sub rosa alba quieuimus, quoniam ipsi fuerunt corpora queq; ægra, in verum conuertendi argentum, nam omnes mundi colores in eo apparebunt, cũ denigrans humiditas fuerit desiccata.

Decima pictura: Fuit cucurbita in qua fuit depictus quidam

diabolus nigerrimus, Cornutus, habens tria cornua absque oculis cum brachiis, absque manibus, cum culo deformi, stans vti accessurus esset ad choream, cum pedibus extensis vnum ante & alium retro, & scriptum fuit super vas, cinis cinerum, & circa vas, ego sum niger, quia decolorauit me Sol, illæ nebulæ nigræ ascenderunt ad corpus suum, vnde exierunt, & facta est coniunctio inter terram & aquam, & cinis factus est.

Arnoldus, de villa noua: Verum, quia natura non habet modum nisi per caloris actionem, ideo si calorem bene mensuraueris, aqua & ignis tibi sufficiunt, nam corpus albificant, mundant & nutriunt, & eius obscuritatem auferunt, ipsa enim aqua, habitans in aere consequitur terram sicut ferrum magnetem. Idem: omnes ergo hos ordine præparationis super ipsum quater rectifica & vltimo calcina, per modum suum figentem, & calcinantem, quoniam sic pretiosissimum lapidem terram sufficienter administrando rexisti; calcinare vero non est aliud quam desiccare, & in cinerem vertere, comburatur ergo sine timore, donec cinis fiat, & cum cinis factus fuerit, optime miscuisti, hunc ergo cinerem ne vilipendas, sed redde sibi sudorem quem eiicit. Idem; aqua ergo tota exhausta & in terram conuersa, per quosdam dies in suo vase, super leuem putrefiat ignem, quousque pretiosius ei color albus desuper eueniat, etsi in isto vase apparebunt omnes mundi colores, cum humiditas fuerit desiccata.

Aries Philosophus: Illud quod exiuit ab eo, reduc super eum, donec figatur, & non separetur ab eo per ignem.

Speculum: scito quod solis flos est lapis de lapide, Assate ergo ipsum per dies, donec fiat vt marmor coruscans, & scias ita fieri maximum arcanum.

Iohannes Anglicus: Si igitur Philosophice operaris, & dealbas, & terminum in ipso opere transcendis, beatus eris, denigra terram separando eius animam, postea verte aquam super dealbando totum, & habebis magisterium; Nam qui terram denigrat & album dissoluit & coagulat, donec fuit in colore sicut gladius denudatus ad tenebras, & qui dealbationem completam omnium inducit, totumque postquam liquefactum fuerit in igne rapido figit, fœlix dici merebitur, & super omnes mundi circulos exaltari.

Vndecima pictura: Fuit cucurbita, cum floribus & in ea fuit regina

regina alba, genibus flexis, manibus coniunctis, & erecta ad pectus, & fuit scriptum super vas, Rosa alba & elixir, circa vas, Ego sum elixir ad album transformans omnia corpora imperfecta, in purissimum argentum melius quam de minera.

Morienus: Huius rei pars, mille partes argenti viui in purissimum argentum viuum conuertit, melius quam de minera producatur.

Arnoldus: Dealbate latonem & reponite libros, ne corda vestra corrumpantur, quia res nostra leuis est, & leui indiget subsidio. Qui autem dealbauit me, faciet me rubeum, album & rubeum ex vna radice procedunt, quod fit in albo, fit etiam in rubeo.

Speculum: si igitur fili Philosophice operaris, & dealbas & terminum in ipso opere transcendis, beatus eris, hoc si subito videris, admiratio, timor & tremor tibi euenient. Idem, scitote quod solis flos est lapis de lapide, Assate ergo ipsum per dies donec fiat vt marmor coruscans, & scias quod cum ita sit, maximum est arcanum.

Arnoldus: Iam didicisti charissime album facere, nunc autem dicendum est de rubeo, verum tamen, nisi prius dealbaueris, verum rubeum fieri nequit, quia nullus potest deuenire de primo ad tertium, nisi per secundum, sic nec poteris de nigro accedere ad citrinũ, nisi per album, eo quod citrinum ex multo albo & purissimo nigro est compositum: dealba ergo nigrum, & rubefac album, & habebis magisterium, quoniam annus diuiditur in quatuor partes, sic & opus nostrum benedictum: primum est hyems frigida & humida & pluuiosa, secundum est ver calidum & humidum & floridum, tertium est æstas, calidum, siccum & rubicundum, quartum est autumnus, frigidum & siccum tempus colligendi fructus. Hac dispositione tingentes naturas rege, donec mutatus fructus afferatur ad votum, verum iam hyems transiit, imber abiit & recessit, nam flores apparuerunt in terra nostra, tempore veris, sed super rosam albam quieuimus, quoniam ipsi fuerunt corpora quæque ægra in verum conuertendi argentum, igitur cum illam videris albedinem apparentem in omnibus supereminentem, ratus esto quod in illa albedine rubor est occultus, & tunc non oportet extrahere illam albedinem, sed coque quousque totum fiat rubeum.

Lilius Philosophus: igitur ab operario est quærendum, si nostri lapidis

lapidis pretium sit paruum aut magnum: si dicit paruum, bene dicit, si dicit magnum, deceptor est, quærens illam pecuniam in suas deriuare. Rosa rubea siue Medicina siue elixir rubeum tam corporum humanorum quam metallorum, & istud est verum aurum potabile, & super decoctionem ampliorem factum fuerit rubeum, dabit colorem aurum perpetuum, in fine exibit tibi Rex suo diademate coronatus, fulgens vt Sol clarus, vt Carbunculus, fons effluens vt cera, perseuerans in igne, penetrans & retinens argentum viuum.

Pictura duodecima: Hæc pictura fuit cucurbita cum floribus & Rege rubeo depicto tali modo, vt Regina fuit depicta, & fuit scriptum super vas, Rosa rubea, & circa latera, Ego sum elixir ad rubeum transmutans omnia corpora in perfectum & purissimum aurum, melius quam de minera.

Daniel de Visconopoli: Poi che è complita questa dolce Manna,
Non solamente corpi de metalli,
Ma tutti li graui mali,
Remuoue e caccia dalli corpi humani.
Poi che cacciato il morbo se defende,
Che non ritorna piu nel futuro,
Est fastar l' huomo securo,
Per fin che vive del star lieto e sano,
Conserua sanità e giouenetta,
Senza peccato dona gran richetta:
Conserua ancor il calor naturale,
E' l spiritu vitale,
Sopra ogni medicina d' Auicenna,
Hypocrate, Galeno e Damasceno.

Thomas de Aquino: Nam proiecta vna parte supra mille argentum viuum, sensimus quod coagulabat ipsum & rubeum faciebat, & conuertebat in argentum purissimum.

Lilius Philosophus: in fine exibit tibi Rex suo diademate coronatus, fulgens vt Sol, clarus vt Carbunculus, fons effluens vt cera, perseuerans in igne, penetrans & retinens argentum viuum.

Arnoldus: Color namque rubedinis creatur ex complemento digestionis, quoniam sanguis non generatur in homine, nisi prius diligenter coquatur in Epate, sic nos cum vidimus naturam de mane

Vri-

vrinam albam, ſcientes parum dormiuiſſe, redimus ad lectum, ſomno autem recepto completur digeſtio & noſtra citrinatur vrina, ſic per ſolam decoctionem poteſt albedo deuenire ad rubedinem ignem ſecum continuando. Æs noſtrum album ſi diligenter coquatur, optime rubificatur, vnde verſus: Vt non candeſcat Roſa ſed bene luceſcat, ſamen feueſcat iugiter, feruore quieſcat, donec ſplendorem tribuat, tollatque vigorem: Candida candorem generat rubicunda ruborem. Igne igitur ſicco, & calcinatione ſicca, decoquitur donec rubeſcat vt cinabrium, cui de cætero nequaquam impones aquam, neque aliam rem, quouſque ad complementum decoquitur rubeum.

Lilius Philoſophus: Et ſi per decoctionem ampliorem factum fuerit rubeum, dabit colorem aurum perpetuum, eſt herba quæ vocatur Adrop vel Duenech vel Azone, de qua talis fit medicina.

De fermentatione Donum Dei: Quia enim in dierum maximo opus eſſe comprehenditur, recte ergo ſeptenario numero vniuerſitatis figuratur. Et ſi vis bene intelligere, totum opus lege de parte in partem, & videbis mirabilia diebus noſtris. Hæc omnia vidi vſque ad nouum Leonem, Rogo Deum meum vt gratiam mihi concedat finem habere mirabilem videndi.

Arnoldus de villa noua: Citra credo quod non fuit factum hoc diuinum opus, & niſi vidiſſem & tetigiſſem, ſcribere & depingere non ſtatuiſſem ita punctualiter, tamen ego non dixi omnia apparentia in hoc opere, quia ſunt aliqua, quæ non licent homini loqui: & ego depinxi vſque ad complementum, licet non viderem, ſed ſcio, quia de neceſſitate oportet ad talem peruenire naturam, & ſcio quod nunquam fuit viſum tale opus ita depictum & cum auctoritatibus ſuis ad propoſitum: Quare eſt impoſſibile ſcire, niſi videatur, & ſcias, quod hæc eſt longiſſima via, antequam deueniatur ad perfectionem ſuam, & ergo patientia & mora habent neceſſaria in noſtro magiſterio. Explicit hoc opuſculum.

Hæc eſt obſcura ſapientibus vera figura,
In qua profunda ſtat Philoſophia ſecunda,
Hæc eſt ars vera, leuis quoque cara,
Quæ fallit multos ſuum problema ſtultos.



Eſt tamen exilis res, procreatio vilis tamen,
Et eſt res ſola, vas ſolum, coctio ſola,
Cuius virgo Mater, neſcit connubia pater,
Quæ iuncta, Coruum gignunt, albedine Cygnum,
Qui generans Aquilam gignit & Alpholiam,
Naſcitur inde Draco, ſua cauda veſcitur aqua,
In nouem ſtellis, quatuor roſis quoque bellis,
Cætera habet alkakir ſic xir, exir ſiue lixir,
Eſtque Dei nuntius, lapis, ignis, Trinus & Vnus,
Atque Dei nomen hoc diuinum tenet omen,
Sunt duæ res primo, Sol, Luna tamen ymo,
Quæ duo ſi fuerant vnum, duo tempora fiant,
Auxilio, rebis, duo mox retinebis,
Confice, videbis, fit ab his lapis puto rebis,
Cetera dant crimen, fruſtrabunt denique furem,
Donec Sol, Luna, ſymbola res ſub vna,
Pro quo nullus hiet, quia non niſi numine fiet,
Aſot, Aſſatio lapidis contritio frequens proficit,
Et finit ars ſolum vaſque requirit,
Sed ſine fermento nihil laborare memento,
Per fermentare fit ars ſua facta breuiare,
Nam longat ſua facta, ſed ars bene curtat.

FINIS.

